

LIBRARY OF PRINCETON
APR 12 1907
THEOLOGICAL SEMINARY.

Division SCC
Section 5415
v.48-49

Digitized by the Internet Archive
in 2013

http://archive.org/details/analectahymnicam4849drev

265

ANALECTA HYMNICA

MEDII AEVI.

Herausgegeben

von

Clemens Blume und **Guido M. Dreves.**

XLVIII.

HYMNOGRAPHI LATINI.

Lateinische Hymnendichter

des

Mittelalters.

Erste Folge.

Leipzig.
O. R. Reisland.
1905.

HYMNOGRAPHI LATINI.

Lateinische Hymnendichter

des

Mittelalters.

Erste Folge.

Aus gedruckten und ungedruckten Quellen

herausgegeben

von

Guido Maria Dreves
S. J.

Leipzig.
O. R. Reisland.
1905.

Vorwort.

Der 48. Band der Analecta enthält die Gaben der hymnischen Muse einer Reihe von mittelalterlichen Dichtern. Die noch übrigen für diese Sammlung in Frage kommenden Autoren hoffe ich, etwa mit Ausschaltung der fruchtbarsten Sequenzendichter, in einem weiteren Bande vereinigen zu können.

Im übrigen kann ich mich betreffs Einzelheiten auf die jedem Autor gewidmeten kurzen biographischen und kritischen Noten beziehen. Von den Dichtern dieses Bandes habe ich zwei, Abälard und Johann von Jenstein, bereits früher in besonderen Ausgaben behandelt; doch erscheinen die Hymnen des letzteren hier um eine Anzahl von Reimgebeten, die sich damals meiner Kenntnis entzogen, nicht unerheblich bereichert.

Wertvolle Beiträge zu diesem Bande verdanke ich der Mitarbeit meines Kollegen Blume, der 1900 nicht nur die interessante Entdeckung von Wulstans, durch Ordericus Vitalis einer Bearbeitung unterzogenen Hymnen machte, sondern auch Lieder Neckams, des Eusebius Bruno und eines leider namenlosen Cisterzienser-Mönches der Abtei La Noue auffand.

Eine angenehme Pflicht des Dankes habe ich dem verdienten Herausgeber der Werke des Thomas von Kempen, Gymnasialdirektor Joseph Pohl gegenüber zu erfüllen, der die Güte hatte, mir die Kollationen der von ihm benutzten Zwoller Handschrift 434 zu Verfügung zu stellen, da die Vorstehung der Stiftung Emmanuelshuizen, nachdem sie vor einer Reihe

von Jahren eine Bitte der Wiener Universitätsbibliothek ohne Beantwortung gelassen, auf ein Gesuch der hiesigen Hof- und Staatsbibliothek aber den Bescheid gegeben: „De talrijke en veelzijdige aanvragen (!) voor de handschriften der Emmanuëls-huizen hebben collatoren doen besluiten deze niet meer uit te leenen.“

München, den 30. Juli 1905.

Guido Maria Dreves.

HYMNOGRAPHI LATINI.

SERIES PRIOR.

Wolstanus Wintoniensis.

Praecentor S. Swithuni,

† 990.

Wolstan oder Wulstan, Mönch von Saint-Peters (später Saint-Swithuns), Winchester, war ein Schüler des Bischofs Ethelwold. Wilhelm von Malmsbury nennt ihn Kantor von Winchester und schreibt ihm ein Werk „de tonorum harmonia“ zu. Aufserdem besitzen wir von ihm ein in Prosa abgefafstes Leben Ethelwolds (Acta SS. Ord. S. Benedicti 1685, 608—624) und ein noch ungedrucktes, in Hexametern geschriebenes Werk über die Wundertaten des heiligen Swithun. In der einleitenden Dedikation dieses Werkes bezeichnet Wolstan selbst sich als Hymnendichter: „Ultimus Anglorum servulus hymnicinum.“ Näheres erfahren wir über Leben und Dichten Wolstans leider nicht.

Die hier folgenden vier Hymnen auf Ethelwold, Birin und Swithun hat Blume in Rouen in der Hs. 1385 (U 107), welche zu Ende des 10. Jahrhunderts in Winchester geschrieben wurde, aufgefunden und drei derselben ediert (Sitzungsberichte der kaiserlichen Akademie der Wissenschaften in Wien, Phil. Histor. Klasse. Band CXLVI [1903], Heft 3). Von diesen drei Hymnen finden sich augenscheinlich jüngere Überarbeitungen in der aus Saint-Evroult stammenden Handschrift Cod 14. zu Alençon (saec. 11. et 12). Blume hat glaubhaft gemacht, dafs diese Überarbeitungen, die hier jedesmal dem Texte Wolstans nachfolgen, das Werk Orderichs von Atcham, genannt Ordericus Vitalis, sind, dessen Autograph gerade dieser Teil der Handschrift von Alençon ist. Vgl. die beipflichtenden Ausführungen Léopold Delisles, Journal des Savants 1903, 428 ff.

Ist Wolstan einmal als Hymnendichter erwiesen, dann legt sich die Vermutung nahe, ob er nicht auch einzelne der Sequenzen verfafst haben dürfte, welche in den beiden Winchester-Tropers zu Oxford und Cambridge sich finden, insonderheit die Sequenzen auf Ethelwold (Anal. XL, No. 204 sq), Birin (Ibid. No. 171), Swithun (Anal. XXVII, No. 306; XL, No. 337), oder Birin und Swithun (Anal. XXXVII, 153). Ähnliche Vermutungen — solche werden sie ja vor der Hand bleiben müssen — werden sich dann auch bezüglich einzelner Tr pen derselben Quellen regen.

---

1. (1). De sancto Athelwoldo.

Alma lucerna micat, sol aureus arva serenat,
Summus Adelwoldus alma lucerna micat.
Belliger iste Dei fortissima bella peregit
Acer in arma ruit belliger iste Dei,

Cuius ab ore sacro fluxerunt dogmata vitae,
Hausimus omne bonum cuius ab ore sacro.
Dulce poema tibi nunc gliscimus edere patri,
Suscipe, quod canimus, dulce poema, tibi.
Ecce, coruscat apex tibi pontificalis abunde,
Quem sine fine tenes, ecce, coruscat apex.
Fons et origo boni populo te praetulit isti,
Te monitore patet fons et origo boni.
Gloria, laude potens hac te collustrat in aula,
Te comitata nitet gloria, laude potens.
Huius amore gregis metuenda pericla subisti,
Pellens hinc fortes huius amore gregis.
Inclitus atque pius te rex adamaverat Eadgar
Consensitque tibi inclitus atque pius,
Kastra beata Dei quo centuplicares in Anglis,
Milia constituens castra beata Dei.
Laudibus innumeris tibi turba monastica plaudit
Coniubilatque tibi laudibus innumeris.
Moenia celsa domus tua cura novaverat huius
Erexitque huius moenia celsa domus.
Nocte dieque sacrum precibus tuebaris ovile,
Complens servitium nocte dieque sacrum,
Omnibus inque locis sparsisti semina lucis
Expuleras tenebras omnibus inque locis.
Pervigil esto tuis, petimus, protector alumnis
Et pater et pastor pervigil esto tuis.
Quod tibi complaceat, fac nos persolvere pensum
Reddere et officium, quod tibi complaceat.
Respuat alma fides in nobis omne, quod odis,
Spurcitiaeque nefas respuat alma fides.
Solve, pater, miseris Petri vice, solve catenas,
Vincula cuncta reis solve, pater, miseris.
Transfer ad alta poli pueros, quos ipse nutristi,
Nos prece continua transfer ad alta poli,
Vocibus angelicis ibi quo psallamus ovantes
Laudemusque Deum vocibus angelicis.
Xristus ut hic faveat votis, sis fautor opimus,
Sis pius auditor, Christus ut hic faveat.
Ymnifer iste chorus resonat tibi carmina laetus,
Sit iugiter gaudens hymnifer iste chorus.
Zelus in hoste gemit, tua nos benedictio munit,
Nos tua vita regit, zelus in hoste gemit.

* *
*

Aspice, sancte pater, quae nos adversa fatigant.
Quae mala nos lacerant, aspice, sancte pater.
Mitis adesto tuis, clemens, pius atque benignus,
Compatiens famulis mitis adesto tuis.
Erue, pastor, oves, animo quas semper amasti,
Et tibi commissas erue, pastor, oves.
Nos super aethra poli cuneis adiunge supernis
Et duc post mortem nos super aethra poli.

17 Ea in Eadgar wie I zu lesen. — 41 sit fautor. — 42 Sit pius. — „Incipit hymnus in honore sancti patris et gloriosi pontificis Adelwoldi, elegiaco et praeterico carmine per Alphabetum compositus.“ — „Finit hymnus in honore sancti patris nostri Adelwoldi episcopi qualiamque poemate editus.“ — Es folgt die Bearbeitung des Hymnus durch Ordericus Vitalis:

Alma lucerna micat lumen populoque ministrat,
Praesul Adelwoldus alma lucerna micat.
Belliger iste Dei victricia bella peregit,
Acer in arma ruit belliger iste Dei,
Cuius ab ore sacro fluxerunt dogmata vitae,
Hausimus omne bonum cuius ab ore sacro.
Dulcia corde pio resonemus cantica patri,
Carmina cantemus dulcia corde pio.
Ecce, coruscat apex tibi pontificalis abunde,
Hinc illincque tuus, ecce, coruscat apex.
Fons et origo boni te verba serente cucurrit,
In te manavit fons et origo boni.
Gloria perpes erit tibi nunc ideoque per aevum,
Quam merito retines, gloria perpes erit.
Huius amore gregis sprevisti spicula mortis,
Pellens hinc fortes huius amore gregis.
Inclitus atque potens te rex adamavit Eadgar,
Te monitore vigens inclitus atque potens.
Kastra Dei reboant te constituente celeuma,
Davidicumque melos castra Dei reboant.
Laudibus innumeris tibi turba monastica plaudit
Conjubilatque tibi laudibus innumeris.
Moenia celsa domus tua cura levaverat huius
Haecque dicavit ovans moenia celsa domus.
Nocte dieque sacrum celebrasti pectoris hymnum
Solvens officium nocte dieque sacrum,
Omnibus inque locis sparsisti semina lucis
Expuleras tenebras omnibus inque locis.
Pervigil esto tuis, petimus, defensor alumnis,
Protector famulis pervigil esto tuis.
Quaeque nocent, reseca, quae sunt et commoda, praesta,
Quae bona sunt, revoca, quaeque nocent, reseca.
Rector apostolice felix et ianitor aulae,
Huius et ecclesiae rector apastolice,
Solve tuos famulos, Petri vice solve ligatos,
Nos a peccatis solve tuos famulos,
Te duce stelliferi scandamus ut atria caeli,
Participes regni te duce stelliferi.
Versibus hymnidicis haec carmina pangimus et te
Patronum colimus versibus hymnidicis,
Xristicolas animas quia multiplicare solebas
Ad caelos revocans christicolas animas.

Ydra nocens fugiat, ne nos per devia ludat.
Nos tua dextra regat, ydra nocens fugiat.
Zelus obesse nequit Christo superante malignum,
Christus adest victor, zelus obesse nequit.

* * *

Aspice, sancte pater, quae nos adversa fatigant,
Quae mala nos lacerant, aspice, sancte pater.
Mitis adesto tuis, tibi qui famulantur, alumnis,
Qui te collaudant, mitis adesto tuis.
Eripe, pastor, oves, animo quas semper amasti,
Et, quas nutrieras, eripe, pastor, oves,
Nomina nostra notet quo Christus in acre polorum
Cum sanctisque suis nomina nostra notet.

37 stellifera. — Aufschrift: „Incipit hymnus in honore sancti Adelwoldi praesulis editus.“

2. (2.) De sancto Birino.

Agmina sacra poli iubilent modulamine dulci,
Gaudia multiplicent agmina sacra poli.
Bella cruenta silent, ubi caelica milia gaudent,
Cuncta ubi pace vigent, bella cruenta silent.
Coetus amore pio reboat sollenniter hymnum.
Plectra canora ferit coetus amore pio.
Dignus honore pater Birinus in aethere pollet.
Sanctus adest omni dignus honore pater,
Exsul ad hunc populum qui venit ab urbe Quiritum
Pro Christo pergens exsul ad hunc populum,
Fortis et armipotens Kynegils quo tempore regnat
Barbarie frendens, fortis et armipotens.
Gratia mira Dei sed eum mitescere fecit;
Mox ut eum tetigit gratia mira Dei.
Hostica barbaries omnis sedatur in illo,
Cessit et extemplo hostica barbaries.
Igne perusta Dei populorum pectora fervent
Inque Deum credunt igne perusta Dei.
Kastra polo sociat spoliatque Birinus Avernum,
Gurgite quotque lavat, castra polo sociat.
Liber adest populus sub longo tempore servus,
Nunc famulans Domino liber adest populus.
Magne patrone, tuus nos traxit ab hoste triumphus,
Nos labor eripuit, magne patrone, tuus.
Nostra camena tibi canit haec, pia carmina patri
Intonat et iubilat nostra camena tibi.
Organa clarisonis reboant tibi dulcia bombis,
Et crepitant modulis organa clarisonis.
Pervia porta poli per te reseratur ovili
Teque patente patet pervia porta poli.

Quis, pater, apta queat tibi pangere cantica laudum,
Reddere vota tibi quis, pater, apta queat?
Rector apostolicus populo vocitaris in isto,
Tu regis hunc populum rector apostolicus.
Sit benedicta dies, in qua maris alta petisti,
Huc te quae duxit, sit benedicta dies.
Te Deus omnipotens istam praemisit ad urbem
Hicque patrem statuit te Deus omnipotens,
Ut releves fragiles hic ad tua limina flentes,
Et nos indignos ut releves fragiles.
Xristus amore tuo veniam non denegat ulli,
Sed lacrimis parcit Christus amore tuo.
Ydra maligna fugit, hic te praesente peribit
Teque fovente tuos hydra maligna fugit.
Zelus adesse nequit, tua pax ubi sancta quiescit,
Pax ubi perpes erit, zelus adesse nequit.

* *
*

Alme Birine, tuos defende benignus alumnos
Exaudique dulos, alme Birine, tuos.
Moenibus in superis resides patronus herilis,
Sis memor et nostri moenibus in superis.
Eripe nos, petimus, taetri de fauce profundi
Mortis et a laqueo eripe nos, petimus.
Nomina nostra Deo pius et memorare memento
Commendaque pio nomina nostra Deo.

Vor- und Nachschrift lauten: „Incipit hymnus in honorem sancti Patris nostri Birini episcopi, occidentalium Saxonum apostoli, elegiaco et paracterico carmine per Alphabetum editus." — „Finit hymnus vili quidem poemate, sed pia devotione editus in honorem sancti Birini episcopi." — Es folgt die Bearbeitung des Hymnus durch Ordericus Vitalis:

Agmina sacra poli resonent modulamine dulci
Et Christo iubilent agmina sacra poli.
Bella cruenta silent, ubi caelica milia gaudent,
Cuncta ubi pace vigent, bella cruenta silent.
Cordis amore pio cantemus et ore canoro,
Laudemus Dominum cordis amore pio.
Dignus honore pater micat aureus, ecce, Birinus,
Sanctus adest omni dignus honore pater,
Exsul ad hunc populum qui venit ab urbe Quiritum,
Pro Christo pergens exsul ad hunc populum.
Fortis et armipotens Kynegils tunc regna tenebat,
Ceu leo trux frendens, fortis et armipotens;
Gratia mira Dei sed eum mitescere fecit;
Mox ut eum tetigit gratia mira Dei,
Hostica barbaries omnis sedatur in illo,
Deque lupo fit ovis hostica barbaries.
Igne perusta Dei populorum milia credunt,
Credula corda gerunt igne perusta Dei.

Kastra polo sociat spoliatque Birinus Avernum,
Gurgite quotque levat, castra polo sociat.
Liber adest populus sub longo tempore servus,
Nunc Christo famulans liber adest populus.
Magnus in orbe tuus rutilat, Birine, triumphus,
Splendor honorque micat magnus in orbe tuus.
Nostra camena tibi reboat, pia carmina patri
Plaudit et exsultat nostra camena tibi.
Organa clarisonis iubilant tibi dulcia bombis,
Et crepitant modulis organa clarisonis.
Pervia porta poli per te patefacta patescit,
Te reserante, pater, pervia porta poli.
Quis numerare queat, tua gloria quanta coruscat,
Praemia iuncta tibi quis numerare queat?
Rector apostolicus populo vocitaris in isto,
Noster ades verus rector apostolicus.
Sit benedicta dies, in qua maris alta petisti,
Huc quae te duxit, sit benedicta dies.
Te petimus fragiles precibus lacrimisque gementes,
Sis memor ut nostri, te petimus fragiles.
Voce pia Dominum pro nobis posce benignum,
Intercede pium voce pia Dominum.
Xristus amore tui veniam von denegat ulli,
Sed lacrimis parcit Christus amore tui.
Ydra maligna fugit, quia nos tua dextera munit,
Lux benedicta venit, hydra maligna fugit.
Zelus obesse nequit Christo vicente draconem,
Pax ubi perpes erit, zelus obesse nequit.

* * *

Aspice nos famulos, o sancte Birine, misellos
De caeloque tuos aspice nos famulos.
Moenibus in superis resides patronus herilis,
Esto memor nostri moenibus in superis.
Erue nos Erebi de caeca fauce porfundi
E cunctisque malis erue nos Erebi.
Nomina nostra nota vitae caelestis in albo
Cum sociisque tuis nomina nostra nota.

Ohne einleitende Aufschrift, blofs mit dem Worte „Hymnus“ überschrieben.

3. (3.) De sancto Swithuno.

Aurea lux patriae Wentana splendet in urbe,
Swithun sanctus adest, aurea lux patriae.
Blande patrone, tuis succurre benignus alumnis
Et fer opem famulis, blande patrone, tuis.
Culmina celsa poli felici calle petisti,
Et nobis aperi culmina celsa poli.
Dextera sancta Dei te re benedixit in omni,
Nos et ubique regat dextera sancta Dei.
Euge, beate pater, rutilans super aethra potenter
Inque solo radians, euge, beate pater.

Funde preces Domino solita pietate superno
Pro nobisque pio funde preces Domino.
Gaudet honore tuo populus feliciter iste,
Et gens Anglorum gaudet honore tuo.
Haec benedicta dies astris arridet et arvis;
O nimium felix haec benedicta dies!
Iam sine fine tenes, quae praemia semper amasti,
Gaudia cum sanctis iam sine fine tenes.
Kastra superna Dei te lustrant luce perenni
Congaudentque tibi castra superna Dei.
Laudibus angelicis ibi dulciter intonant hymnis,
Coniubilasque hilaris laudibus angelicis.
Magnus ubique tuus fulget per signa triumphus,
Rumor et irradiat magnus ubique tuus.
Nulla camena tuas potis est evolvere laudes,
Narrat virtutes nulla camena tuas.
O medicina potens, quae languida corpora sanas,
Salva nos omnes, o medicina potens!
Pro meritis meritam comprendis in arce coronam,
Pelle procul pestem pro meritis meritam.
Quid tibi difficile est, quid non tua mens pia praestat?
Es qui cum Domino, quid tibi difficile est?
Regibus ac miseris idem patronus haberis
Subveniens pariter regibus ac miseris.
Solve nefas scelerum disrumpe et vincla reorum,
Flebile nostrorum solve nefas scelerum.
Te duce nos patriam speramus adire supernam
Visere et angelicam te duce nos patriam.
Vota canora tibi nunc edita caelitus audi
Et cape fusa patri vota canora tibi,
Xristus in arce poli nos ut conscribat amoeni
Nosque locet superi Christus in arce poli.
Ymnus ei hic placeat, canimus quem corde benigno,
Cui bona cuncta placent, hymnus ei hic placeat.
Zelus amarus abest, ubi gaudia pacis abundant,
Pax ubi semper adest, zelus amarus abest.

* * *

Ardua tecta poli concordent pace perenni,
Pervia fac nobis ardua tecta poli.
Mens habitans inibi canit Alleluia tonanti,
Semper et exsultat mens habitans inibi.
En, venerande pater, modicum iam claudimus hymnum
Teque omnes petimus, en, venerande pater.
Nos iugiter refove, nos semper ab hoste tuere,
Et patrio affectu nos iugiter refove.

Vor- und Nachschrift lauten: „Incipit hymnus in honorem sancti patris et gloriosi pontificis Swithuni elegiaco et paracterico carmine per alphabetum compositus.“ — „Finit hymnus in honore sancti patris Swithuni pia devotione compositus.“ — Vgl. zu diesem Hymnus Anal. XIX, 258 ff. — Die Überarbeitung des Ordericus Vitalis lautet:

Aurea lux patriae Wentana splendet in urbe,
Sanctus adest Suuithun, aurea lux patriae.
Blande patrone, tuis succurre benignus alumnis,
Confer opem famulis, blande patrone, tuis.
Culmina celsa poli felici calle petisti
Et nobis aperi culmina celsa poli.
Dextera sancta Dei te re benedixit in omni,
Nos et ubique regat dextera sancta Dei.
Euge, beate pater, meritoque et nomine fulgens,
Undique signipotens, euge, beate pater.
Fulgida lux hodie nostris lucescit in oris,
Spargit ubique iubar fulgida lux hodie.
Gentibus Angligenis sollennia festa recurrunt
Et renovant iubilum gentibus Angligenis
Haec veneranda dies astris arridet et arvis
Estque decora nimis haec benedicta dies.
Illa videre tuum meruit super astra meatum
Digna fuitque obitum illa videre tuum.
Kastra beata poli psallunt iubilando tonanti
Congaudentque tibi castra beata poli.
Laeta vident Dominum rutilantia corda piorum,
Assidue tecum laeta vident Dominum.
Mitis ades miseris relevans a clade catervas,
Languida restituens mitis ades miseris.
Nulla camena tuas potis est evolvere laudes,
Narrat virtutes nulla camena tuas.
O medicina potens, qua morbida corpora sanas,
Nos sana fragiles, o medicina potens
Protege, sancte, tuos pia per suffragia servos
Et licet indignos protege, sancte, tuos.
Quae tua cuncta potest insignia promere lingua?
Pangere vox merita quae tua cuncta potest?
Regibus ac miseris idem patronus haberis
Subveniens pariter regibus ac miseris.
Solve nefas scelerum disrumpe et vincla reorum,
Flebile nostrorum solve nefas scelerum.
Te rogitante Deus pius est praestare paratus,
Parcit et exaudit te rogitante Deus.
Vox tua celsithronum potis est placare tonantem
Flectit et ad veniam vox tua celsithronum.
Xristus ab arce poli dat te poscente salutem,
Det nobis lumen Christus ab arce poli.
Ymnifer iste chorus solvit tibi munia laetus,
Permaneat gaudens hymnifer iste chorus.
Zelus amarus abest, ubi saecla per omnia pax est,
Pax ubi Christus adest, zelus amarus abest.

* * *

Agmen Amen resonat, quod ibi cum laude triumphat,
Cum Christo regnans agmen Amen resonat.
Mens habitans inibi canit Alleluia tonanti,
Exsultans iubilat mens habitans inibi,

En, tibi, sancte pater, modicum cantavimus hymnum,
Quem commendamus, en, tibi, sancte pater,
Nomina nostra choro sint ut sociata superno,
Stent et in angelico nomina nostra choro.

Aufschrift: „Elegiacus et praeterieus de sancto Swithuno episcopo hymnus.“

4. (4.) De sancto Swithuno.

Auxilium, Domine, qui te rogitantibus adfers,
Fer, petimus, nobis auxilium, Domine.
Blandus adesto tuis, qui das solacia cunctis,
Qui tibi subduntur, blandus adesto tuis.
Carmina, Christe, tibi cupimus deferre benigni,
Suscipe, quae ferimus, carmina, Christe, tibi.
Da pius introitum, tibi quo psallamus in unum,
Immensique poli da pius introitum.
Ecce, Deus veniens aegrotum invisere mundum,
Virgine matre tonat, ecce, Deus veniens.
Fecerat ante homines hic et omnia cum patre summo,
Liberat, en, nunc, quos fecerat ante, homines.
Gaudia quae poterit, quae lingua retexere tanta,
Mens aut haec capere gaudia quae poterit?
Huius amoena piis miseratio cuncta ministrat,
Regna patent cunctis huius amoena piis.
Ipse Dei genitus nativo germine solus
Carne propinquus adest, ipse Dei genitus.
Kara sibi sociat carnalia membra redemptor
Et translata polo cara sibi sociat.
Laeta vident Dominum rutilantia castra polorum,
Agmina sanctorum laeta vident Dominum.
Magnus ubique nitet iustorum coetus in orbe,
Sanctorum numerus magnus ubique nitet.
Noster et eximius praesul, pater atque sacerdos
Swithun pollet ovans noster et eximius.
Orta per hunc populis lux emicat et decus ingens,
Est omnis bonitas orta per hunc populis.
Promeruisse fidem sequitur meruisse salutem,
Cuius et est meriti promeruisse fidem.
Quis numerare queat magnalia caelica tanta,
Munera celsa Dei quis numerare queat?
Res veneranda nimis sic corpora posse mederi
Restituique animas, res veneranda nimis!
Solvere namque potest qui carnea membra periclo,
Et nostras animas solvere namque potest.
Tollite corda solo, qui vultis ad alta polorum,
Qui Christum cupitis, tollite corda solo.
Vocibus hunc, modulis canite et resonantibus hymnis
Et laudate, pii, vocibus hunc, modulis.

Xriste, Dei genite, flectens moderamina rerum,
Audi nos humiles, Christe, Dei genite.
Ymnidicas placeat tibi, Christe, solvere laudes,
Ferre tibi grates hymnidicas placeat.
Zelus obesse nequit te conculcante draconem,
Te superante malum zelus obesse nequit.

* *
*

Alta poli resera tibi vota ferentibus alma,
Post obitum nobis alta poli resera.
Moenibus in superis nam cantica pulchra resultant,
Regnant et sancti moenibus in superis.
Ecce, tibi facile est supero nos iungere regno
Et, quodcunque voles, ecce, tibi facile.
Nomina nostra nota vitae caelestis in albo
Et cum Swithuno nomina nostra nota.

Aufschrift: „Hymnus ad laudem sanctissimi pontificis, sancti Swithuni eleganti urbanitate metricae artis perite compositus". — Dieser Hymnus ist von Ordericus Vitalis einer Bearbeitung nicht unterzogen.

Ademarus Cabannensis.

Monachus Engolismensis,
† 1034.

Ademar de Chabannes entstammt einem uralten, noch heute blühenden Adelsgeschlechte des Angoumois. Sein Grofsvater Fulcherius hatte eine Nichte des Bischofs Turpin von Limoges gechelicht, welche ihm drei Söhne schenkte: Adalbert, Rotger und Raimund. Der erste ward Dechant und Propst des Stiftes St. Martial zu Limoges; der zweite Kantor ebendaselbst; der dritte und jüngste ist der Vater Ademars. Dieser gibt den Namen seiner Mutter einmal mit Aldeardis, ein anderesmal mit Hildegardis wieder. Obwohl von früher Jugend der Abtei Saint-Cibard (Sancti Eparchii) d'Angouléme angehörig, mufs er doch zeitweise in St. Martial studiert haben, da Rotger von ihm „vir clarissimus et meus magister et patruus" genannt wird. Auch später verkehrte er viel und weilte so häufig in Limoges, dafs Bernhard Itier, Bibliothekar von St. Martial im 13. Jahrhundert, ihn schlechthin beiden Abteien zuzählt: „Ademarus, monachus sancti Eparchii et sancti Martialis". Ademar starb 1034 auf einer Pilgerreise ins gelobte Land zu Jerusalem. Er vermachte seine Handschriften der Abtei St. Martial.

Ademar ist hauptsächlich bekannt durch seine historischen Schriften (Chronicon Aquitanicum, Commemoratio abbatum Lemovicensium) sowie als enragierter Vorkämpfer des sogenannten Apostolates des hl. Martial (Epistula ad Jordanem, Lemovicensem episcopum, et alios de apostolatu sancti Martialis), mit dem er auf dem Konzil von Limoges 1028 siegreich durchdrang.

Die nachstehenden Hymnen und Dichtungen hat aus Ademars Autograph (Cod. Parisin. 3784 fol. 99b ff.) zuerst Léopold Delisle herausgegeben in den „Notices et Extraits des Manuscrits de la Bibliothèque Nationale XXXV (1896) I, 323 ff. Dieselben sind hier nach dieser Ausgabe mitgeteilt.

---

5. (1.) De sancto Eparchio.

Ad Vesperas.

1. Cuncta creans Dee, verbigena,
Sother et unica lux patria,
Flamen et alme, salusque via,
Trine, perennis et une, tua,
Sancte, cluens ditione sacra,

2. Dum boat haec veneranda sacris
Plebs tua laudibus hymnidicis,
Almus Eparchius angelicis
Quod micat arduus ipse choris
Lucicomis rutilans atriis.

3. Debita iure precum famuli
Solvimus, en, holocausta tibi,
Quaeque tui capiant oculi,
Rebus et eripe nosque mali
Ob meritum patris almifici.

4. Hic equidem genitus tumido
Germine, prosapia nitido
Principe cive Petragorico,
Praedia, marmora cum thalamo
Terrea tempsit amore tuo.

5. At quia pauper, egens et inops
Hic gazeos renuit loculos,
Te faciente, Deus, niveos,
Rex pie, nunc habet ipse thoros,
Topazios quoque caesareos.

6. Quaesumus, huius amore sacro
Patris Eparchii, dulcisono
Qui Domino canimus modulo,
Nos famuli tribuente Deo
Salvificemur ut omnimodo.

7. De solio patris artificis
Munera sumere sic animis
Caelica cum paradisicolis
Commoda corporibusque suis,
Quod rogitet sacer hic meritis.

8. Christus ab axe Deus supero
Cum patre paraclitoque sacro
Nostra perornet amore suo
Corda, cui sit honor Domino
Hic et in omnia perpetuo.

6. 2.) Ad Nocturnos.

1. Annua festa vigent rutilo
Patris Eparchii tripudio,
Contio sancta nitet solito
Fulgidiore nitore sacro,
Gloria vertice sidereo.

2. Rex, ideo petimus, Domine
Nos miserans benedic, rofove,
O bone, tende manumque tuae,
Perpie, quaesumus, ecclesiae,
Erue nos, tege, cerne, rege.

3. Rector, Eparchio qui tribuis
Funera frigida letiferis
Bina trahentibus excidiis
Ad superos rediviva, magis
Ac magis inclita signa facis.

4. Poscimus huius heri meritum,
Ne libeat tetigisse solum,
Sed placeat renuisse dolum,
Colla trilinguia pestiferum
Calce terenda vel imperium.

5. Emicat hic pater Elysio
Sanctus Eparchius astrigero,
Ordine fulget apostolico
Martyribus socius numero
Mundifico renitetque choro.

6. Ipse sacer relevet meritis
Almifluis proprios sceleris
Fascibus attribuatque suis
Auxiliator opem miseris,
Quem policis veneramur odis.

7. Oppida scandere celsa poli
Nos iubeat meritum domini
Huius Eparchii nec deici
Cedat in interitum zabuli
Impetret ac residere sibi.

8. Praestet et adnuat altithronus,
Quae petimus famuli, Dominus,
Gloria cui sit, honorque salus,
Cui polus et humus ac pelagus
Iure canant: Tibi doxa, Deus.

7. (3). Ad Tertiam.

1. Sollenni iubare nitet dies haec,
Qua confessor Eparchius refulget
Cives angelicos ut inter astra
Titanis rota fulgidi serena.

2. Ipsum nos precibus rogemus omnes,
Piis ut visceribus petat benignum
Christum, quo pius eruat clientes
A cunctis, mala qui suis ministrant.

3. Rebus quo placidis beatitudo
Nobis perveniat, salus honorque,
Pax et virginitas, decor, honestas,
Lux, victoria sempiternitasque.

4. Regum regna Deo sit continenti
Doxa, Eparchius urbis Engolismae
Per quem cespite pausat abba pastor
Et per quem veneratur orbe semper.

8. (4). Ad Sextam.

1. Quam pia digne Deo praeconia rite sunt supremo,
Proelia qui cathegorizanda peregit almitate
Militis armigeri sacra Eparchii maligna contra.

2. Corpore, corde, animo quae tristia perpetim fatiscant,
Corpora, corda, animi vitalibus ut cibis alantur
Nostra piis precibus poscentis Eparchii patroni.

3. Hymnidicos canimus cui nunc iubilos honore Christi,
Gloria magna, Deus, per quem tibi, trinitate pollens,
Unde tui famuli laetemur in omne tempus aevi.

9. (5). Ad Nonam.

1. Credimus te, sacer Christi,
oraculo angeli
Commonitum vero sancti:
Eparchi, inquit, Domini
O famule fide summi,
locus hic datur tibi.

2. Unde nostri memor esto
interventu proprio,
Animo da nos invicto
coram hoste invido
Flectes herilique loro
rupto leti vinculo.

3. Sit gloria creatori,
omnis regi saeculi,
Qui vivit, regnat perenni
tempore, imperii
Cui immensitas supremi
semperque magnifici.

10. (6). Ad Completorium.

Almi perenni
Munere Christi
Haec per Eparchi
Festa iucundi
Culmine celsi
Stemus Olympi.

2. Intima nostra
Sic age prompta
Tu prece sancta,
Lege paterna
Gaudia magna
Sint ut ad ipsa.

3. Cum patre solo
Flamine et almo
Gloria Christo
Iure moderno
Atque futuro
Tempore cuncto.

11. (7). Per Octavam.

Ad Vesperas.

1. In laudibus Eparchii,
Sancti patris, piissimi
Ante conspectum Domini
Melos canamus cantici.

2. Caelo cum sanctis moribus
Erectis ergo cordibus
Deum nobis propitium
Laudemus per Eparchium.

3. Prostratus Christo invidus,
Per quem pavescit inferus,
Cum depulit exanimum
Duorum mortes hominum.

4. Praeclarus nempe genere
Praeclarior fulsit fide,
Huic mundo renuntians,
Regi superno militans.

5. Ergo te, Christe, poscimus,
Eparchi sancti precibus
Ab omni malo sedulos
Tuos defende famulos.

6. Gloria tibi, Domine,
Semper sit, rex perpetue,
Nobisque tuae porrige
Manum misericordiae.

12. (8). Ad Nocturnum.

1. Vita caelestis sacra sanctitatis
Semper ut nobis veniat perennis,
Nunc chorus noster iubilans Eparchio
Concinat omnis.

2. Te, beatorum bone rector, omnes
Poscimus fidi veneranter ore,
Corde cantantes: Fer opem salutis
Tu, pie, nobis.

3. Ante quem gaudet pater iste magnus,
Sanctus Eparchius, pietate fortis.
Respuit mundum quia possidetque
Regna polorum.

4. Gloriam Christo canat omnis aetas,
Protegat qui nos benedictione,
Qui cluit pollens deitate summa
Trinus et unus.

13. (9.) Ad Laudes.

1. Cuncta qui regis, Deus alme, nostri
Criminum pondus releva, precamur,
Iste confessor cui militavit
Corpore, corde.

2. Voce divina monitus iubente
Inter excelsi requiem soporis
Semet in solo tenuit beatus
Caespite iusso.

3. Carceris clausi tenebras fugavit
Mira signorum simul et peregit
Atque virtutum iubare decorus
Celsa petivit.

4. Gloriam Christo canat omnis aetas,
Protegat qui nos benedictione,
Qui cluit pollens deitate summa
Trinus et unus.

14. (10.) De sancto Eparchio.

Lectio.

Tempora prisca Deus decorans pie lampade celsus.
Celsus adauxit herus tempora prisca Deus.
Empta soli pretiis pollent ut stemmata gemmis,
Vota nitent meritis empta soli pretiis.
5. Mira studentque rosas quo pendere lilia gratas
Carpere caeligenas mira studentque rosas.
Principe principio sic cosmus splendet, et alto
Sancta micant deico principe principio.

Obtinuere chori patrum primordia celsi.
Anteriora boni obtinuere chori.
Recta canens hagio venit hinc vatum chorus agno,
Flamine fert populo recta canens hagio,
Agie, sancte, sacer, qui promunt ore potenter,
Rite boant iugiter: Hagie, sancte, sacer.
Primus apostolicus trabeatus et indusiatus
Considet et cuneus primus apostolicus.
Romphea colla vomens rubicundat martyres ardens.
Sanguine fusa videns romphea colla vomens.
Iam sacra virgineas excellit turma coronas
Famine perspicuas iam sacra virgineas.
Sancta sacrans digitis rutilat nam contio sacris,
Fercla cibi, calicis sancta sacrans digitis.
Commoriendo Deo gladios praetendit Olympo,
Pace quiescit humo commoriendo Deo.
Astra rubens superas, Eparchi sanctus, adornas
Consociusque beas, astra rubens superas.
Divitias Domini quia temnis munere Christi,
Nunc capis altithroni divitias Domini.
Es quoque pauperiem locuples sectatus ob arcem,
Vectus ad unanimem es quoque pauperiem.
Vir pius ac rutilis virtutum dote manebis,
Omnibus, alme, bonis, vir pius ac rutilis.
Stare sciens inopi miserator, mitis Eparchi,
Es vice paracliti, stare sciens inopi.
Dulcis amorque bonis renites dulcorus alumnis,
Adfluis ut genitis dulcis amorque bonis.
Erigis ob titulos morum procedere comptos,
Perpie, sanctificos erigis ob titulos.
Cerberus intremuit letoque datos tibi reddit,
Qui tua iussa facit, Cerberus intremuit.
Obtenebrata fugas palponibus ac via constas,
Fulgida lucis amas, obtenebrata fugas.
Rectius, arthetrici, salientes curritis ipsi,
Itis ad omne citi rectius, arthetrici.
Artubus unicolor data fit, cui morbus oletor,
Grex, cane *Laus et honor*, artubus unicolor.
Nacta super numerum meliusque caterva virorum
Agmina sunt medicum nacta super numerum.
Sic, Egolisma, places, tanto cum numine fulges,
Propter eum totiens sic, Egolisma, places.
Plusque vales meritis sancti quam turribus altis
Eparchii innumeris plusque vales meritis.
In fidei radiis adit hinc tumulum sibi quisquis,
Ops datur omnimodis in fidei radiis.

Egregia egregii qui visit membra patroni,
Vota feruntur ei egregia egregii.
Laetitiae socium socius deprehendit amicum,
Cor hilaratque pium laetitiae socium.
Aura polosa soma simul hac iubilant medicina,
Commoditate data aura polosa soma.
Mitis Eparchi, decens, Christo proferre clientes,
Sint bonitatis, ames, mitis Eparchi, decens,
Pontus et ima reos affligunt crimine mersos,
Quos videant superos pontus et ima reos.
Abside fulminea nimbis iactamur et una,
Nos tege sed galea abside fulminea.
Dicere nosque iuvat nebulones: Umbra recedat,
Gloria, lux veniat, dicere nosque iuvat.
En, dominare tuae propriae per cuncta catervae
Poscimus, ecclesiae, en, dominare tuae.
Crescat ut altus amor, societur caelicus ardor,
Esto salus et honor, crescat ut altus honor.
Exue nos maculis, renova virtutibus almis,
Alme, tuis meritis exue nos maculis,
Luxque tuis sophiae sit collatrix facis almae
Eniteat deicae luxque tuis sophiae.
Sontia, prava fuga, crudelia, mollia, pigra,
Lurida, pestifera, sontia, prava fuga.
Unanimes Domino compone perenniter alto,
Fac, bone, celsithrono unanimes Domino.
Scandere regna poli rogites nos, pastor Eparchi,
Consule macte gregi scandere regna poli.

* *
*

Almus Eparchi Deo nimium quo splendide DaviD
Dignus con, polica doctilogus patriA,
Ecce, tuam merito nequimus tangere laudeM,
Mire patrone mage, multisonaque chelE.
Almipotens tuus est cumulus nam laudis et aggeR,
Regnat ubique pia, rex, bene iustitiA.
Unde, pater, sua laus es, Eparchi beate resultanS
Sidereusque situ, stellifer in habitU.

Diese Verse sind in die XII Lectio in natale sancti Eparchii eingeschoben und darin mit folgenden Worten eingeleitet: Quis autem, licet facetissimae urbanitatis meritis, valet profari praeconiis, quanti sit hic pater sanctus apud omnipotentem meritis? Nimirum versibus dactylicis eiusdem patris quid cuidam alumno eloquentiae sophialis amor, immo sacer adflaverit spiritus in eiusdem piissimi patroni laude, libentibus animis audite. Nach Einschaltung des Gedichtes schliefst die Lesung mit den Worten: His musico carmine praelibatis te, pater sancte obsecramus etc. Das Akrostichon des Gedichtes wiederholt den ersten Hexameter, das der Nachschrift zweimal, doch in anderer Folge, den Namen Ademarus.

15. (11). De sancto Eparchio.

Lectio.

Tempora prisca Deus sanctis insigniter almis
Condecorans mundum quondam respersit honestum,
Florida ceu pratum distingunt germina pulchrum.
Clarus Appollo calet medio dum vertice caeli,
Ac bene mixta rosis albentia lilia rubris
Inflorant nitidi sparsim violaria campi,
Sic Deus astrigeri rectorque creator Olympi
Ordine sanctorum mundum decoravit amoenum.
Principio patriarcharum chorus ille beatus
Sumpsit ab orbe caput, claro de germine comptus.
Inde prophetica consurgit lux altera saecli,
Contio ter Domino *Sanctus*, *sanctus* quoque *sanctus*
Coniubilans sequitur, rutilus quos ordine summo
Coetus apostolicus, fama super aethera notus.
Ecce, coronati lauro palmaque venusti
Procedunt alacres Domino per funera testes.
Emicat inde sacerdotum pia turma bonorum
Mortificando suis mundum per corpora membris.
Quos inter renites, miles iam fortis Eparchi,
Divitias spernens saecli pro nomine Christi
Pauperiemque sequens, caeli quo numina posses
Tangere, virtutum dote redimite bonarum,
Pauperibus largus, monachis quoque semper amandus,
Moribus, exemplis formas quos optime sanctis,
Ad vitam revocans mortis in funera mersos,
Lumina restituens caecisque viatica claudis,
Morbida persanans aegrorum milia passim.
Unde, Egolisma, places tanto suffulta patrono
Plusque vales sancti meritis quam turribus altis.
Suppliciter nam quisquis adit tumulata benigni
Membra patris sacri, voti sibi compos abunde
Efficitur gaudens aedes propriasque revisit,
Hinc animae referens hinc corporis atque medelam.
Quam miseris tribuas nobis, o mitis Eparchi,
Pondere qui scelerum iacimur sine fine malorum,
Labimur undisonis saeclo et volvente procellis.
Haec tibi, sancte pater, canimus, quae ferto libenter.
Sit veniale, tui reputant male si quid alumni,
Nam psalmis canitur *mendax omnis homo* sacris.
Quodsi digna tuis reboamus carmina sceptris,
Haec tibi semper, amande Deo, sint praestita, cordi
Munera quae placeant oculis placeantque serenis.
Nobis quantus amor de te sit cordibus imis,

Quis facile scriptis quibit decerpere doctis?
Poscimus unde, pater nimium nimiumque verende,
Quo placeat nostrum precibus meminisse paternis.
Pro nobis fundas Domino pia verba canendo.
Qui regis omnipotens mundum, miserere tuorum,
Solvas imperiis ornantes carmina metris.
Vosque, patres, superos egit quos ordo benignus,
Caelicolae proceres caelique exercitus omnis,
Martyres et missi, splendentes intemeratae,
Nunc, petimus, memores nostri per saecula sitis.
Cultibus almifico ditemur in agmine divis,
Crimina solvantur nostri, deposcimus omnes.
Coetibus astriferis rogitantes nos societis,
Quo regis pia castra nitent, ubi florida pollent
Atria, quo sanctae capiamus praemia vitae.
Christe, benigne Deus, tua quis praeconia fari
Mirificas sanctos valeat quibus optima claros?
Quippe placens nimium Domino, pater alme Eparchi,
Unde tui poterunt edici iure triumphi,
Cum tua laus Dominus sit maxima trinus et unus,
Tuque, pater, sua laus sis nunc per saecla futura?

Die Bestimmung dieses Gedichtes war, nach Wunsch an Stelle des vorhergehenden in die XII. Lectio eingeschaltet zu werden. Dasselbe kontrastiert sprachlich so sehr mit der geschraubten Wortfolge Ademars, dafs man sich fragt, ob ein und derselbe Autor dieses und das vorhergehende Gedicht schreiben konnte. Allerdings trug er bei letzterem die doppelte Fessel des Akrostichums und des versus paractericus. Eine Überarbeitung dieses Gedichtes findet man bei Delisle a. a. O. S. 346 u. f.

Petrus Damiani.

Episcopus Ostiensis,
† 1072.

Petrus Damiani ist 1006 zu Ravenna von armen Eltern geboren, nach deren Tode er in die Obhut seines Bruders Damian, Erzpriesters von Ravenna, kam, welcher ihn Studien halber nach Faenza und später nach Parma sandte. Nach Vollendung derselben (1034) lehrte er zu Ravenna Grammatik und Rhetorik, trat aber schon bald (um 1035) in das Camalduleuserkloster Fonte Avellana bei Gubbio. Während der Jahre 1039—41 weilte er bei dem Abte Guido in Pomposa zur Instruktion der dortigen Mönche; 1043 zu gleichem Zwecke in dem Kloster San Vincente bei Urbino. Kurz darauf zum Abte von Fonte Avellana erwählt, nimmt er an der römischen Ostersynode von 1051 teil und wird in der Folge von den Päpsten Leo IX. und Stephan IX. wie später von Nikolaus II. und Alexander II. zu verschiedenen kirchlichen Sendungen benutzt. Stephan IX. ernannte ihn zum Kardinalbischof von Ostia (1057). Beim Tode dieses Papstes flieht er amts- und weltmüde nach Fonte Avellana, muſs aber unter Nikolas II. nach glücklicher Erledigung seiner schwierigen Legation nach Mailand (1059) auch noch die Verwaltung von Gubbio (1060) übernehmen. Im Jahre 1069 von Alexander II. endlich seines Bistums entbunden, dessen Titel er aber auch in der Folge noch führt, hat er gleichwohl wichtige Sendungen nach Frankreich (vor allem nach Cluny) und nach Deutschland zu übernehmen. Nachdem er noch, mit einer Sendung nach Ravenna betraut, dort den Frieden zwischen Bischof und Volk wiederhergestellt, starb er den 22. Februar 1072 im Kloster S. Maria vor den Toren von Faenza.

Daſs Petrus Damiani gedichtet, erfahren wir gelegentlich von ihm selbst, wenn er in seinem Tractatus de Abdicatione Episcopatus c. 5 schreibt; „Unde et tetrastichon hoc olim protulisse me memini:

Roma vorax hominum domat ardua colla virorum,
Roma ferax febrium necis est uberrima frugum;
Romanae febres stabili sunt iure fideles,
Quem semel invadunt, vix a vivente recedunt.

Nachdem schon L. Lipomanus im 8. Bande seiner Vitae sanctorum priscorum patrum (Romae 1560) unter mehreren Sermones einzelne Hymnen Damianis herausgegeben, wurden die Werke desselben in einer Gesamtausgabe erst 1606 von Constantin Gaëtani vereinigt (Spätere Auflagen Rom 1608, 1615, Lyon 1623, Paris 1642, 1663, Venedig 1743), von welcher Migne PP. LL. 144 und 145 einen Abdruck darstellt, auf welchen ich mich im folgenden beziehe. Im vierten Bande Gaëtanis (Migne 145) befindet sich eine reichhaltige Sammlung von Gebeten, Gedichten und Hymnen, von der Oudin (II, 693) meint „quae omnia quisquis Petro Damiani indubia ascripserit, hic magnam mihi fidem habere videbitur." Ich kann mich diesem Skeptizismus, was die Hymnen betrifft, nicht anschlieſsen. Zwar gibt Gaëtani nicht an, welchen handschriftlichen Quellen er seine Gedichte entnimmt und auf welche Gründe gestützt er sie Damiani zueignet. Auch ist es mir nicht gelungen, für alle

Hymnen dieser Sammlung noch handschriftliche Quellen zu entdecken, so dafs wir für eine ganze Reihe schlechthin auf Gaëtani angewiesen sind. Doch werden so manche der von ihm edierten Hymnen handschriftlich Damiani zugeschrieben, dafs das Vertrauen in den Herausgeber eine Festigung erfährt. Hierzu treten innere Gründe, teils dem Vorwurf der Hymnen und Rhythmen, teils deren metrischer Form entlehnt, welche mich bis auf einige wenige Nummern, No. (56 ff., an der Autorschaft Damianis nicht zweifeln lassen. Es kommt noch hinzu, dafs Damiani sich einer Doxologie bedient, die bei fast allen seinen in jambischen Dimetern geschriebenen Hymnen wiederkehrt, und somit ein äufseres, augenfälliges Beglaubigungszeichen bildet. Auf Grund dieser Doxologie möchte ich Damiani auch für den Verfasser der beiden Hymnen Anal. XXII, No. 32 und 35 (nicht aber No. 423) halten.

---

16. (1) In Ascensione D. N.

1. Clara polorum culmina
Laeta mirentur lumina,
Quae penetrat rex gloriae
Cum triumpho victoriae.

2. Qui moriturus venerat,
Perempta morte remeat
Victor ad astra nobilis
Raptis gehennae spoliis.

3. Acclinis, ut erigeret,
Venditus, ut redimeret,
Spretis errantem pascuis
Ovem reportat pasculis.

4. Iam, caro, lutum despice,
Caelum, tellus, ingredere.
Nam membris via sternitur,
Quo caput ire cernitur.

5. Iesu, decus angelicum,
Dulcedo, desiderium,
Et nos totis visceribus
Te fac ambire, quaesumus.

6. Da nobis in te vivere,
Ad te cor nostrum dirige,
Accendat nostra pectora
Tuus amor in saecula.

Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. A. — Migne l. c. 933. B. — Str. 3 fehlt A. — 3, 4 pasculis vielleicht verschrieben? Man erwartet statt dessen umeris oder scapulis. — 5, 4 abire A. — Am Rande: „Petrus Damiani.“ A.

17. (2.) In Inventione sanctae Crucis.

Ad Vesperas.

1. Crux, orbis salus perditi,
Perempti vita saeculi,
Quam victa tremunt tartara,
Caeli verentur agmina.

2. In te dum vita moritur,
Mortis catena solvitur,
Aegypti iugo liberi
Verae sunt lucis filii.

3. Te ponit iudex omnium,
Cum iudicatur, solium,
Iam tunc hoedos ab ovibus
Segregat in latronibus.

4. Tu mundi ludis principem,
Dum punis impassibilem,
Reos offerre solita,
Quem nunc das, aufert spolia.

5. In te mactatur victima,
Quae mundi purgat crimina,
Tibi talentum creditur,
Quo Adae culpa solvitur.

6. Nos, vitae signum, protege,
Quo rex triumphat gloriae,
Per te ad regnum provehat,
Quos servitute liberat.

7. Sit patri laus ingenito,
Sit decus unigenito,
Sit utriusque parili
Maiestas summa flamini.

Hymn. ms. Bobbiense saec. 11. Cod. Vatican. 5776. A. — Brev. ms. Strumense saec. 11. Cod. Laurentian. Conv. sup. 524. B. — Psalt. et Hymn. ms. Veronense saec. $^{12}/_{13}$. Cod. Capit. Veronen. 103 (96*). C. — Psalt. et Hymn. ms. Veronense saec. $^{12}/_{13}$. Cod. Capit. Veronen. 108 (101). D. — Brev. ms. Minorum saec. 14. Cod. Angelic. C V 12. E. — Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. F. — Migne l. c. 930. G.

1, 1 Crux mundi salus AE. — 1, 2 Perhenti vita E. — 2, 2 catena moritur E. — 2, 4 Sunt Israelis filii E. — 3, 2 Qui iudicatur E. — 3, 3 Et iam hoedos F. — 4, 1 Tu mundi lucis ACDF. — 4, 4 Quae nunc das AE. — 5, 4 solvet B. — 6, 3 protrahat DE. — 7, 4 summo A. — Am Rande: „Petri Damiani“ F. — Zu diesem und dem folgenden Hymnus sei bemerkt, dafs Fonte Avellana dem heiligen Andreas und dem heiligen Kreuze geweiht war.

18. (3.) In Inventione s. Crucis.

Ad Laudes.

1. Crux, mundi benedictio,
Spes et certa redemptio,
Olim gehennae baiula,
Nunc clara caeli ianua.

2. In te levatur hostia,
Ad se quae traxit omnia,
Quam mundi princeps impetit
Suumque nihil invenit.

3. Tuae legis articulus
Vetus cassat chyrographum,
Antiqua perit servitus,
Vera libertas redditur.

4. Odoris tui copia
Cuncta vincit aromata,
Tui dulcedo nectaris
Replet arcana pectoris.

5. Per crucem, Christe, quaesumus
Ad vitae transfer praemium,
Quos ligni fixus stipite
Dignatus es redimere.

6. Sit patri laus ingenito,
Sit decus unigenito,
Sit utriusque parili
Maiestas summa flamini.

Hymn. ms. Bobbiense saec. 11. Cod. Vatican. 5776. A. — Brev. ms. Strumense saec. 11. Cod. Laurent. Conv. sup. 524. B. — Psalt. et Hymn. ms. Veronense saec. 12^{1} 13. Cod. Capit. Veronen. 103 (96*). C. — Psalt. et Hymn. ms. Veronense saec. 12^{1} 13. Cod. Capit. Veronen. 108 (101). D. — Diurn. ms. Valumbrosan. (?) saec. 13. Cod. Oxonien. Miscell. Liturg 137. E. — Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. F. — Migne l. c. 930 sq. G.

1, 3 baiulat C. — 2, 1 In te litatur CDE. — 2, 2 Ad seque AC: Ad se qui BF. — 2, 3 Qua A. — 3, 1 legi E. — 3, 3 petit F. — 4, 3 necturis A. — 5, 2 Ad veram transfer A. — 5, 3 lignum A. — 6, 4 Maiestas summo principi E. — Am Rande „Idem", d. h. Petrus Damiani. F.

19. (4.) In Assumptione BMV.

Ad Vesperas.

1. Gaudium mundi, nova stella caeli,
Procreans solem, pariens parentem,
Da manum lapsis, fer opem caducis,
Virgo Maria.

2. Te Deo factam liquet esse scalam,
Qua tenens summa petit altus ima,
Nos ad excelsi remeare caeli
Culmina dona.

3. Te beatorum chorus angelorum,
Te prophetarum et apostolorum
Ordo praelatam sibi cernit unam
Post deitatem.

4. Aula caelestis speciosa regis,
Fulta septenis sophiae columnis,
Quem nequit totus cohibere mundus,
Claudis in alvo.

5. Quem tremunt caeli, metuunt abyssi,
Fluminum guttae maris et procellae,
Laudat occasus, veneratur ortus,
Stringis in ulnis.

6. Lacte nutritur cibus angelorum,
Fertur innuptae gremio puellae,
Qui sua late ditione terrae
Pondera librat.

7. Sit decus summo sine fine Christo,
Virgo quam sancta genuit Maria,
Qui patri compar flaminique sancto
Regnat in aevo.

Brev. ms. Strumense saec. 11. Cod. Laurentian. Conv. sup. 524. A. — Collect. ms. Mediolanense saec. 15. Cod. Ambrosian. F 13 sup. B. — Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. C. — Migne l. c. 234 sq. D. — 2, 1 Quatenus summa A. — 2, 3 ad fehlt C. — 3, 3 praeclaram sibi B. — 5, 3 venerantur B. — 7, 1 summum A, gegen den Reim. — 7, 2 Sancta quem virgo D, gegen den Reim; die Zeile fehlt C. — 7, 3 Qui patri compar fehlt C. — 7, 4 in aevum ABCD. — Am Rande: „Petri Damiani; nota sicut *Quod chorus vatum*.“ C. — Auch bei Lipomanus l. c. 334 ro, ohne Abweichungen von D; nur 1, 3 Da manus.

20. (5.) In Assumptione BMV.

Ad Nocturnum.

1. Terrena cuncta iubilent,
Astra laudibus intonent,
Virginis ante thalamum
Carmen alternent dramatum.

2. Haec virgo verbo gravida
Fit paradisi ianua,
Quae Deum mundo reddidit,
Caelum nobis aperuit.

3. Felix ista puerpera,
Evae lege liberrima,
Concepit sine coitu,
Emisit absque gemitu.

4. Dives Mariae gremium,
Mundi gestavit pretium
Quo gloriamur redimi
Soluti iugo debiti.

5. Quam patris implet filius,
Sanctus obumbrat spiritus,
Caelum fiunt castissima
Sacrae puellae viscera.

6. Sit tibi laus, altissime,
Qui natus es de virgine,
Sit honor ineffabili
Patri sanctoque flamini.

Brev. ms. Strumense saec. 11. Cod. Laurentian. Conv. supp. 524. A. — Hymn. ms. Mediolanense saec. 15. Cod. Ambrosian. F 13 sup. B. — Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. C. — Migne l. c. 935. D. 1, 4 Laudes alternent CD. — 3, 3 sine masculo D gegen den Reim. — 3, 4 Peperit absque D. — 3, 3 Caelo A. — Am Rande: „Petri Damiani. Nota sicut *O gloriosa domina* vel *Fit porta Christi*.“ C.

21. (6.) In Assumptione B. M. V.

Ad Laudes.

1. Aurora velut fulgida
Ad caeli meat culmina,
Ut sol Maria splendida,
Tamquam luna pulcherrima.

2. Regina mundi hodie
Thronum conscendit gloriae,
Illum enixa filium,
Qui est ante luciferum.

3. Assumpta super angelos
Excedit et archangelos,
Cuncta sanctorum merita
Transscendit una femina.

4. Quem foverat in gremio,
Locarat in praesaepio,
Nunc regem super omnia
Patris videt in gloria.

5. Pro nobis, virgo virginum,
Tuum deposce filium,
Per quam nostra susceperat,
Ut sua nobis praebeat.

6. Sit tibi laus, altissime,
Qui natus es de virgine,
Sit honor ineffabili
Patri sanctoque flamini.

Brev. ms. Strumense saec. 11. Cod. Laurentian. Couv. sup. 524. A. — Hymn. ms. Veronense saec. 11. Cod. Capit. Veronen. 109. B. — Hymn. ms. Mediolanense saec. 15. Cod. Ambrosian. F 13 sup. C. — Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. D. — Migne l. c. 936. E.

1, 1 Aurea velut B. — 3, 2 Excellit D. — 4, 2 Lactavit in D. — 5, 3 Sit ipse per te praemium B. — 5, 4 Et sua D; Qui factus est et pretium B. — Am Rande: „Petri Damiani. Nota sicut *Fit porta Christi pervia.*“ D.

22. (7.) De Beata Maria V.

Ad Vesperas.

1. Sidus, Maria, splendidum,
Te laudat omne saeculum,
Ex qua sub mundi vespere
Sol ortus est iustitiae.

2. Da cor tenebris eripi,
Da vera luce perfrui,
Quae noctem vitae veteris
Novis illustret meritis.

3. Per te purgemur vitiis,
Solvamur culpae vinculis,
Mens vulsis spinis eruta
Virtutum ferat germina.

4. Sit tibi laus, altissime,
Qui natus es de virgine,
Sit honor ineffabili
Patri sanctoque flamini.

Hymn. ms. Veronense saec. 11. Cod. Capit. Veronen. 109. A. — Antiph. ms. Martialense (Cluniacen.) saec. 11. Cod. Parisin. 1087. B. — Brev. ms. S. Crucis Fontisavellanae saec. 13. Cod. Classen. 357 (137. 5. D). C. — Collect. ms. S. Crucis Fontisavellanae saec. 12—15. Cod. Classen. 246 (139. 3 D). add. saec. 13. D. — Offic. ms. B. M. V. Millestadiense saec. 12. Cod. Virunen. 38. E. — Diurn. ms. Caelestinorum Parisien. saec. 15. Cod. Vindobonen. 2019. F. — Migne l. c. 935. G.

1, 1 Mariae D; inclitum A. — 1, 2 laudet A. — 2, 3 nocte CD. — 2, 4 illustrat D. — 3, 3 Mens evulsis spinis eructa D. — 4, 1 Laus tibi Christe CD. — 4, 2 sqq. fehlen C. — 4, 3 ineffabilis A.

23. (8.) De Beata Maria V.

Ad Primam.

1. Beata Dei genetrix,
Nitor humani generis,
Per quam de servis liberi
Lucisque sumus filii.

2. Fac tuum nobis filium
Pia prece propitium,
Quem graviter offendimus,
Tu mitem redde, quaesumus.

3. Sit tibi laus, altissime,
Qui natus es de virgine,
Sit honor ineffabili
Patri sanctoque flamini.

Hymn. ms. Veronense saec. 11. Cod. Capit Veronen. 109. A. — Antiph. ms. Martialense (Cluniacense) saec. 11. Cod. Parisin. 1087. B. — Brev. ms. S. Crucis Fontisavellanae saec. 13. Cod. Classen. 357. (137. 5. D). C. — Collect. ms. S. Crucis Fontisavellanae saec. 12—15. Cod. Classen. 246. (139. 3. D) add. saec. 13. D. — Offic. ms. BMV. Casinense(?) saec. 13. Cod. Casanaten. B II 12 (1359). E. — Brev. ms. Secoviense (Monial.) saec. 12. Cod. Graecen. 864. F. — Brev. ms. Secoviense saec. $^{11}/_{12}$. Cod. Graecen. 770. G. — Brev. ms. Secoviense (Monial.) saec. 12. Cod. Graecen. 832. H. — Brev. ms. Secoviense saec. $^{12}/_{13}$. Cod. Graecen. 1257. I. — Psalt. et Hymn. ms. Mosacense saec. 14. Cod. Bibl. Archiep. Utinen. IV^{6}. 32. K. — Diurn. ms. Caelestinorum Parisien. saec. 15. Cod. Vindobonen. 2019. L — Migne l. c. 936. M.

1, 2 Mater humani E. — 1, 4 Lucique sumus redditi FGHIK. — 2, 1 nobis tuum E. — 2, 4 mitis D. — 3, 1 Laus tibi rex altissime CD. — 3, 3 Sit laus et ineffabili C. Sit laus ineffabili D. — 3, 4 almoque GHIK: Patrique sancto A; Gloria tibi Domine EF. — Vor Str. 3: Maria, mater gratiae, Mater misericordiae etc. E. — Steht ad Tertiam FGHI.

24. (9.) De Beata Maria V.

Ad Tertiam.

1. Maria, decus hominum,
Regis aeterni solium,
Septem columnis edita
Domus a sapientia.

2. Tu nos venturo iudici
Commenda prece supplici,
Tuis intentos laudibus
Mitis cernat ac placidus.

3. Sit tibi laus, altissime.

Hymn. ms. Veronense saec. 11. Cod. Capit. Veronen. 109. A. — Antiph. ms. Martialense (Cluniacense) saec. 11. Cod. Parisin. 1087. B. — Brev. ms. S. Crucis Fontisavellanae saec. 13. Cod. Classsen. 357 137. 5. D). C. — Collect. ms. S. Crucis Fontisavellanae saec. 12—15. Cod. Classen. 246 (139. 3 D). add. saec. 13. D. — Offic. ms. B.M.V. Casinense(?) saec. 13. Cod. Casanaten. B II 12 (1359). E. — Brev. ms. Secoviense (Monial.) saec. 12 Cod. Graecen. 864. F. — Brev. ms. Secoviense saec. $^{11}/_{12}$. Cod. Graecen. 770. G. — Brev. ms. Secoviense (Monial.) saec. 12. Cod. Graecen. 832 H. — Brev. ms. Secoviense saec. $^{12}/_{13}$. Cod. Graecen. 1257. I. — Diurn. ms. Caelestinorum Parisien. saec. 15. Cod. Vindobonen. 2019. L. — Migne l. c. 936. M.

1, 1 decus omnium D. — 1, 2 Aeterni regis A. — 1, 3 dedita D. — 1, 4 Domusque sapientia D. — 2, 4 cernas AD; et E: Mitis servet BDL. — In D nach Str. 2:

Maria, mater Domini,
Ora pro nobis miseris,
Tuo filio, domina,
Commenda nostras animas,

worauf Doxol. *Gloria tibi, Domine* etc. — In FGHI ad Completorium.

25. (10.) De Beata Maria V.

Ad Sextam.

1. Maria, templum Domini,
Dei mater et hominis.
Tunc vere virgo virginum,
Cum peperisti filium.

2. Da nobis hunc in fervido
Mentis gestare gremio,
Ex tua carne genitus
Nostris regnet in sensibus.

3. Sit tibi laus, altissime.

Hymn. ms. Veronense saec. 11. Cod. Capit. Veronen. 109. A. — Antiph. ms. Martialense (Cluniacen.) saec. 11. Cod. Parisin. 1087. B. — Brev. ms. S. Crucis Fontisavellanae saec. 13. Cod. Classen. 357. (137. 5. D.) C. — Collect. ms. S. Crucis Fontisavellanae saec. 12—15. Cod. Classen. 246 (139. 3. D). add. saec. 13. D. — Offic. ms. B.M.V. Casinense(?) saec. 13. Cod. Casanaten. B II 12. (1359). E. — Brev. ms. Secoviense (Monial.) saec. 12. Cod. Graecen. 864. F. — Brev. ms. Secoviense saec. $^{11}/_{12}$. Cod. Graecen. 770. G. — Brev. ms. Secoviense (Monial.) saec. 12. Cod. Graecen. 832. H. — Brev. ms. Secoviense saec. $^{12}/_{13}$. Cod. Graecen. 1257. I. — Psalt. et Hymn. ms. Mosacense saec. 14. Cod. Bibl. Archiep. Utinen. IV^{0} 32. K. — Diurn. ms. Caelestinorum Parisien. saec. 15. Cod. Vindobonen. 2019. L. — Migne l. c. 936. M.

1, 2 et fehlt D. — 1, 4 peperisses B; genuisti FGHIK. — 2, 1 nobis nunc in A; hunc tu fervido B. — 2, 3 De tua FGHIK. — 2, 4 in mentibus A. — Vor Str. 3 in E:

O stella maris fulgida,
Absolve plebis crimina
Fletus quoque supplicum
Immutando [in] gaudium.

Steht *ad Nonam* A.

26. (11.) De Beata Maria V.

Ad Nonam.

1. O singularis domina,
Sola virgo puerpera,
Praeclara vitae ianua,
Qua caeli patent atria.

2. Tu nos culparum nexibus
Sacris absolve precibus,
Tua promentes merita
Ad caeli transfer praemia.

3. Sit tibi laus, altissime.

Hymn. ms. Veronense saec. 11. Cod. Capit. Veronen. 109. A. — Antiph. ms. Martialense (Cluniacen.) saec. 11. Cod. Parisin. 1087. B. — Brev. ms. S. Crucis Fontisavellanae saec. 13. Cod. Classen. 357 (137. 5. D). C. — Collect. ms. S. Crucis Fontisavellanae saec. 12—15. Cod. Classen. 246 (139. 5. D). add. saec. 13. D. — Offic. ms. B.M.V. Casinense(?) saec. 13. Cod. Casanaten. B II 12 (1359). E. — Psalt. et Hymn. ms. Mosacense saec. 14. Cod. Bibl. Archiep. Utinen. IV^{0} 32. F. — Diurn. ms. Caelestinorum Parisien. saec. 15. Cod. Vindobonen. 2019. G. — Migne l. c. 936. sq. H.

1, 1 femina BF. — 1, 2 virgo perpetua A. — 1. 4 Que caeli AE: patent ianua A. — 2, 3 Tua pro mente A. — In E vor Str. 3.

Lacta, regina, parvulum,
Aeterni regis filium,
Lacta sacrato ubere,
Qui te concessit vivere.

Dann Gloria tibi Domine etc. — Steht *ad Sextam* A.

27. (12.) De Beata Maria V.

Ad Completorium.

1. Maria, virgo regia,
David stirpe progenita,
Non tam paterna nobilis
Quam dignitate subolis.

2. Tu nos avulso veteri
Complanta novo germini,
Per te sit genus hominum
Regale sacerdotium.

3. Sit tibi laus, altissime.

Hymn. ms. Veronense saec. 11. Cod. Capit. Veronen. 109. A. — Antiph. ms. Martialense (Cluniacen.) saec. 11. Cod. Parisin. 1087. B. — Brev. ms. S. Crucis Fontisavellanae saec. 13. Cod. Classen. 357 (137. 5. D). C. — Migne l. c. 137. D.

28. (13.) De sancto Andrea.

1. Captator olim piscium,
Iam nunc piscator hominum,
Tuis, Andrea, retibus
Mundi nos rape fluctibus.

2. Germanus Petri corpore
Nec mortis dispar ordine,
Quos una caro genuit,
Crux caelo fratres edidit.

3. O germen venerabile,
O par corona gloriae,
Ecclesiae patres pii
Crucis sunt aeque filii.

4. Ad Iesum fratri praevius
Indexque vitae strenuus,
Et nobis esto miseris
Beati dux itineris.

5. Sit patri laus ingenito,
Sit decus unigenito.
Sit utriusque parili
Maiestas summa flamini.

Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. A. — Migne l. c. 942. B. — 3. 1 germen vere nobile B. — Am Rande von gleichzeitiger Hand: „Petri Damiani". A. — Zu diesem und dem folgenden Hymnus sei darauf hingewiesen, dafs Andreas Patron von Fonte Avellana war.

29. (14.) De sancto Andreas.

1. Andreae festum colitur,
Lux clara piis oritur,
Per quam tenebras deserunt,
Ad verum lumen redeunt.

2. Aegeas in apostolum
Minaci frendet spiritu,
Per quem Achaiae populum
Cernit ire post Dominum.

3. Nescit minas pavescere,
Nequit tormentis cedere,
Flammantis ardor fidei
Non sentit vim supplicii.

4. Crucis vinctus patibulo
Laetus pendebat biduo,
In ipsa morte positus
Vitae manat eloquium.

5. Luce delapsa caelitus
Repente circumfunditur,
Qui sic obire meruit,
Lucis auctorem petiit.

6. Sit patri laus ingenito,
Sit decus unigenito,
Sit utriusque parili
Maiestas summa flamini.

Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. A. — Migne l. c. 942 sq. B. — 1, 3 quem AB. — Str. 3 fehlt A. — 4, 3 positi B gegen den Reim (Endassonanz). — „Alius de eodem, Petri Damiani" A: in B wird der Hymnus als *Divisio* bezeichnet; mit Unrecht, wie der selbständige Anfang zeigt.

30. (15.) De sancto Anthymo.

1. Insigne decus martyrum,
Laus nostra promat Anthimum,
Cuius testantur omnia
Elementa victoriam.

2. Furores calcat principum,
Manus ridet carnificum,
Fundatae robur fidei
Non quassat vis supplicii.

3. Post carcerum custodias,
Post verberum victorias
Saxo vinctus suspenditur
Et sic in fluctus mergitur.

4. Sed o felicem naufragum!
Mox clarum cernit angelum,
Deponit praesto vinculum,
Liber redit hospitium.

5. Caput caesus interiit,
Sed victor astra petiit,
Dum mortis fert atrociam,
Vitae mercatur gloriam.

6. Sit patri laus ingenito,
Sit decus unigenito,
Sit utriusque parili
Maiestas summa flamini.

Migne l. c. 949 sq. — Auf diesen Heiligen bezieht sich auch einer der Sermones Damianis, der XIX. — Zu 2, 3 sq. vgl. den vorhergehenden Hymnus 3, 3 sq.

31. (16.) De sancto Anthymo.

1. Magnis votorum laudibus
Dignus est martyr Anthymus,
Qui signis et mirificis
Tot claruit prodigiis.

2. Hic Piniani languidam
Carnem simul et animam
Cunctis morborum nexibus
Sacris absolvit precibus.

3. Vesana daemon furia
Quendam vexat per vulnera.
Pacis hostis expellitur.
Sic mens paccata redditur.

4. Te, martyr alme, poscimus
Cordis orisque vocibus,
Ut nos tremendo iudici
Commendes prece supplici.

5. Sit patri laus ingenito.

Migne l. c. 950. — 3, 2 in vulnera. — Bei Migne ein Teil des vorhergehenden Hymnus. — Zu Str. 4 vgl. Nr. 34 (19) Str. 5.

32. (17.) De sancto Apollinare.

Ad Vesperas.

1. Consul aeterni trabeate regni,
Mente devota petimus, labora
Curiam caeli reserare plebi,
Apollinaris.

2. Ianitor summi pius hoc Olympi
Adnuat tanti famulis alumni,
Qui tuas gaudent resonare laudes
Dulcibus hymnis.

3. Intimis pressam tenebris Ravennam
Daemonum vanis inhiando sacris
Clarus Eois veniens ab oris
Lucifer intras.

4. Caecus orbati puer Irenaei
Te probat dextrum rutilare sidus,
Qui patri cordis subolique frontis
Lumina pandis.

5. Nil prodest aegrae medicina Teclae,
Nil profanorum numerus deorum;
Tu cor ad caelum facis atque laetum
Tollere vultum.

6. Laeta Classensis movet ora civis,
Viribus sacrae reserata linguae,
Patris aeternum reparata verbum
Verba fatentur.

7. Morte defunctam duplici puellam
Reddis utrique miserando vitae,
Flatus hinc carnem, Deus inde mentem
Protinus implet.

8. Gloriam patri referamus illi,
Tanta qui dignis tribuit ministris,
Sit decus nato flaminique sancto
Omne per aevum.

Brev. ms. Strumense saec. 11. Cod. Laurentian. Conv. sup. 524. A. — Brev. ms. S. Mariae Rotundae saec. 12^{13}. Cod. Rossian. IX. 1. B. — Migne l. c. 951. C.

2, 1 summi impius Olympi B. — 2, 2 Adnuntiat tanti B. — 3, 3 Eoi A. — 7, 3 Deus inclementem B. — Auf Apollinaris beziehen sich drei unter Damianis Sermones (XXX—XXXII).

33. (18.) De sancto Apollinare.

Ad Nocturnum.

1. Chorus exsultet caelitum,
Turba plaudat fidelium,
Apollinaris passio
Mundi sit exsultatio.

2. Hic in fervore spiritus
Dum praedicat gentilibus,
Quae eius membra perferunt,
Referri lingua nequeunt.

3. Christum in igne positus
Summis testatur vocibus,
Alter nimirum coquitur,
Et alter est, qui loquitur.

4. Eculeo suspenditur,
Torta caro divellitur,
Iam poena poenam cruciat,
Et vulnus plaga vulnerat.

5. Igne iam membra torrida
Elixat aqua fervida,
Sic duo sacrificia
Ex una fiunt victima.

6. Tanta Ravennae gloria
Fertur ab Antiochia,
Haec mittit, illa recipit,
Haec gignit, illa perimit.

7. Sit trinitati gloria,
Quae sic disponit condita,
Ut antiquorum scelera
Nova lucrentur gloria.

Brev. ms. Strumense saec. 11. Cod. Laurentian. Conv. sup. 524. A. — Miss. et Antiph. ms. Benedictin. saec. 11. Cod. Capit. Perusin. 16. B. — Brev. ms. S. Mariae Rotundae saec. 12^{13}. Cod. Rossian. IX. 1. C.

1, 1 exsultat A. — 2, 3 Qui C. — 3, 3 nimirum cognitor C. — Von diesem Hymnus steht bei Migne l. c. 951 nur die erste Strophe; die andern Strophen daselbst gehören zum folgenden Hymnus.

34. (19.) De sancto Apollinare.

Ad Laudes.

1. Dum caeli sphaera volvitur,
Praeclara dies oritur,
Quam martyr apostolicus
Luce perfudit obitus.

2. Quam gloriose moritur,
Qui moriendo oritur!
Tunc vere vitam invenit,
Cum morte carnis interit.

3. Sancto exutus corpore
Stola vestitur gloriae.
Carnis exit ergastulum
Caeli intrat palatium.

4. Exsulta iam, metropolis
Ravenna vere nobilis,
Quod Roma in clavigero.
Tu habes in discipulo.

5. Te, summe praesul, poscimus
Cordis orisque vocibus,
Ut nos venturo iudici
Commendes prece supplici.

6. Gloria sit ingenito
Patri et unigenito,
Sancto simul spiritui,
Deo indivisibili.

Brev. ms. Strumense saec. 11. Cod. Laurentian. Conv. supp. 524. A. — Miss. et Antiph. ms. Benedictin. saec. 11. Cod. Capit. Perusini. 16. B. — Brev. ms. S. Mariae Rotundae Ravenn. saec. $^{12}/_{13}$. Cod. Rossian. IX 1. C. — 1, 1 poli sphaera C. — 1, 3 Qua C. — 2, 3 vita A. — 2, 4 carnis ruerit B. — 3, 1 exuto B. — 5, 4 preces C. — 6, 4 invisibili C. — Stroph. 4. ff. fehlen B.

35. (20.) De sancto Benedicto.

1. Gemma caelestis pretiosa regis,
Norma iustorum, via monachorum,
Nos ab immundi, Benedicte, mundi
Subtrahe caeno.

2. Tu solum spernens, cor in astra figens,
Cogis heredes fieri parentes,
Vas Deo plenum reparare fractum
Promeruisti.

3. Magnus in parvis eremita membris
Vincis aetatem, superas laborem,
Arta districtae rudimenta vitae
Fervidus imples.

4. Strage saxorum puerum sepultum,
Mox ut orasti, prece suscitasti,
Sensus hinc carni, caro sanitati
Redditur aeque.

5. Iure sub blandae specie columbae
Nesciam fellis animam sororis
Summa stellati penetrare caeli
Culmina cernis.

6. Ipse post clarum referens triumphum
Celsa devicto petis astra mundo,
Luce flammantem radiante callem
Pallia sternunt.

7. Laus, honor patri parilique proli,
Una maiestas, eadem potestas,
Cum quibus sanctus simul implet omnem
Spiritus orbem.

Hymn. ms. Bobbiense saec. 11. Cod. Vatican. 5776. A. — Hymn. ms. S. Eutychii Nursin. saec. 11. Cod. Vallicellan. B 79. B. — Psalt. et Hymn. S. Sophiae Beneventanae saec. 11. Cod. Neapolitan. VI E 43. C. — Brev. ms. Casinense(?) saec. 11. Cod. Vindobonen. 1106. D. — Brev. ms. Monasticum saec. 14. Cod. Roman. 1411 (Sessor. 146). E. — Migne l. c. 957 cq. F.

1, 3 ab immundo A B, gegen den Reim. — 2, 3 plenus B E, pleno A, gegen den Reim. — 4, 1 puerum peremptum B D E. — 4, 3 Spiritus carni B C E. — 5, 1 sublande A. — 6, 1 clareum D; referi A. — 6, 2 Morte devicta D E. — 6, 3 Lucem B; flammante A E; calle E: cellam F.

36. (21.) De sancto Benedicto.

Ad Nocturnum.

1. Signifer invictissime,
Sacraeque dux militiae,
Nos, Benedicte, valido
Precum defende brachio.

2. His armis exsecrabilem
Leonis vince rabiem,
Quibus olim taeterrimam
Pellis ab ore merulam.

3. Urticae iunctae vepribus
Vulnus curant vulneribus,
Flammata mens divinitus
Ignes extinguit ignibus.

4. Crucem mittens ut lapidem
Veneni frangis calicem.
Non valet mortis vasculum
Vitae ferre signaculum.

5. Frater, quem tunc nequissimus
Vagum raptabat spiritus,
Cum tua virga caeditur,
Stabilitati redditur.

6. Sit patri laus ingenito,
Sit decus unigenito,
Sit utriusque parili
Maiestas summa flamini.

Hymn. ms. Bobbiense saec. 11. Cod. Vatican. 5776. A. — Hymn. ms. S. Eutychii Nursini saec. 11 Cod. Vallicellan. B 79. B. — Brev. ms. Casinense saec. 14/15. Cod. Ambrosian. Z 33 sup. C. — Diurn. ms. Portus Veneris(?) saec. 15. Cod. Alexandrin. 235. D. — Psalt. et Hymn. ms. S. Servuli Venet. saec. 15. Cod. Cicogna 1573 (2065) E. — Brev. Camaldulense imp. Venetiis 1484. F. — Migne l. c. 958. G.

1, 3 validum B. — 1, 4 brachium B. — 2, 2 vincis A. — 3, 1 Vertice vincte C. — 4, 2 frangit A C D; frangens F. — 5, 1 Vagus A. — 5, 4 Stabilitate A. — 6, 1 laus patri C D F.

37. (22). De sancto Benedicto.

Ad Laudes.

1. Aurora surgit aurea
Festa restaurans annua,
Cum Benedictus arduum
Caeli scandit palatium.

2. Quanta in summis accipit,
Qui sic in imis claruit,
Cuius micant prodigia
Per ampla mundi climata!

3. Eius carentum gratia
Tellus vomit cadavera,
Devotis unda liquida
Sicca lambit vestigia.

4. Totius orbis ambitum
Per solis videt radium,
Mens in auctore posita
Subiecta cernit omnia.

5. Te, summe pater, petimus
Pronae mentis visceribus,
Ut caelum des ascendere,
Quos terram doces spernere.

6. Sit patri laus ingenito,
Sit decus unigenito,
Sit utriusque parili
Maiestas summa flamini.

Hymn. ms. Bobbiense saec. 11. Cod. Vatican. 5776. A. — Brev. ms. S. Eutychii Nursini saec. 11. Cod. Vallicellan. B 79. B. — Brev. ms. Casinense saec. $^{14}/_{15}$. Cod. Ambrosian. Z 33 sup. C. — Diurn. ms. Portus Veneris(?) saec. 15. Cod. Alexandrin. 235. D. — Psalt. et Hymn. ms. S. Servuli saec. 15. Cod. Cicogna 1573 (2065) E. — Migne l. c. 958. F. — 2, 2 in hymnis claruit A. — 3, 3 Cuius C. — 4, 2 vide A, vidit C. — 5, 1 Te, pater alma, petimus F.

38. (23.) De ss. Donato et Hilariano.

1. Gloriam clari canimus triumphi,
Quo polum victor petiit Donatus,
Compar et poenae simul et coronae
Hilarianus.

2. Hi velut binae radiant lucernae
Orbis et taetras removent tenebras,
Dum tonant verbis rutilantque signis
Prodigiorum.

3. Daemones captis spoliant rapinis,
Quos precum duris cruciant flagellis,
Robur aegrotis reparantque caecis
Lumen utrumque.

4. Mensibus clauso tribus e sepulcro
Prodit infossum mulier talentum,
Functa sic vivo tribuit marito,
Ne moreretur.

5. Fragmen obtriti calicis priorem
Surgit in formam pereunte parva
Parte, sed nullus liquor inde stillat,
Res nova mundo!

6. Quaesumus, celsi proceres Olympi,
Nos simul vestris precibus paternis
Erigat lapsos, solidet confractos
Dextera Christi.

7. Laus honor patri parilique proli,
Una maiestas, eadem potestas,
Cum quibus sanctus simul implet omnem
Spiritus orbem.

Brev. ms. Strumense saec. 11. Cod. Laurentian. Conv. sup. 524. A. — Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. B. — Migne l. c. 954 sq. C. — 2, 2 Orbis et terras A C. — 3, 1 Daemonas A. — 4, 1 e fehlt B. — 5, 2 in fehlt A. — 6, 1 caeli proceres B.

39. (24.) De sancto Donato.

1. Donate, sidus aureum,
Martyr et proles martyrum,
Sed quos ad fidem praevenis,
Martyrio praecederis.

2. Nobis, praesul egregie,
Decus et lux ecclesiae,
Tibi festa colentibus
Sacris succurre precibus.

3. Qui das trimestri mortuae
Viva verba depromere,
Resuscita per spiritum
Sepultos mole criminum.

4. Vita clarus et moribus
Hilarianus monachus,
Iure functus hospitii
Fit consors et martyrii.

5. Vos clarae mundi lampades
Caelique vivi lapides,
Nos infelices meritis
Vestris ascite praemiis.

6. Sit patri laus ingenito,
Sit decus unigenito,
Sit utriusque parili
Maiestas summa flamini.

Brev. ms. Strumense saec. 11. Cod. Laurentian. Conv. sup. 524. A. — Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. B. — Migne l. c. 955. C. — 3, 4 Sepulto A. — 4, 1 Vita lux et moribus B, lucet et C. — 5, 1 Vas B. —

40. (25.) De sancto Fidele.

1. Magna Fidelis merita
Sancta promit ecclesia,
Qui morte mortem perdidit
Et victor astra petiit.

2. Abiecto carnis onere
Stola vestitur gloriae,
Tersis ab ore lacrimis
Veris potitur gaudiis.

3. Ut ense caesus moritur,
Saeva tempestas oritur,
Sic intentatur impiis
Vindicta iusti iudicis.

4. Quendam ex carnificibus
Malus invadit spiritus,
Mox sacrae glebae iungitur,
Dira pestis excluditur.

5. Cordis orisque precibus
Te, martyr alme, petimus,
Nos tua per vestigia
Ad vitae ducas praemia.

6. Sit patri laus ingenito,
Sit decus unigenito,
Sit utriusque parili
Maiestas summa flamini.

Migne l. c. 956 sq. A. — Lipomanus l. c. 255a. B. — 4, 3 sanctae B. — Zu Str. 5 vgl. Nr. 31, Str. 4 und Nr. 34, Str. 5.

41. (26.) De sancto Gregorio.

1. Anglorum iam apostolus,
Nunc angelorum socius,
Ut tunc, Gregori, gentibus
Succurre iam credentibus.

2. Tu largas opum copias
Omnemque mundi gloriam
Spernis, ut inops inopem
Iesum sequaris principem.

3. Videtur egens naufragus,
Dum stipem petit, angelus,
Tu munus iam post geminum
Praebes et vas argenteum.

4. Ex hoc te Christus tempore
Suae praefert ecclesiae,
Sic Petri gradum percipis,
Cuius et normam sequeris.

5. O pontifex egregie,
Lux et decus ecclesiae,
Non sinas in periculis,
Quos tot mandatis construis.

6. Mella cor obdulcantia
Tua distillant labia,
Fragrantum vim aromatum
Tuum vincit eloquium.

7. Scripturae sacrae mystica
Mire solvis aenigmata,
Theorica mysteria
Te docet ipsa veritas.

8. Tu nactus apostolicam
Vitam simul et gloriam,
Nos solve culpae nexibus,
Redde polorum sedibus.

9. Sit patri laus ingenito,
Sit decus unigenito,
Sit utriusque parili
Maiestas summa flamini.

Hymn. ms. Casinense saec. 10. ex. Cod. Vatican. Ottobon. 145. add. saec. 11. ex. A. — Orat ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. B. — Migne l. c. 957. C. — 3, 3 Ac munus A. — 6, 3 Fraglantium aromatum B. — 6, 4 vincunt A; Vincit et eloquium B. — 8, 2 Vitam fehlt; Simul et angelicam B. — Am Rande von gleichzeitiger Hand: Petri Damiani B. — Gregor war der Patron eines von Damiani gegründeten Klosters zu Concha. — Vgl. Anal. XXII. 118 sq.

42. (27.) De s. Iohanne Evangelista.

Ad Vesperas.

1. Virginis virgo venerande custos,
Magnus aeterni logotheta verbi,
Dele servorum facinus tuorum,
Sancte Iohannes.

2. Tu patrem carnis subito relinquis,
Sicque caelestem sequeris parentem,
Piscibus spretis hominum iuberis
Claudere turbam.

3. Fonte prorumpens fluvius perenni
Curris, arentis satiator orbis,
Hausit ex pleno, modo quod propinat,
Pectore pectus.

4. Tu decus mundi iubar atque caeli,
Impetra nostris veniam ruinis
Da sacramentum penetrare summum,
Quod docuisti.

5. Patris arcanum speculando verbum
Tollis errorem fidei per orbem,
Nos ad aeternam speciem fruendam,
Dux bone, transfer.

6. Laus, honor patri parilique proli,
Una maiestas, eadem potestas,
Cum quibus sanctus simul implet omnem
Spiritus orbem.

Migne l. c. 943 A. — Lipomanus l. c. 298v. B. — Die Doxologie dieses Hymnus ist dieselbe wie bei Nr. 35 und 38.

43. (28.) De s. Iohanne Evangelista.

Ad Nocturnum.

1. Fidelis plebs cum angelis
Festivis plaudat gaudiis,
Nativitati Domini
Occurrit laus apostoli.

2. Dilectus hic prae ceteris
Apud magistrum tenuit
Ob virginale meritum
Amoris privilegium.

3. Hausit ex Christi pectore
Fluenta sapientiae,
Hinc arva cordis irrigat
Et verbum patris insonat.

4. Huic in cruce positus
Matrem commendat Dominus,
Fit mater virgo virgini,
Quem fovet vice filii.

5. Te pronis alme cordibus,
Caeli senator, poscimus,
Da verbi vultum cernere,
Quos verbum doces credere.

6. Sit patri laus ingenito,
Sit decus unigenito,
Sit utriusque parili
Maiestas summa flamini.

Brev. ms. Bisuntinum saec. 14. Cod. Bisuntin. 63. A. — Psalt. et Hymn. ms. Bisuntinum saec. 15. Cod. Bisuntin. 64. B. — Brev. ms. Bisuntinum saec. 15. Cod. Bisuntin. 68. C. — Brev. ms. Bisuntinum saec. 15. Cod. Bibl. Archiep. Remen. s. n. D. — Breviarium Bisuntinum imp. s. l. et a. E. — Migne l. c. 941 sq. F. — Str. 1 fehlt ABCDE. — Doxol. Gloria tibi Domine ABCDE.

44. (29.) De s. Iohanne Evangelista.

Ad Laudes.

1. Magna Iohannis merita
Sancta promat ecclesia,
Quam tenebris evacuat,
Vitae verbis irradiat.

2. Huius cor in sublimibus
Sanctus suspendit spiritus,
Ut profunde latentia
Cernat alta mysteria.

3. In illa felix aquila
Ad escam volat avida,
Quae caeli cives vegetat
Et nos in vita recreat.

4. Hic in choro tot militum
Primatum tenet virginum,
Fit agno sic pedissequus,
Ut matris individuus.

5. Sit patri laus ingenito.

Brev. ms. Bisuntinum saec. 14. Cod. Bisuntin. 63. A. — Psalt et Hymn. ms. Bisuntinum saec. 15. Cod. Bisuntin. 64. B. — Brev. ms. Bisuntinum saec. 15. Cod. Bisuntin. 68. C. — Breviarium Bisuntinum imp. s. l. et a. D. — Migne l. c. 944. E. — 4, 1 Sic in choro A. — 4, 2 Primevum A. — 5, 1 Gloria tibi, Domine ABCD.

45. (30.) In Conversione s. Pauli.

1. Paule, doctor egregie,
Tuba clangens ecclesiae,
Nubes volans ad tonitrum
Per amplum mundi circulum,

2. Nobis potenter intona
Ruraque cordis irriga,
Caelestis imbre gratiae
Mentes virescant aridae.

3. O magnum Pauli meritum!
Caelum conscendit tertium,
Audit verba mysterii,
Quae nullis audet eloqui.

4. Dum verbi spargit semina,
Seges surgit uberrima,
Sic caeli replent horreum
Bonorum fruges operum.

5. Micantis more lampadis
Perfundit orbem radiis,
Fugat errorum tenebras,
Ut sola regnet veritas.

6. Sit patri laus ingenito,
Sit decus unigenito,
Sit utriusque parili
Maiestas summa flamini.

Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. A. — Migne l. c. 942. B. — 4, 2 creberrima A. — Am Rande: „Petri Damiani“. A.

46. (31.) De sancto Petro.

1. Senatus apostolici
Princeps et praeco Domini,
Pastor prime fidelium,
Custodi gregem creditum.

2. Per pascua virentia
Nos verbi fruge recrea,
Refectas oves praevius
Caulis infer caelestibus.

3. Supernae claves ianuae
Tibi, Petre, sunt traditae,
Tuisque patent legibus
Terrena cum caelestibus.

4. Tu petram verae fidei,
Tu basim aedificii
Fundas, in qua catholica
Fixa surgit ecclesia.

5. Umbra tua, cum graderis,
Fit medicina languidis,
Textrinis usa vestium
Sprevit Tabitha feretrum.

6. Catena vinctum gemina
Virtus solvit angelica,
Veste sumpta cum caligis
Patescunt fores carceris.

7. Sit patri laus ingenito,
Sit decus unigenito,
Sit utriusque parili
Maiestas summa flamini.

Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. A. — Migne l. c. 941 sq. B. — 3, 3 Lies parent? — 4, 2 Tuba summi aedificii A. — 6, 3 Iuste sumpta A. — Am Rande: Petrus Damiani. A.

47. (32.) De sancto Rufino.

1. Magnum Rufini meritum
Turba canat fidelium,
Quo mundi victor exstitit
Et liber astra petiit.

2. Bellator invictissimus
Praebet ora lapidibus,
Sed verbis grando verberum
Non indidit silentium.

3. Plumbatis inde caeditur,
Iamiam obisse creditur,
Sed, qui putatur mortuus,
Surgit in arma promptius.

4. Detruditur in clibanum
Furentem flammis ignium,
Caminus sed incendii
Fit nemus refrigerii.

5. Nam flammis crepitantibus
Clarus immersit angelus,
Ad cuius mox imperium
Perdit vires incendium.

6. Sit patri laus ingenito,
Sit decus unigenito,
Sit utriusque parili
Maiestas summa flamini.

Migne l. c. 953 sq. A. — Lipomanus l. c. 245v B. — 2, 3 grando lapidum A. — Von Rufinus handelt Sermo XXXVI. unter Damianis Reden.

48. (33.) De sancto Rufino.

1. Certat martyr egregius
Ut leo vinci nescius,
Cuncta poenarum genera
Mente calcat intrepida.

2. Saxum collo suspenditur,
Sic fluctibus immergitur,
Quem aqua Christo genuit,
Per hanc ad ipsum pervenit.

3. Nunc carnis liber onere
Rubro vestitur podere,
Corona plexus capite
De pretioso lapide.

4. Te, martyr alme, petimus
Mentis pronae visceribus,
Nos tua solvant merita,
Quos nostra gravant debita.

5. Sit patri laus ingenito.

Migne l. c. 954. A. — Lipomanus l. c. 245v B. — 2, 2 pondere A. — Zu Str. 4 vgl. Nr. 37, Str. 5. — Dieser Hymnus ist in B, wohl richtiger, als Divisio bezeichnet.

49. (34.) De sancto Ursicino.

1. Dulce martyr eximius
Festum praebet Ursicinus,
Quo victus victor exstitit
Et clarus astra petiit.

2. Nam poenas post horrificas
Carnis pavet infirmitas,
Sed mox ad cor revertitur
Et laetus in se caeditur.

3. Digne raptor erubuit,
Rapinae cum succubuit
Et hoste lapso perdidit,
Qui stanti vulnus intulit.

4. Et nos inter certamina,
Martyr insignis, adiuva,
Da diffidentes fidere
Victosque rursum vincere.

5. Sic animarum medicus
Affer opem languentibus,
Haustu caelestis gratiae
Aegrae curentur animae.

6. Sit patri laus ingenito,
Sit decus unigenito,
Sit utriusque parili
Maiestas summa flamini.

Migne l. c. 950. — 2, 4 in se jedenfalls irrtümlich — 3, 1 Dignae. — 4, 3 Dissidentes. — 5, 4 curantur.

50. (35). De sancto Vitale.

1. Insigne decus martyrum,
Astrum Vitalis aureum,
Per gloriam certaminis
Urbem perfudit radiis.

2. Ense praecinctus fidei
Christi succurrit militi,
Dum lapso manum porrigit,
Hostem calcare docuit.

3. Eculeo suspenditur,
Sed poena parvipenditur,
Amoris ardor intimi
Non sentit vim supplicii.

4. Terrae mersus infoditur,
Sol super astra tollitur,
Obruitur ruderibus,
Radiat in caelestibus.

5. Nos, martyr invictissime,
Da post ruinam vincere
Digneque post victoriam
Ad caeli transfer gloriam.

6. Sit patri laus ingenito,
Sit decus unigenito,
Sit utriusque parili
Maiestas summa flamini.

Migne l. c. 949. — Zu 3, 3 sq. vgl. Nr. 29, Str. 3, 3 und Nr. 30, Str. 2, 3. — Auf Vitalis finden sich unter Damianis Reden zwei, Sermo XVII sq.

51. (36.) De Confessore et Pontifice.

Ad Vesp. et Noct.

1. Sacri pontificis annuus emicat
Natalis, celebrans plebs pia gaudeat
Et laeto resonet pectore carmina
Christo, qui regit omnia.

2. Hic spernens proprii gaudia corporis
Longum sustinuit martyrium crucis,
Tormentum gravius vulnere pertulit,
Qui tortor suus exstitit.

3. Sacrae militiae signifer inclitus
Virtutum fuerat forma sequentibus,
Accendens validis pectora vocibus,
Praeclaris quoque moribus.

4. Bis senos lapides pectore detulit,
Bis tinctae tunicae tegmine splenduit,
Tintinabula cui dulciter obstrepunt,
Mala punica defluunt.

5. Ipsius precibus, conditor omnium,
Demersos releva pondere criminum,
Cui laus, imperium summaque gloria
Sit per omnia saecula.

Migne l. c. 959. — Str. 1 ist bei M. falsch abgeteilt. — 4, 3 Cui tintinabula.

52. (37.) De Confessore Pontifice.

Ad Laudes.

1. Christe, sanctorum gloria,
Certantium victoria,
Nos confessorum precibus
Culparum solve nexibus.

2. Fac nos imitabilia
Eius sequi vestigia,
Tu sis commune praemium,
Qui factus es et pretium.

3. Nam hic in imo positus
Celsis praestolat moribus,
Humilis erat ordine,
Claro sublimis opere.

4. Intenta mens caelestibus
Mundanos horret strepitus,
Nil iam delectat anxiam,
Quod non ducit ad patriam.

5. Accensus illuc spiritus
Totis anhelat nisibus,
Iam cernit in aenigmate
Lumen inaccessibile.

6. Sit patri laus ingenito,
Sit decus unigenito,
Sit utriusque parili
Maiestas summa flamini.

Migne l. c. 959 sq.

53. (38.) De sancto Apollinare.

Sequentia.

1. Clara nobis praeconia

2 a. Apollinaris caelica
martyris
laetis promant
vocibus agmina,

2 b. Omnis et orbis quadrua
dramatum
dulce melos
resonent climata.

3 a. Exsultet merito
nimis alumna
tam egregii
civis Antiochia,

3 b. Plaudat praecipue
felix Ravenna,
sacro eius
cruore purpurata.

4 a. O virtus nova,
vinci nescia,
o turris David
invictissima,
cuncta
pro nihilo reputans
tormentorum genera,

4 b. Alta viscerum
ridens vulnera,
dura verberum
spernens stigmata!
Aqua
refrigerat fervida
membra flammis torrida.

5 a. Carcerales hinc tenebras,
longa ferens exsilia,
famis quoque
pertulit inopiam,
sustinuit
eculei suspendia.

5 b. Catenarum mox vincula
sacra vinciunt brachia;
contundere
non timet os rabida
cum lapide
carnificis insania.

6 a. Eviscerans
claustra tartarea
exanimem
Patricii
suscitavit filiam.

6 b. Quis referat,
quot caecorum lumina,
quot languida
divinitus
reparavit corpora?

7 a. Petimus,
ecclesiae radians
sidus et lucerna
pontificum nitida
martyrumque gemma,

7 b. Pectora
nostra prece sedula
vitiis emenda,
virtutibus robora,
cor in astra leva,

8. Et Christum nos cernere
fac in saecula.

Migne l. c. 952 sq.

54. (39.) De Beata Maria V.

1. O genetrix aeterni
Virgo Maria verbi,
Quae vox, quae lingua carnis
Par erit tuae laudi?

2. Tu nova maris stella,
Celsa poli fenestra,
Scala, quae caelum terris
Iungis, ima supernis.

3. Immensum concepisti,
Parentem peperisti;
Fit factor ex factura,
Creans ex creatura.

4. Quem mundus ferre nequit,
Totum vulva concepit,
Quo circumitur aether,
Puellae clausit venter.

5. Servi forma indutus,
Divina non exutus
Suscepit quidem tua,
Sed non amisit sua.

6. Oritur ortus rerum,
Fit antiquus dierum,
Orbis origo coepit
Factus ex his, quae fecit.

7. Conceptus fecundavit,
Natus non violavit,
Intravit et exivit,
Sed clausam te reliquit.

8. Tu Aaron es virga
Fecunda, licet sicca,
Quae germen protulisti,
Sed virgo permansisti.

9. Te rubus praelucebat,
Qui ardens non ardebat,
Quae sine aestu mentis
Fructum dedisti ventris.

10. Et ante partum virgo,
Sed post virginum virgo,
Crevit in ortu prolis
Integritas pudoris.

11. Est angelorum cibus
Tuo lacte nutritus;
Qui mari praebet undas,
Papillae sugit guttas.

12. Geris in sinu prolem,
Qui terrae librat molem,
Foves, a quo foveris,
Servas, a quo tueris.

13. Blandire, mater, caro,
Qui te creavit, nato,
Oscula grata fige,
Fasciis membra cinge.

14. Amplectere caelestem,
Quem genuisti, regem,
Cui servit sol et luna
Et omnis creatura.

15. Chori virtutum tremunt,
Quem viles panni tegunt,
Pavet caelum et terra,
Quem baiulat puella.

16. Vagit in sinu matris,
Regnat in throno patris,
Leges parentum servat,
Mundi iura gubernat.

17. Tu fontis fons viventis,
Oriens orientis,
Liber ille signatus
Lectori viro datus.

18. Tu porta templi clausa,
Superni regis aula,
Aerarium talenti,
Per quod sumus redempti.

19. Hortus deliciarum,
Odor suavitatum,
Tu ager ille plenus,
Cui benedixit Deus.

20. Ex te botrus egressus,
Qui crucis prelo pressus
Vino rigat arentes
Sancti spiritus mentes.

21. Es et terra caelestis.
Ferax lactis et mellis,
Ex qua veritas orta
Tollit errorum dogma.

22. Arcem nobilitatis
De prolis stirpe trahis,
Filia quidem regum,
Sed mater regis regum.

23. Salve iam, virgo feta,
Ave, gratia plena!
Nostrum Ave digneris
Ut illud Gabrielis.

24. Ille, dum te salutat,
Evae nomen commutat;
Reduc nos, virgo sancta,
Unde est nequam lapsa.

25. Tu solve, quod debemus,
Averte, quod timemus,
Impetra, quod optamus,
Perfice, quod speramus.

26. Sit salus trinitati,
Sit decus unitati,
Cui lex et ordo rerum
Per omne paret aevum.

Liber pastoralis ms. S. Gregorii saec. 11. in. Cod. Vatican. Palat. 311. add. saec. 11. A. — Psalt. et hymn. ms. S. Sophiae Beneventanae saec. 11. Cod. Neapolitan. VI E 43. B. — Hymn. ms. Anglo-Saxonicum saec. 11. Cod. Londinen. Iul. A VI. add. saec. $^{11}/_{12}$. (mit Neumen) C. — Migne l. c. 937 sq. D. — Lipomanus l. c. 335^{r} E.

1, 2 Maria virgo C. — 1, 4 laudis D. — 2, 1 maris nova B. — 3, 3 et factura D. — 3, 4 et creatura D. — 4, 2 Totum virgo E. — Str. 5 fehlt C. — 4, 2 Totus B. — Str. 6 steht vor Str. 4. C. — Str. 7 fehlt C. — Str. 8 und 9 stehen hinter 12 C. — 8, 3 Quae florem C. — Str. 10 fehlt AC. — Str. 14—22 fehlen C. — 16, 3 Legem matris observat BD. — 17, 4 Victori viro D. — Str. 19—21 incl. fehlen A. — 21, 3 Ex te veritas B. — 22, 2 stirpe prolis B. — 23, 1 Ave iam C. — Str. 25 und 26 fehlen C. — 26, 1 Sit laus trinitati DE. — 26, 4 patet D. — „Rismus P. Damiani" B. — Die Nr. 54—59 incl. sind Prozessionshymnen.

55. (40.) Paschalis rhythmus ad procedendum.

1. Paschalis festi gaudium
Mundi replet ambitum,
Caelum, tellus ac maria
Laeta promant carmina,
Et Alleluia consonis
Modulemur organis.

2. Solus ululet tartarus
Rapta praeda vacuus,
Fractos vectes et ferrea
Strata ploret moenia,
Quae subruit rex gloriae
Cum signo victoriae.

3. Stupenda lex mysterii.
Novum genus proelii!
Ligatus nexos liberat,
Mortuus vivificat,
Dumque vita perimitur,
Mortis mors efficitur.

4. Statera crucis pendulum
Mundi librat pretium,
Quod dum exactor petiit,
Ius antiquum perdidit,
Escam glutire nititur,
Sed hamo transfigitur.

5. Composuit chirographum
Protoplastus hominum,
Quod Christus post in alia
Solvit ligni tabula;
Quae primus Adam scripserat,
Secundus obliterat.

6. Cum auctor vitae moritur,
Orbis et commoritur,
Sol radios operuit,
Lugens terra tremuit,
Templi velum dividitur,
Vis saxorum scinditur.

7. Brevi sepulcro clauditur,
Qui caelo non capitur,
Praeda vallatus divite
Victo mortis principe
Triumphali potentia
Surgit die tertia.

8. Reddite Christum, vigiles
Quem servastis, milites!
Vel mortuum ostendite,
Vel in vivum credite!
Cur gratis vera dicitis,
Empti falsa fingitis?

9. Mox intonat angelicus
Sermo mulieribus,
Apostolis ut dulcia
Haec deferrent nuntia:
In Gallilaeam pergite,
Ibi Christum cernite.

10. Iam regis Aegyptiaci
Servitute liberi
Post maris rubri transitum
Novum demus canticum,
Mortis soluti legibus
Christo consurreximus.

11. Colite, novi populi,
Rite pascha Domini,
Paschalis agni sanguine
Postes domus tingite,
Fermentum vetus pellite,
Azyma comedite.

12. Totis, Christe, visceribus
Tibi laudes reddimus,
Qui resurgens a mortuis
Ultra iam non moreris;
Sit patri laus et parili
Decus omne flamini.

Liber Pastoralis ms. S. Gregorii saec. 11. Cod. Vatican. Palat. 311. add. saec. 11. A. — Migne l. c. 931 sq. B.

1, 4 Laeti A. — 2, 4 plorat A. — 4, 4 amiquum A. — 7, 1 Et nunc sepulcro A. — 7, 5 Triumphalis B. — 11, 3 Paschali B.

56. (41.) In Purificatione B.M.V.

1. Laetetur omne saeculum
Veritatis reditum,
Diei penset pretium,
Retractet mysterium,
Templo Deus pro homine
Praesentatur hodie.

2. Magnus ante luciferum
Et mundi principium
Fit parvus, fit infantulus
Verus, non phantasticus,
Ex custodita virgine
Factus est mirifice.

3. Dives rex sine tempore
Fit pauper in tempore,
Caeli sedens palatio
Nascitur in stabulo,
Virgo, mater et baiula,
Nulla ibi altera.

4. Nutritur et vivificat,
Crescit, qui magnificat,
Datis oboedit legibus
Subditus parentibus,
Deus creator omnium
Iussa complet hominum.

5. Mira haec dispensatio,
Mira haec dignatio!
Non lucens, sed lucibilis,
Deus invisibilis
Videtur in praesaepio,
Virginis in gremio.

6. Legem servat purissimus,
Ne oblatret impius,
Sicut in lege scribitur,
Infans circumciditur,
Servantur dies provide
Et complentur hodie.

7. Maria, sancta femina,
Virgo integerrima,
Nullis tacta excessibus
Nihil debet legibus;
Iussa servat legalia
Pro peccatis habita.

8. In templo mater puerum
Laeta ducit plurimum,
Praesentat Deo filium,
Ipsum Deum inclitum,
Columbas atque turtures
Offert Deo supplices.

9. In columba dilectio
Mutua perpetuo,
In turture est castitas
Geminaque sanctitas,
Haec quia virgo meruit,
Haec offerre debuit.

10. Hunc Simeon ut aspicit
Iustus, ulnis accipit,
Dimitte, dicit, Domine,
Me in pace hodie,
Viderunt oculi mei
Salutare Domini.

11. Paratum omni populo,
Longinquo et proximo,
Omnium lumen gentium,
Gratia et praemium,
Lumen et plebis gloria
Israel non modica.

12. Omnes gentes, accedite,
Cernite et credite,
Lumen inaccessibile,
Lumen invisibile
Apparet et illuminat
Et in templo rutilat.

13. Videte, omnes populi,
Omnes Christum Domini,
Deum, lumen de lumine,
Accurrentes sumite,
Accedite, precamini
Et illuminamini.

14. Ferte lumen in cordibus
Hoc diebus omnibus,
Luceat corpus actibus,
Ferte lumen manibus,
Candelas manus teneant,
Ut obscura pereant.

15. Hoc lumen cor illuminet,
Et hoc corpus rutilet,
Ut mente atque corpore
Clarefacti optime
Laudetis Deum plenius
Vestris in operibus.

16. Hoc lumen est altissimus
Summi patris filius,
Puer iste tenerrimus
Deus est interminus,
Dierum antiquissimus,
Primus et novissimus.

17. Hoc lumine castissima
Genetrix dignissima,
Hoc lumen ventre pertulit,
Hoc intacta peperit,
Istud ad templum detulit,
Simeon hoc extulit.

18. Quibus te, virgo, laudibus
Efferam in talibus,
Mens nescit, sermo deficit,
Stupor sensum eximit,
Filium habens, domina,
Non per viri opera.

19. Moti sunt dialectici
Victi sunt haeretici;
Concubuit, si peperit,
Syllogismus periit,
Mundana sapientia
Victa est a femina.

20. Sion, adorna thalamum
Et intende canticum,
Surge, appare fulgide,
Christum regem suscipe,
Quem virgo mater genuit,
Virgo mater peperit.

Grad. ms. S. Laurentii in Verano(?) saec. 10^{11}. Cod. Angelicus 123 (B III 18) A. — Trop. ms. Cremifanense saec. 12. Cod. Cremifanen. 309. B. — 2, 4 Verum nam A. — 2, 5 Et casta Dei virgine B. — 2, 6 Natus es A. — 3, 4 Nascitur in infantulo A: Nascetur B. — 3, 5 baiulat A. — 4, 3 Datur A. — 5, 3 lucet A. — 5, 5 sq. Dierum antiquissimus, Primus et novissimus A. vgl. weiter hinten 16, 5 sq. — Str. 6—17 incl. fehlen A. — Mutuo B. — 18, 2 Referat A. — 18, 3 lingua deficit A. — 19, 3 sic peperit B. — 19, 4 Sit logismus A. — 19, 6 Victi sunt a B. — Str. 20 fehlt A; statt dessen Maria sancta femina etc. wie oben Str. 7. mit einigen Schreibfehlern. — Dieser Hymnus fehlt in der Ausgabe von Gaëtani; doch erweisen ihn Rhythmus und Sprache mit nicht mifszuverstehender Deutlichkeit als ein Werk Damianis.

57. (42.) De sancto Donato.

1. Auratis Deum citharis
Laudet et in cymbalis
Cum Tuscia Italia,
Nobilis monarchia,
Sanctorum domicilium
Quam sacrat, Aritium.

2. In qua lucerna praesulum,
Via, forma, speculum,
Donatus martyr inclitam
Obtinet basilicam,
Servat et Ianuarium,
Caeli sidus aureum.

3. Quem non humana studia,
Non linguae facundia
Digno valet extollere
Pro merito gloriae;
Nam, quae perferre potuit,
Quis referre poterit?

4. Caminus per continuum
Vaporatur triduum,
Ut, quo crematur longius,
Cremet post velocius;
Hunc martyr dum ingreditur,
Nec capillus laeditur.

5. Solante mox angelico
Gaudet contubernio,
Dum globi strident ignei,
Crescit ardor fidei,
Sic flamma desiderii
Perit vis incendii.

6. Victor ab igne trahitur,
Ad tribunal rapitur,
Consulitur, impetitur,
Eadem vox redditur;
Nam fixa super stabilem
Domus viget lapidem.

7. Cum caro poenis cingitur,
Mens in astra figitur,
Tormenta reddunt levia
Visa illic praemia,
Sic poenas mille mortium
Dulce credit otium.

8. Saevae manus carnificum
Nervos vellunt viscerum,
Compages laxa solvitur,
Postquam nexus tollitur,
Fit per diversos exitus
Multiplex interitus.

9. Hinc traditur ferocibus
Belluarum morsibus,
Ferae sed indomabilem
Deponentes rabiem
Demissa colla caelitus
Sacris flectunt precibus.

10. O lucifer Hesperiae,
O decus ecclesiae,
Quis tua possit omnia
Promere praeconia?
Non haec implere nitimur,
Sed gaudendo vincimur.

11. Te pronis ergo mentibus
Supplicantes petimus,
Nos culpae nostrae debitis
Tuis solve meritis
Et electorum coetibus
Sacris iunge precibus.

12. Sit patri laus ingenito,
Eius unigenito,
Sit utriusque parili
Decus omne flamini,
Cuius una potentia
Cuncta regit saecula.

Opera ms. Petri Damiani saec. 11. ex. Cod. Vatican. Urbin. 503 (149) A. — Migne l. c. 955 sq. B. — 1, 1 Auratis Domini citharis B. — 1, 4 nobili B. — 4, 1 Caminum B. — 7, 1 carne A. — 8, 5 Fit diversos exitus A; Fit diversus exitus B. — 9, 4 Reponentes B. — 9, 5 Dimissa AB. — 10, 5 hoc B. — 12, 2 Sit eius unigenito A; Sit decus unigenito B.

58. (43.) De sancta Cruce.

R°. Unica spes hominum, crux, o venerabile signum,
Omnibus esto salus, unica spes hominum.

1. Baiula tu pretii, quod mundi debita solvit,
Quo meruit redimi, baiula tu pretii.

2. Tartara victa tuis spolium cessere triumphis,
Lugent vexillis tartara victa tuis.

3. Pandis et astra piis, proprio quos stigmate pingis,
Das requiem fessis, pandis et astra piis.

4. Chirographum, vetiti pepigit quod cautio ligni,
Diluis et pomi chirographum vetiti.

5. Lux, honor, imperium, laus, gloria, doxa per aevum
Sit tibi, trine Deus, lux, honor, imperium.

Migne l. c. 931. A. — Lipomanus l. c. 348v B. — 1, 1 o fehlt B. — 3, 2 stigmate signas AB gegen den Reim.

59. (44.) De Beata Maria V.

R°. Scala thronusque Dei, nitor orbis, ianua caeli,
Mater, ave, Christi, scala thronusque Dei.

1. Tu nova stella maris, qua lux est reddita terris,
Ortus et es solis, tu nova stella maris.

2. Concipis absque viro tu sola, puerpera virgo,
Quae verbum verbo concipis absque viro.

3. Tartara quod metuunt, tellus pavet, astra verentur.
Pectoris antra ferunt, tartara quod metuunt.

4. Virgine vita redit homini, quem virgo peremit.
Mors nece victa perit, virgine vita redit.

5. Tu super astra leva, petimus, quod subruit Eva,
Illa gravat culpa, tu super astra leva.

6. Gloria summa patri, genitae sit gloria proli,
Flamine cum parili gloria summa patri.

Migne l. c. 940 sq. A. — Lipomanus l. c. 334v B.

60. (45.) Ad Beatam Mariam V.

Contra Tempestates.

O miseratrix, o dominatrix, praecipe dictu,
Ne devastemur, ne lapidemur grandinis ictu.
Est tibi latus pontificatus, mater, ab aevo,
Ergo precamur, ne moriamur turbine saevo.
Turbida leni daque sereni temporis usum,
Redde serenum sidus amoenum nube reclusum.
Virgo, rogamus, ne pereamus peste vel ira,
Taetra diescant, atque quiescant fulgura dira.

Migne l. c. 940.

61. (46.) In Laude sanctorum Apostolorum.

1. Spiritus alme, veni perflando dindima nostra,
Ad nostrum votum, spiritus alme, veni,

2. Templa dicata tibi valeam quo extollere digne.
Laudibus exaltem templa dicata tibi,

3. Quae sine fine tenent caelorum gaudia celsa,
Gloria cum meritis quae sine fine tenent.

4. Ore Dei subolem prophetant iure prophetae,
Promit apostolicus ore Dei subolem.

5. Virginis hic genitus purgavit crimina mundi.
Tartara contrivit virginis hic genitus.

6. Damna poli Dominus restaurans morte perempta.
Sanguine restituit damna poli Dominus.

7. Rex pius ipse pios praecepit mergere lymphis,
Vexit ad alta poli rex pius ipse pios.

8. Semina parva sator cumulavit fructibus amplis.
Centuplicare dedit semina parva sator.

9. Effera corda nitent istorum flamine sancto,
Per varios flores effera corda nitent.

10. Lilia mixta rosis violaeque per aequora fragrant,
Sancta fides renitet, lilia mixta rosis.

11. Aurea regna poli dispensat Christus ubique,
Discipulis tribuit aurea regna poli.

12. Primitus alma fides per Petrum clarior exstat,
Eius odore nitet primitus alma fides.

13. Roma beata, nites Petri de corpore sancti,
Dogmate deque suo, Roma beata, nites.

14. Alma tropaea crucis pro Christo pertulit ille,
Vertice versus agit alma tropaea crucis.

15. Splendet ubique potens Paulus, mirabilis auctor,
Abscissus capite splendet ubique potens.

16. O veneranda nimis Petri Paulique decore,
Romula, quos retines, o veneranda nimis.

17. Facta salutis agens Iacobus per cuncta necatur,
Galiciae recubans, facta salutis agens.

18. Idola caeca colens Lycaonia. Armenia nec non
Vertitur ad Christum idola caeca colens.

19. Excoriate, nites in mundo, Bartholomaee,
Vertice praecisus, excoriate, nites.

20. Optima gesta canens Macedonia rite. Matthaeus
In Persis passus optima gesta canens.

21. In cruce, Petre, tuus germanus praedicat orbem,
Achaiam salvans in cruce, Petre, tuus.

22. Eripit ille Simon crucifixus famine salvans
Aegyptumque simul eripit ille Simon.

23. Milia multa virum Taddaeus contulit audax,
Pontus et Armenia, milia multa virum.

24. Dogmata multa tulit Thomas transfossus in orbe,
Persis et Medis dogmata multa tulit.

25. Se super astra ferens purgavit schisma Iohannes,
Quem tenet Ephesius se super astra ferens.

26. Fartus amore Dei lapidatur nempe Philippus,
Convertit Gallos fartus amore Dei.

27. Iacobus, ecce, nites, Domini sanctissime frater,
Praecipitatus obis, Iacobus, ecce, nites.

28. Inter apostolicos numeraris sorte, Matthia,
Iudaeam salvans inter apostolicos.

29. Uritur igne Dei Barnabas, dogmata dando,
Dumque crematus obit, uritur igne Dei.

30. Quam speciosa micas, Alexandria, sanguine Marci,
Constantina, simul quam speciosa micas!

31. Te retinendo nitet fulgens Bythinia, Luca,
Urbs quoque regalis te retinendo nitet.

32. Carmina parva dedit famulus pro munere supplex,
Parvus, iners strenuis carmina parva dedit.

33. Culmen apostolicum, dignanter suscipe munus,
Vota precesque pias, culmen apostolicum.

Passion. ms. Romanum saec. 11. Cod. Vatican. 1272. A. — Migne l. c. 946. B. — 2, 1 sq. fehlen A. — 4, 1 prophetarum rite prophetae B. — 5, 2 conteruit AB. — 9, 1 flamine A. — 10, 1 aequora fehlt B; flagrant AB. — 10, 2 fides fehlt B; renitent B. — 13, 2 quoque suo B. — 14, 2 abit B. — 22, 2 que fehlt B. — 23, 1 contulit ardens B. — 23, 1 Salens B. — 26, 1 Farctus A; Tactus B. — 27, 1 Iacobe B. — 30, 1 speciose B. — 31, 1 renitendo B: fulget A. — 32, 2 iners tenuis B. — 33, 1 Numen apostolicum B. — Nach 33, 2 folgt noch in A: Omnipotens . . . donat consortia nobis Omnibus in sanctis luce perenne frui. — „Incipiunt versus Petri episcopi in laude sanctorum apostolorum“ A.

62. (47.) Planctus Paenitentis.

1. Quis infelici fletus aquam capiti,
Quis lacrimarum fontem dabit oculis?
Flendo, pupillae, tenebras obducite!
Vae mihi lapso!

2. Non guttae maris, non arenae littoris
Aequantur meis scelerum flagitiis,
Excedunt stellas pluviasque numero,
Pondere montes.

3. Nam quibus non sim vitiis obnoxius,
Qui pravis semper deservivi moribus?
Deo solutus carnis vixi legibus,
Fluxus in ima.

4. Sprevi praecepta, ausus sum prohibita,
Plures everti prava per iudicia,
Noxius mihi, aliis inutilis,
Artor utrimque.

5. Non caelum dignus oculis aspicere,
Non Dei nomen labiis exprimere,
Prohibet aedis sacrae limen terere
Culpa remordens.

6. Nunc quoque, sacris deditus obsequiis,
Veteris vitae stimulor illecebris,
Ut fugitivum repetunt in famulum
Iura tyranni.

7. Conor in fletu, riget cor lapideum,
Precibus insto, vagus abit spiritus,
Lumen inquiro, tenebrae phantasmatum
Protinus assunt.

8. Efferum ira, tumidum superbia,
Edacem gula, vanum cenodoxia,
Omnium frendens criminum barbaries
Subdere tentat.

9. Saepe resisto armaque corripio,
Mihi congressus mecum ipse dimico,
Sed legi carnis lex dum cedit spiritus,
Praeda fit hosti.

10. Saepe divino igne cor accenditur
Seque transscendens cor in alta rapitur,
Sed genuinae corruptelae labitur,
Pondere pressa.

11. Lux inaccessa micat ut per rimulas,
Cui mens intenta sitienter inhians,
Cuius obtutus, ecce, carnis obvians
Umbra retundit.

12. Hostis antiqui telis mille sauciam
Ploro peremptam in peccatis animam;
Qui vacuasti mortis iura mortuus,
Per te resurgat.

13. Palma iustorum spesque paenitentium,
Da, Christe, manum et profundis erutum
Solve peractis, hinc ab imminentibus
Eripe noxis.

14. Tu peccatricis lacrimas non respuis,
Tu publicanum paenitentem recipis,
Vitam latroni iam in morte posito
Te dare spondes.

15. Per haec te quaeso pietatis viscera,
Et me de vinclis tot culparum libera;
Mereor iram, effunde clementiam,
Fons pietatis.

16. Da, tuis semper obsequar imperiis,
Sicque supernis diguum redde praemiis,
Qui patri compar sanctoque spiritui
Cuncta gubernas.

Collect. ms. Mediolanense saec. 15. Cod. Ambrosian. F 13 sup. A. — Migne l. c. 971 sq. B. — 4, 2 per exempla A. — 7, 1 Honor in fletu riger A. — 7, 2 Precibus iusto A. — 11, 2 Qui mens A; inhiat A. — 12, 1 saucia A. — 13, 3 Solve peccatis B. — 15, 2 vinculis A. — 16, 1 obsequi A.

63. (48.) De Die Mortis.

1. Gravi me terrore pulsas,
vitae dies ultima,
Maeret cor, solvuntur renes,
laesa tremunt viscera,
Tui speciem dum sibi
mens depingit anxia.

2. Quis enim pavendum illud
explicet spectaculum,
Cum dimenso vitae cursu
carnis aegrae nexibus
Anima luctatur solvi
propinquans ad exitum?

3. Perit sensus, lingua riget,
resolvuntur oculi,
Pectus palpitat, anhelat
raucum guttur hominis,
Stupent membra, pallent ora,
decor abit corporis.

4. Ecce, diversorum partes
confluunt spirituum,
Hinc angelicae virtutes,
illinc turba daemonum,
Illi propius accedunt,
quos invitat meritum.

5. Praesto sunt et cogitatus,
verba, cursus, opera,
Et prae oculis nolentis
glomerantur omnia,
Illuc tendat, huc se vertat,
coram videt posita.

6. Torquet ipsa reum suum
mordax conscientia,
Plorat acta corrigendi
defluxisse tempora,
Plena luctu caret fructu
sera paenitentia.

7. Falsa tunc dulcedo carnis
in amarum vertitur,
Quando brevem voluptatem
perpes poena sequitur,
Iam, quod magnum credebatur,
nil fuisse cernitur.

8. Utque mens in summae lucis
gloriam sustollitur,
Aspernatur lutum carnis,
quo mersa provolvitur,
Et ut carcerali nexu
laetabunda solvitur.

9. Sed egressa durum iter
experitur anima,
Quam incursant furiosa
dirae pestis agmina
Et diversa suis locis
instruunt certamina.

10. Nam hic incentores gulae,
illic avaritiae,
Alibi fautores irae,
alibi superbiae,
Vitii cuiusque globus
suas parat acies.

11. Iam si cedat una turma,
mox insurgit altera,
Omnis ars temptatur belli,
omnis pugnae machina,
Ne ad hostium pudorem
sic evadat anima.

12. O quam torva bellatorum
monstra sunt feralium!
Taetri, truces, truculenti,
flammas efflant naribus,
Dracontea tument colla,
virus stillant faucibus.

13. Serpentinis armant spinis
manus doctas praeliis,
His oppugnant adventantes
telis velut ferreis,
His quos attrahunt, aeternis
mancipant incendiis.

14. Quaeso, Christe, rex invicte,
tu succurre misero
Sub extremae sortis hora,
cum iussus abiero,
Nullum in me ius tyranno
praebeatur impio.

15. Cedat princeps tenebrarum,
cedat pars tartarea;
Pastor, ovem iam redemptam
tunc reduc ad patriam,
Ubi te videndi causa
perfruar in saecula.

Collect. ms. Claraevallense saec. 15. Cod. Trecen. 1612. A. — Collect. ms. Mediolanense saec. 15. Cod Ambrosian. F 13 sup. B. — Collect. ms. Zwollense saec. 15. Cod. Zwollen. (Emmanuelshuizen) 434. C. — Migne l. c. 977 sq. D.

1. 1 pulsat A C. — 1, 5 Cuius speciem A. — 2, 3 dimerso A C. — 2, 6 exitus A C. — 3, 1 ligwa C. — 4, 6 Quo D. — 6, 3 apta corrigendi A. — 8, 1 Ut quae A; Atque D. — 8, 2 attollitur C. — 9, 3 Qua D. — 9, 4 durae A C. — 10, 1 Eam hic (falsche Initiale) C. — 10, 5 Vultui cuiusque C. — 11, 5 ab hostium pudore D. — 13, 1 spinis A C. — 14, 3 mortis hora B D. — 14, 4 missus abiero C. — 15, 1 Tedat (falsche Initiale) C; Cadat A D. — 15, 2 cadat A D. — 15, 5vivendi A. — B hat nur die drei letzten Strophen. — „Sequuntur quattuor hymni Petri" (das weitere weggeschnitten) A: „Incipiunt hymni Petri Damiani de quattuor novissimis". C.

64. (49.) De Extremo Iudicio.

1. Iucundantur et laetantur
simul omnes reprobi,
Qui regis adventum prius
exspectabant territi,
Fremunt, cedunt, intumescunt
et insultant miseri.

2. Quique sunt lugendi totis
lacrimarum fontibus,
In superbiae sublimes
extolluntur cornibus,
Phrenesim robur putantes
sanis rident flentibus.

3. Sed quid iuvat, o perversi,
o gehennae filii,
Non vitare sed mutare
tribunal iudicii?
Sub mortali rege tuti
Christum non evaditis.

4. Ecce, veniet ut fulgur
minax et terribilis,
Solis ardor, lunae candor
involventur tenebris,
Ima terrae petent stellae
caeli vulsae cardine.

5. Terra funditus ardebit,
caeli trement climata,
Elementa turbabuntur,
rugient tonitrua,
Ignei micant corusci,
crebra cadunt fulmina.

6. In furore venientis
fit tempestas valida,
Tota mundi tremefacta
conquassatur machina,
Aestuantis flammae globus
vasta perflat aera.

7. Tunc, qui eum pupugerunt,
cernunt omnes impii
Throno igneo subnixum
specie terribili,
Rogant montes, orant colles
postulantes obrui.

8. Mox occulta singulorum
cunctis patent cordium,
Verba, facta, mens videntur
velut corpus solidum
Et amarum in auctores
reddunt testimonium.

9. Ipsi spiritus iniqui
probra, quae suggesserant,
Longis exarata tomis
relegentes explicant,
Loca, tempora gestorum
et modos enumerant.

10. Irascuntur cuncta pravis
angelorum agmina,
Adversantur elementa,
caelum, terra, maria,
Omnis rerum creatura
imminet contraria.

11. Ecce, caput iniquorum,
ferox illa bestia
Sub cunctorum denudata
trahitur praesentia,
Patent artes, furta, doli,
fraudes et ingenia.

Collect. ms. Claraevallense saec. 15. Cod. Trecen. 1612. A. — Collect. ms. Mediolanense saec. 15. Cod. Ambrosian. F 13 sup. B. — Collect. ms. Zwollense saec. 15. Cod. Zwollen. 434. C. — Migne l. c. 978 sqq. D.

Str. 1—3 fehlen B. — 2, 5 Phrenesimque robur putant C. — 4, 2 minarum ac terribilis C. — 4, 6 pulsae cardine A. — 5, 5 Ignei venient B. — 5, 6 cadent B. — 6, 1 fuore C. — 6, 4 conquassantur C. — 7, 1 Sunt qui eum C: negaverunt B. — 7, 2 cernent omnes impia C. — 8, 3 videtur A. — 9, 2 probra qui A; mala quae C. — 10, 6 imminent B. — 11, 3 Denudata sub cunctorum C. — 11, 5 Parent C. — „Secundus hymnus eiusdem de extremo iudicio" A, „Ymus de extremo iudicio." C. — In B folgt auf Str. 11 ohne Absatz oder Aufschrift unmittelbar *O quam dura, quam horrenda.*

65. (50.) De Poenis Inferni.

1. O quam dira, quam horrenda
voce iudex intonat.
Cum paratis mergi flammis
maledictos imperat,
Mox deglutiens viventes
Stygis olla devorat.

2. Vaporantur infelices
intus et extrinsecus,
Crepitantes strident flammae
velut ardens clibanus,
Ore, naribus et ipsis
profluunt luminibus.

3. Immortalis mors occidit
nec omnino perimit,
Ignis urit nec consumit
nec defectum recipit,
Vita moritur, mors vivit,
finis semper incipit.

4. Rediviva septem plagae
renovant supplicia,
Fumus, foetor, algor, ardor,
fames, sitis ignea,
Vermes nunquam satiantur,
qui corrodunt viscera.

5. Illic dolor, cruciatus,
fletus, stridor dentium,
Assunt fremitus leonum,
sibili serpentium,
Quibus mixti confunduntur
ululatus flentium.

6. Molis trabeae dracones
laxa pandunt guttura,
Quorum oculi sagittas
iaculantur igneas,
Caudae chelas scorpionum,
plantae produnt viperas.

7. Tendunt quidem ad non esse,
sed non esse desinunt,
Vivunt morti, volunt mori,
sed omnino nequeunt,
Qui male vixere, vitam
pro tormento perferunt.

8. Haec prae oculis, vesani,
formidantes ponite,
Haec subtili pertractantes
studio revolvite
Et pravorum vinclis morum
colla mentis solvite.

9. Nam paratus est conversis
indulgere veniam,
Qui perversis adhuc celat
vindictae sententiam;
Salus, honor pio regi
per aeterna saecula.

Collect. ms. Claraevallense saec. 15. Cod. Trecen. 1612. A. — Collect. ms. Mediolanense saec. 15. Cod. Ambrosian. F 13 sup. B. — Orat. ms. Zwollense saec. 15. Cod. Zwollen. 434. C. — Migne l. c. 980. P.

1, 1 quam dura C. — 2, 3 flammis C. — 3, 1 Immortales B. — 4, 1 Vediviva

C. — 4, 4 igneus A. — 4, 6 quae C. — 5, 1 Illuc C. — 5, 3 Assunt fremitus ingentes B. — 5, 4 Igne aestuantium B. — Str. 6 fehlt B. — 6, 2 lassa C. — 6, 5 Caudae tela A, telas C. — 7, 2 et non esse C. — 8, 1 oculis increduli B. — 9, 3 adhuc premit B; adhuc promet C. — 9, 5 pie C. — „Tertius hymnus de poenis infernalibus" A: „Ymnus de poenis dampnatorum" C. In B folgt auf das Gedicht: „Petrus Damianus de egressu animae a corpore."

66. (51.) De Gloria Paradisi.

1. Ad perennis vitae fontem
mens sitit nunc arida,
Claustra carnis praesto frangi
clausa quaerit anima,
Gliscit, ambit, eluctatur
exsul frui patria.

2. Dum pressuris ac aerumnis
se gemit obnoxiam,
Quam amisit, dum deliquit,
contemplatur gloriam,
Praesens malum auget boni
perditi memoriam.

3. Nam quis promat, summae pacis
quanta sit laetitia,
Ubi vivis margaritis
surgunt aedificia,
Auro celsa micant tecta,
radiant triclinia?

4. Solis gemmis pretiosis
haec structura nectitur,
Auro mundo tamquam vitro
urbis via sternitur,
Abest limus, deest fimus,
lues nulla cernitur.

5. Hiems horrens, aestus torrens
illic nunquam saeviunt,
Flos perpetuus rosarum
ver agit perpetuum,
Candent lilia, rubescit
crocus, sudat balsamum.

6. Virent prata, vernant sata,
rivi mellis influunt,
Pigmentorum spirat odor
liquor et aromatum,
Pendent poma floridorum
non lapsura nemorum.

7. Non alternat luna vices,
sol vel cursus siderum,
Agnus est felicis urbis
lumen inocciduum,
Nox et tempus desunt, aevum
diem fert continuum.

8. Nam et sancti quique velut
sol praeclarus rutilant,
Post triumphum coronati
mutuo coniubilant
Et prostrati pugnas hostis
iam securi numerant.

9. Omni labe defaecati
carnis bella nesciunt,
Caro facta spiritalis
et mens unum sentiunt,
Pace multa perfruentes
scandalum non perferunt.

10. His mortalibus exuti
repetunt originem
Et praesentem veritatis
contemplantur speciem,
Hinc vitalem vivi fontis
hauriunt dulcedinem.

11. Inde statum semper idem
exsistendi capiunt,
Clari, vividi, iucundi
nullis patent casibus,
Absunt morbi semper sanis,
senectus iuvenibus.

12. Hinc perenne tenent esse,
nam transire transiit,
Inde virent, vigent, florent,
corruptela corruit,
Immortalitatis vigor
mortis ius absorbuit.

13. Qui scientem cuncta sciunt,
quid nescire nequeunt;
Nam et pectoris arcana
penetrant alterutrum,
Unum volunt, unum nolunt,
unitas est mentium.

14. Licet cuique sit diversum
pro labore praemium,
Caritas hoc suum facit,
quod amat in altero,
Proprium sic singulorum
fit commune omnium.

15. Ubi corpus, illic iure
congregantur aquilae,
Quo cum angelis et sanctae
recreantur animae,
Uno pane vivunt cives
utriusque patriae.

16. Avidi et semper pleni,
quod habent, desiderant,
Non satietas fastidit,
neque fames cruciat,
Inhiantes semper edunt
et edentes inhiant.

17. Novas semper harmonias
vox meloda concrepat,
Et in iubilum prolata
mulcent aures organa,
Digna, per quem sunt victores,
regi dant praeconia.

18. Felix, caeli quae praesentem
regem cernit anima
Et sub se spectat alterni
orbis volvi machinam,
Solem, lunam et globosa
bini cursus sidera.

19. Christe, palma bellatorum,
hoc in municipium
Introduc me post solutum
militare cingulum,
Fac consortem donativi
beatorum civium.

20. Praebe vires inexhausto
laboranti proelio
Nec quietem post procinctum
deneges emerito,
Teque merear potiri
sine fine praemio.

Collect ms. Claraevallense saec. 15. Cod. Trecen. 1612. A. — Orat. ms. Zwollense saec. 15. Cod. Zwollen. 434. B. — Carm. ms. Iacobi de Benedictis saec. 16. Cod. Florentin. Conv. sup. 957 (C. 8). C. — Migne l. c. 861 spp. D und 980 spp.

1, 1 fehlt C. — 1, 2 sitivit arida D; fehlt C. — 2, 1 Cum C. — 2, 1–3, 3 fehlen C. — 2, 1 Cum pressuris B. — 2, 3 cum deliquit D; dum reliquit A. — 3, 5 fulgent tecta B. — 4, 1 Nolis B. — 5, 1 Hyens B; torrens fehlt B. — 5, 5 Candent lilia, rubet crocus C. — 5, 6 sudat spirans balsama C. — 6, 2 favum mellis AC. — 6, 6 non lapsorum B; nemorum fehlt A. — 7, 4 in occidium B. — 7, 5 desunt ei D; fehlt C. — 7, 6 diem confert A; fehlt C. — 8, 1 quoque D; Sancti quique clarius sole C. — 8, 2 septies perrutilant C. — Str. 9—13 fehlen C. — 10, 1 Mortalibus his A; Mutabilibus exuti D. — 10, 5 vitalem una fontis A. — 11, 1 Unde statum exsistendi B. — 11, 2 semper idem capiunt B. — 11, 5 semper sana A. — 12, 6 mortem iam absorbuit A, morte iam B. — 13, 2 sq. fehlen C. — 13, 5 volunt, unum norunt B. — 14, 1—16, 5 fehlen C. — 16, 1 Vicet cuique B. — 14,2 meritum D. — 14, 3 facit suum B. — 14, 4 alterum B, welches der Reim fordert. — 14, 5 Propriumque singulorum A. — 15, 5 vivunt vives B. — 16, 1 semper et pleni B. — 16, 6 edentes iubilant B. — 17, 2 mox meloda A. — 17, 5 Digne B. — 17, 6 regi fehlt B; ducunt praeconia A. — 18, 3 sub sede spectat alta D. — 18, 5 et fehlt B. — 18, 6 cum planetis sidera D. — 20, 3 Ut quietem AD. — 20, 4 debeas emerito AD. — „Quartus hymnus eiusdem [scl. Petri Damiani] de gaudiis paradisi“ A; „Ymnus de regno caelorum.“ B.

67. (52.) De Omnibus Ordinibus.

1. Episcopi, attendite,
Dei verba discernite,
Vobis praecepit Dominus
Pro vestris mori ovibus.

2. Si bona, quae loquimini,
Operibus feceritis,
Exempla bona dabitis
Vestris commissis consiliis.

3. Presbyteri, diaconi,
Qui fertis vasa Domini,
Estote semper nitidi
In conspectu altissimi.

4. Qui vult esse canonicus,
Sit bonus et idoneus,
Oboediat episcopo
Ut seniori inclito.

5. Ad matutinum veniat,
Cum signum horae resonat,
Postposita pigritia
Festinet ad officia.

6. Plebani recte audiant,
Quod sancti patres clamitant,
Ut acquisita praedia
Relinquant in ecclesia.

7. Magister doctus literis
Flagella det discipulis,
Ut docti ab infantia
Doctrinam bene sapiant.

8. Scriptores recta linea
Veraces scribant literas,
Distinctiones proprias
Usque ad finem compleant.

9. Illiteratus clericus,
Elationi deditus,
Despiciens mysteria
Ut stulta iacet bestia.

10. Discurrit per basiliam
Pro vanitate nimia,
In loco si permanserit,
Cervice torta respicit.

11. Verba Dei non nuntiat,
Privatim semper mussitat
Et recitat parabolas
Inanes atque vacuas.

12. Abbates semper vigilent
Ab omni namque crimine,
Non pro mundi astutia
Sancta relinquant studia.

13. Non potest esse monachus,
Qui vagus est et prodigus;
Si vivit sine regula,
Peribit morte pessima.

14. Deo devotae monachae,
Servate legem optime,
Viventes casto corpore
Terrena cuncta spernite.

15. Potestas est in populo
A summo data Domino,
Ei cum fide serviant,
Qui sacramenta fecerant.

16. Pro nullo malo merito
Vel placitato proprio
Aut aliqua amicitia
Vertat vera iudicia.

17. Iudex sedens in placito
Non speret de lizantio,
Sed Deum recte timeat
Et legem cito finiat.

18. Testes, pro nullo munere
Falsa loqui praesumite,
Sed verba vera dicite
Praesente vero principe.

19. Veraces sint notarii
Tenendo fidem animi,
Nec unquam pro denariis
Falsa scribant in cartulis.

20. Castaldiones populi
Et omnes vicedomini
Ne torqueant iustitiam
Nec manducent servitia.

21. Tenentes ministeria
Cum malis non conveniant,
Sed recta fide serviant,
Ne bona perdant merita.

22. Advocatores placita
Ne fraudent arte aliqua,
Relaxent cordis vitia
Et exquirant iudicia.

23. Nullus consiliarus
Vel quis auricularius
Propter mundana prospera
Se confidat in gloria.

24. Missus prudenter sapiat
Enarrare missatica,
Ne stupefactus publice
Verbum dicat inutile.

25. Nutritus atque sapiens,
Timens Deum veraciter,
Amandus est a Domino,
Laudandus est a populo.

26. Deceptor celans vitia
Ut falsa canit fistula,
Ridendi verba recitat
In corde mala seminat.

27. Hypocrita se simulans
Multa abscondit vitia,
Vultum demonstrat placidum,
In corde portat gladium.

28. Ebriosi miserrimi
Infremunt ut phraenetici,
Mentis perdunt memoriam,
Nihil boni excogitant.

29. Audite, omnes laici,
Qui Christi estis famuli,
Pro ullo unquam crimine
Pastores non despicite.

30. Dum vobis in ecclesia
Divina verba praedicant,
Operibus perficite,
In cordibus describite.

31. Antequam mors adveniat,
Deo donate decimas,
Securi hinc exibitis
Et caelum possidebitis.

32. Uxores, vos diligite
Natos vestros, corrigite
Servos, ancillas regite,
Opus eis impendite.

33. Qui timet Deum omnium,
Non iuret per negotium,
Nec pro concupiscentia
Ullius fraudet pretia.

34. Dives cum beneficiis,
Stet pauper cum servitiis,
Ad invicem conveniant,
Deo cum fide serviant.

35. Miles ad pugnam peragrans
Deum in mente teneat,
Fillones semper caveant,
Ne dicant plus quam audiant.

36. Placentes per mendacium
Peccatum agunt maximum,
Viles apparent saeculo
Et sunt in vituperio.

37. Potestas mundet vitia,
Furta et latrocinia,
Ut ceteri perterriti
Timeant poenam consequi.

38. O coniugatae feminae,
Tenete fidem provide,
Domos vestras disponite,
Ad templum Dei currite.

39. Mutate vestem, viduae,
In castitate vivite,
Luxuriantes fugite,
Ne possint vos decipere.

40. Puellae se custodiant
Ab omni vana gloria,
Ne iuventute fervida
Cadant in adulteria.

41. Meretrices, convertite,
Veniam vobis quaerite,
Qui semper solet parcere,
Exspectat vos cotidie.

42. Servi, cum vero animo
Vestro servite domino,
Ancillae et utiliter
Deserviant similiter.

43. In prosperis laetitiam,
In adversis tristitiam
Supra modum non habeat
Ulla fidelis anima.

44. Qui vivitis in saeculo,
Omnes servite Domino,
Ut iuti sua dextera
Regnetis super aethera.

Collect. ms. Italicum saec. 13/14. Cod. Vatican. 991. A. — Collect. ms. Italicum saec. 14. Cod. Marcian. LVI 174. B. — Collect. ms. Emmeramense (Italicum) saec. 14. [et 13.] Clm. Monacen. 14230. C. — Collect. ms. Franciscan. saec. 15. Cod. Vatican. 7650. D. — Collect. ms. Vindobonense saec. 15. Cod. Vindobonen 4576. E. — Brev. ms. Ambrosianum saec. 15. Cod. Capit. Mediolanen. 7. F. — Opusc. ms. Albertani saec. 15/16. Cod. Neapolitan. VIII G 29. add. saec. 15/16. G. — Migne l. c. 974 sqq. H.

1, 2 Verba Dei D. — 2, 1 Si bona quaeque A; Si verba, quae vos dicitis D. — 3, 3 semper dediti D. — 4, 3 sq. fehlen D. — 4, 4 Et seniori F: seniori indito A. — 5, 2 horae signum D: Concinnum ore resonet C. — 5, 4 ad hostia D. — 6, 1 recta D. — 6, 2 patres sancti F: clamant D. — 6, 3 Dum stant quaesita praedia D. — 7, 1 dictus E, doctis D. — 7, 4 bene fehlt F. — 8, 3 Distinctione D. — 8, 4 in finem AD. — 9, 1 Literatus clericus B. — 9, 2 Electioni D. — 9, 4 tacet FD. — 10, 2 Per vanitatem nimiam D: nimis A. — 11, 2 Primatum saepe visitat F. — 12, 4 relinquat A. — 13, 2 Si vagus est D: et improvidus H: in prodigiis A. — 14, 1 devoti monachi H. — 15, 1 Potestas = podestà. — 15, 3 Et cum fide ABDEH: Ut et cum fide F serviant fehlt H; Et eam fide servant C. — 16, 1 male E. — 16, 2 Aut placitato D. — 16, 3 Aut vera amicitia D, avaritia F. — 17, 2 de lucratio H. — 17, 3 recte Deum D. — 17, 4 lies Et litem? — 18, 3 vera verba H: vera fehlt F. — 18, 4 Semper praesente principe C. — 19, 3 Ne umquam EF: Et nunquam D. — 20, 1 Gastaldiones E. — 20, 3 Nec B. — 21, 3 Sed fehlt E; Et recta D: Recte deserviant A: Recte tamen deserviant H; Recte fidem serviant B: Recta fide deserviant G: Rectaque fide deserviant C. — 22, 2 ante DF. — 23, 2 Aut auricularius ABEFGH. — 23, 4 confidit A. — 24, 4 invalide E. — 25, 2 Operanspue verociter D. — 26, 1 Receptor FGH. — 26, 2 canens G. — 26, 3 Ridendi E: Reddendo C: recitat fehlt BCG: verba dudum AH. — 26, 4 male AH. — 27, 1 In pectore se D; simulas A; similans H. — 27, 4 portans B; gaudium A. — 28, 2 Effremunt C: haeretici E. — 28, 4 Nullam exspectant gloriam D. — 29, 1 Attendite omnes F: Audite etiam laici H. — 29, 2 Quod Christi F; Qui estis Dei famuli D: Qui Christo famulamini AH. — 29, 3 Pro nullo E; ullo utquam A: Pro nunquam F; Pro nullo malo crimine D. — 29, 4 ne despicite D; non decipite B. — 30, 1 fehlt AH. — 30, 2 fehlt H; divina verba fehlen A. — 30, 3 proficite E: percipite B: fehlt F. — 31, 3 tunc exibitis C. — 32, 1 vero diligite ABE. — 32, 3 Sed vos ancillas AH. — 32, 4 ei D. — 33, 2 Non vivet D. — 33, 3 Nec per A; Non ex D. — 34, 1 Duces cum ADH; Vivens cum F. — 34, 2 fehlt AGH. — 34, 3 Ad unionem G. — 35, 3 Filiones B: Sillones E. — 36, 2 augent E. — 36, 4 sunt fehlt F. — 37, 3 Ut cuncti iam D: praeterriti B: Ut comperti F. — 37, 4 Debeant

poenam D. — 38, 1 O fehlt ABCEFGH. — 39, 1 vestes D. — Et castitate AH: Cum castitate G. — 40, 3 In iuventute D; perfida B. — 40, 4 Ne cadant in luxuriam D. — 43, 2 maessitiam D. — 43, 3 Non habeat in hac vita D. — 43, 4 Nulla D. — 44, 1 Si vivitis G; Qui vivis in A. — 44, 3 Ut fehlt F; iuncti FG; niti B; vitia A; Locati sua D. — 44, 4 Regentes G. — Strophenfolge in D: 1. 2. 3. 4. 5. 13. 12. 6. 9. 10. 11. 14. 8. 19. 15. 16. 17. 7. 18. 25. 21. 22. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44; es fehlen: 20. 23. 24. 34. 35.

„Expliciunt rhythmi domini Petri Damiani heremitae et episcopi de omnibus ordinibus." ABCG; Incipiunt rhythmi domini Petri Damiani etc. wie oben C: Sequitur rhythmus domini Petri Damiani etc. E.

68. (53.) De Abbatum Miseria.

1. Luget, plorat, lamentatur
sancta nunc ecclesia,
Cum suorum tantam videt
abbatum miseriam
Et eorum contemplatur
diversa pericula.

2. Nullus paene abbas modo
valet esse monachus,
Dum diversum et nocivum
sustinet negotium
Et, quod nolit, sustinere
velut incus cogitur.

3. Monachorum tamquam servus
intus fert superbiam
Et multarum foris rerum
sustinet molestiam,
Hanc abbatis collum portat
servitutem geminam.

4. Spiritaliter abbatem
volunt fratres vivere,
Et per causas saeculares
cogunt illum pergere;
Per tam itaque diversa
quis valet incedere?

5. Nam, dum equitat, mox esse
dicitur vagatio,
Eius namque hebetudo
est claustralis statio,
Quidquid semper miser facit,
fit inde detractio.

6. Delinquentes dum emendat,
omnes clamant impium,
Si quandoque illis parcet,
dicunt esse tepidum;
Quis portare ergo valet
vulgus tam ambiguum?

7. Phinees si imitatur,
fugit vel expellitur,
Si Heli, tunc irridetur
atque parvipenditur,
Odiosus, si est fervens,
et vilis, si tepidus.

8. Valet forsan emendare
facta, si sint levia,
Et quae duas tantum poscant
sive unam veniam,
Graviora quae sunt, abbas
supprimit, ne pereat.

9. Nam si velit de immundo
loqui quaedam vitio,
Monachorum intestina
oritur seditio,
Et occulte statim eius
tractatur proditio.

10. Si quandoque vel ieiunat
vel tenet silentium,
Vanae laudi mox abbatem
dicunt esse deditum,
Et, si loquitur vel mandit,
ut fur reprehenditur.

11. Si sermonem facit abbas,
denotatur garrulus
Et, si tacens nil exponit,
accusatur fatuus;
Huc se vertat, illuc pergat,
semper erit anxius.

12. Intus, foris si contingat
quaelibet adversitas,
Hoc incuriae abbatis
fratres omnes deputant,
Illum rodunt atque produnt
et appellant bestiam.

13. Domus sancta si non crescit,
in abbatem invehunt,
Si decrescit, mox abbatem
velut hostem expetunt;
Ut incudem sic abbatem
simul omnes feriunt.

14. O beatum tale caput,
quod a membris roditur!
Bonus pastor, quem depascunt
saevi dentes ovium!
Felix pater filiorum
morsus timet omnium.

15. Istud malum monachorum
intus abbas tolerat,
Saecularium et foris
simul portat onera,
Anxiatur et tristatur,
quem sic pemunt omnia.

16. Noctem namque curis pressus
verbosus dimidiat
Et auroram, ut loquatur,
saepius anticipat,
Totum diem in loquendo
postmodum continuat.

17. Haec et alia praelatus
sustinet quam plurima,
Saeculares foris pungunt,
intus fratres vulnerant:
Illi corpus persequuntur,
hi corrodunt viscera.

18. Dic, praelate, rogo, care,
quae est ista dignitas?
Intus dolor, foris labor,
hinc, inde calamitas;
Corpus, fateor, his malis
perditur et anima.

19. Quis enim abbatum valet
ferreo nunc tempore
Inter tot calamitates
virgas ferre fertiles?
Praelatorum certe modo
sunt honores steriles.

20. His honoribus, abbates
venerandi, cedite,
Grave pondus et inane
ultro iam abicite
Et de cetero quieti
ac securi vivite.

Collect. ms. Venetum saec. 15. Cod. Marcian. Z L 198. A. — Migne l. c. 972 B. — 2, 5 Et ne ve sutinere; Et quod velit sustinere B. — 2, 6 velut iniquus patitur B. — 5, 5 Quidquid miser facit B. — 5, 6 semper est detractio B. — 6, 5 rogo valet B. — 7, 5 est si B. — 7, 6 et vilis et tepidus B. — 8, 3 poscunt A. — 8, 4 vel unam B. — 9, 2 quidquam loqui B. — 9, 6 perditio B. — 10, 5 mandat B. — 10, 6 Velut fur A B. — 11, 4 denotatur B. — 12, 5 rodunt et perrodunt B. — 13, 1 crescat B. — 13, 3 Si crescat B. — 15, 6 quod sic premant B. — 17, 1 Haec et omnia A. — 17, 3 pungnant A. — 17, 5 prosequuntur B. — 18, 5 iis malis B. — 19, 1 Quis abbatum, rogo, valet B.

69. (54.) Adversus Simoniacos.

1. Mundi turba turbulenta,
error et divisio,
Haeresis Simoniana,
zelus et ambitio
In lamentum nos compellunt
stili sub officio.

2. Exarentur ergo cuncta
strictim a principio,
Ex quo summae sedis praesul
sancto doctus spiritu
Scelestorum probra coepit
emendare liquido.

3. Cuius vox erat ut patris
corrigentis filios;
Ut apostoli vox erat
mitis ad Corinthios,
Sic se mitem exhibebat
erga coepiscopos:

4. Scitis, fratres, vos pastorum
suscepisse regimen,
Hinc vos decet ut doctores
primum recte vivere,
Obsecrare, increpare,
postmodum arguere,

5. Non elatos, non inflatos,
non ex vino turgidos,
Non in veste pretiosa,
sed virtute fulgidos,
Sine causa non laedentes,
castos atque sobrios.

6. Sint in promptu gesta patrum
sintque sancti canones,
Cibis vestris recreentur
debiles ac pauperes,
Orphanorum mater plorans
ante vos non clamitet.

7. Cedant equi phalerati,
cedant caeci rabulae.
Cedant canes venatores
ac mimorum fabulae
Et accipitres rapaces
nec non aves garrulae.

8. Ad haec Simonis leprosam
exsecrate haeresim
Sacerdotum simul atque
scelus adulterii.
Laicorum dominatus
cedat ab ecclesiis.

9. Ex quo Simon contra Petrum
turrim struxit magiae,
Inde cecidit percussus
angulari lapide,
Contra cuius ictum plane
nihil est durabile.

10. Ecce, papae gloriosi
monita Gregorii,
Ecce, verba summae sedis,
praesulis catholici,
Quibus irruunt in eum
cives Babylonici.

11. Hincque Caesaris exarsit
ira in ecclesia.
Inde tumuit in eum
praesulum superbia,
Sacerdotum, populorum
surgit insolentia.

12. Quorum rex est alter Christus,
alter est Leviathan,
Ille vitae, iste mortis
regnat super agmina.
Ergo quorum quis sit victor,
nemo sanus ambigit.

13. Resipiscant inde cuncti
et ad corda redeant,
Qui non pure, non sincere,
sed mente malevola
Sacerdotem populorum
rodunt atque lacerant.

14. Illi vero, quos cibavit
fides apostolica,
Solidentur et fundentur
Petri petra solida,
Ut post pugnam consequantur
pleniter victoriam.

Migne l. c. 969 sq. — Str. 9 steht bei Migne zwischen Str. 11 und 12, wo sie augenscheinlich den Zusammenhang stört. — 11, 6 furit ab ecclesia.

70. (55.) De ecclesia Romana ab antipapa invasa luctus.

1. Heu, sedes apostolica,
Orbis olim gloria,
Nunc, proh dolor, efficeris
Officina Simonis,
Terunt incudem mallei,
Nummi nunc tartarei.

2. Iusto Dei iudicio
Fit ista condicio,
Ut, quisquis apostolicam,
Sedem semel comparat,
Redimere non desinat,
Donec male pereat.

3. Cathedram pestilentiae
Pressus anathemate
Tenes cum sacerdotibus
Christi peremptoribus,
Fit tibi terra ferrea,
Caeli sedes aenea.

Migne l. c. 963 sq. — Auf diese drei Strophen folgen noch die Worte: Diligenter igitur attende quod dico. Das Vorliegende scheint kaum mehr als ein Bruchstück zu sein. Der Rhythmus ist ein bei Damiani auch sonst beliebter. Vgl. No. (40) ff.

71. (56.) Super Ave Maria.

1. *Ave*, David filia,
sancta mundo nata,
Virgo prudens sobria,
Ioseph desponsata,
Ad salutem omnium
in exemplum data,
Supernorum civium
consors iam probata

2. *Maria*, miseria
per te terminatur,
Et misericordia
per te revocatur,
Per te navigantibus
maris stella datur,
Lumen viae panditur,
portus demonstratur.

3. *Gratia* te reddidit
cunctis gratiosam,
Te vestivit lilio,
sparsit in te rosam,
Te virtutum floribus
fecit speciosam,
Intus et exterius
totam luminosam.

4. *Plena* medicamine,
abundans unguentis,
Terge sordes criminum,
plagam sana mentis,
Huius tui supplicis
in te confidentis
Et hos sacros rhythmos
coram te psallentis.

5. *Dominus*, rex omnium,
ex te sibi fecit
Cellam pigmentariam,
quam cunctis praefecit,
In qua miras species
salvator confecit,
Quibus omnes dulciter
electos refecit.

6. *Tecum* tota trinitas
fecit mansionem,
Pater, verbum, spiritus
fixit sessionem,
Propter quod nunc largius
ad devotionem
Te ipsam fidelibus
praebes lectionem.

7. *Benedicta* benedic
te benedicentes,
Fac in tuis laudibus
sint proficientes,
Infige dulcedinem
in tuorum mentes,
Ut in bonis actibus
semper sint ferventes.

8. *Tu in mulieribus*
optima figura,
Quae regis es gloriae
mater, virgo pura,
Quo probaris dignior
omni creatura,
Hoc agente Domino
singulari cura.

9. *Et benedictus* Deus,
qui cuncta creavit,
Qui matris in utero
te sanctificavit,
Benedictus filius,
quem tuus portavit
Virginalis uterus,
quem ipse formavit.

10. *Fructus* tuus, domina,
fructus est caelorum,
Quo pascuntur angeli
coetusque sanctorum,
Christi meditatio
cibus est eorum,
Qui per viam ambulant
eius mandatorum.

11. *Ventris* habitaculum
rex regum intravit,
Cuius tabernaculum
sibi dedicavit,
Condens ibi gladium,
per quem hostem stravit,
Et manna dulcissimum,
quo fideles pavit.

12. *Tui* sapor germinis
nostrum est solamen,
Per te vitae sumpsimus
aeternae libamen,
Quam det nobis Dominus
per tuum iuvamen,
Qui vivit in saecula
saeculorum. Amen.

Migne l. c. 393. — Der Rhythmus dieses Liedes ist von dem des Damiani so verschieden, dafs es gerechtfertigt scheint, an der Autenticität dieses Liedes zu zweifeln.

72. (57.) De Beata Maria V.

1. Quis est hic,
Qui pulsat ad ostium,
Noctis rumpens somnium
Me vocat? o
virginum pulcherrima,
Soror, coniunx,
gemma splendidissima,
Cito surgens
aperi, dulcissima.

2. Ego sum
Summi regis filius,
Primus et novissimus,
Qui de caelis
in has veni tenebras
Liberare
captivorum animas,
Passus mortem
et multas iniurias.

3. Mox ego
Dereliqui lectulum,
Cucurri ad pessulum,
Ut dilecto
tota domus pateat,
Et mens mea
plenissime videat,
Quem videre
maxime desiderat.

4. At ille
Iam inde transierat,
Ostium reliquerat
Quid ergo miserrima, quid facerem?
Lacrimando
sum secuta iuvenem,
Manus cuius
plasmaverunt hominem.

5. Vigiles
Urbis invenerunt me,
Exspoliaverunt me,
Abstulerunt
et dederunt pallium,
Cantaverunt
mihi novum canticum,
Quo in regis
inducar palatium.

Migne l. c. 939. — Von diesem Liede gilt dasselbe wie von der vorigen Nummer.

73. (58.) De sancto Vincentio.

1. Caelum, terra, pontus, aethra,
Pariter elementa
Cuncta promant triumphalem
Summi regis gloriam.
Qui leonis rugientis
Rabiem
Per robustum bellatorem,
Mox victorem
Conculcavit Vincentium.

2. [Saevi] nempe Daciani
Sprevit iram iudicis,
Truces minas et furorem
Ceu susurros culicis,
Vincla, flagra, carcerales
Tenebras;
Ipsae plagae vulnerantur,
Mortes mortibus adduntur,
Sed domus
Supra firmam fixa petram
Nequit sterni
Vi ventorum vel fluminum.

Fame corpus maceratum
Cernitur
Velut epulis nutritum
Sumptuosis
Ac cibis regalibus.

Angelorum quippe cibus
Reficit
Ventrem mentis se quaerentis,
Quae nil sitit
Praeter Deum vel esurit.

3. Saevit, fremet, efferatur
Mox cruenta bestia,
Fervet, frendet, movet cuncta
Tormentorum genera,
Ferrum, ignes, eculeum,
Fistulas,
Torquet, torret et compages
Dividit articulorum,
Imprimit
Ignitarum laminarum
Sectis membris
Caecus furor cauterium.

Christi miles premit vires
Viribus,
Cordis (et) igne carnis ignes
Extinguebat
Sancto plenus spiritu.

Caesus flagris, fessus plagis
Iubilat,
Desides horret tortores,
Solum timet
Levitatem carnificum.

4. Bella fremunt, hostes caedunt,
Haec est lex victoriae;
Pugna surgit, palma crescit
Et coronae gloria;
Clarus Christi triumphator
Curiam
Summi caeli purpuratus
Introivit, comitatus
Niveo
Splendidorum angelorum
Dulce carmen
Modulante collegio.

Mox in latos corpus agros
Iacitur
Insepultum, pavent canes,
Tremunt aves
Propius accedere;

Dives arvum fert thesaurum
Nobilem,
Non praedones, non latrones,
Ut occultent,
Valent illud effodere.

5. Nam vesanus Dacianus
Suit hunc herunculo,
Velut in paricidali
Reum claudat culeo;
In marinis iubet mergi
Fluctibus;
Nequit pontus sacrum pondus
Cohibere, sed ad litus
Caelitus
Gubernatum deportatur
Et festinos
Praevenit felix remiges.

Nunc serenum, victor, caelum
[Introis],
O beate, coronate
Post triumphum,
Martyr invictissime.

In aeterni luce regni
Radians,
Lapis vivus, clarum sidus,
Cum ignitis
Angelorum agminibus.

6. Post sudorem et laborem,
Post peractum stadium
Tribuente iusto rege
Fers promissum bravium
Trabeatus stola candidissima.
Solis ardor, lunae candor
Tuae cedunt claritati,
Omnia
Superantur, quae mirandum
Sui praebent
In hoc orbe spectaculum.

Rector caeli, nate Dei,
Petimus,
Leva mersos, solve nexos
Magni sancti
Meritis Vincentii.

Tu, quos multae premunt culpae,
Suscita,
Fige nostra sursum corda,
Quo amemus
Nihil praeter caelestia.

7. Da terrenis in extremis
Caeli celsa scandere,
Quos misertus redemisti
Pretioso sanguine,

Rex immensus et aeternus,
Cuius nutum
Cuncta tremunt condita,

Qui cum patre spirituque
Sancto regnas
Infinita per saecula.

Migne l. c. 947 sqq. — 2, 12 flaminum. — 3, 5 sq. fistulas, eculeum. — 4, 18 Cives arvum. — Dieser kunstreiche Rhythmus ist bei Migne l. c. in einer Weise gedruckt, die keine Ahnung von seiner intrikaten Gliederung aufkommen läfst. Gerade dieser künstliche Aufbau läfst mich an Damianis Autorschaft zweifeln, bei dem wir sonst nur auf einfachere Strophenformen stofsen. Da aber Petrus Damiani 1043 das Kloster S. Vincente, in der Nähe des Petra pertusa benannten Felsens (in gleichen Abständen von Urbino und Fossombrone belegen) reformierte, ein Umstand, der recht gut zur Entstehung eines Lobhymnus auf Vinzenz Anlafs geben konnte, so begnüge ich mich, diese Zweifel zu äufsern. Vgl. übrigens auch zu 2, 8 Nr. (42) 7, 5.

Eusebius Bruno.

Episcopus Andegavensis,

† 1081.

In einem Sammelbande aus dem Kloster Saint-Serge d'Angers saec. 11. befindet sich eine Reihe von elf Gedichten, welche augenscheinlich das Werk eines und desselben Verfassers sind. Dieser Verfasser bezeichnet sich in Nr. (2) Str. 8 und Nr. (11) Str. 5 als Bischof von Angers; derselbe kann kaum ein anderer sein als Eusebius Bruno, der das Bistum von 1047 an inne hatte und 1081 starb. Dieser war ein Freund und Gönner Berengars von Tours, an welchen er ein uns erhaltenes Schreiben gerichtet hat, das sich über die Lehre der Kirche, die Eucharistie betreffend, verbreitet. (Migne PP. LL. 147, 1199). Von den elf Liedern des Eusebius hat nur eines, Nr. (6) eine weitere Verbreitung gefunden; dies eine aber ist sozusagen Gemeingut der ganzen mittelalterlichen Kirche geworden. Es ist bezeichnend, dafs sich in derselben Handschrift auch das Lied Iuste iudex, Iesu Christe befindet, welches nach Clarius' Zeugnis Berengar von Tours verfafst hat. — Vgl. Hist. lit. de la France VIII, 90 ff. Dom Ceillier, Hist. gen. des auteurs sacrés 2ᵉ ed. XIII, 274 ff.

---

74. (1.) Oratio ad sanctum Spiritum Paraclitum.

1. Consolator miserorum,
solamen maerentium,
Lux piorum, spes reorum
unctioque mentium,
Creatoris hominumque
amor atque vinculum,

2. Boni fons, doctrinae fomes,
veritatis spiritus,
Hostiles frangens conatus,
dextrae Dei digitus
Et dolore desperati
animi paraclitus,

3. Tu patris promissum atque
septiformis gratia,
Verbo, linguis et sermone
puro ditans guttura
Et divino urens igne
paenitentum crimina,

4. Quamvis subditum peccatis
corpus suetus fugere,
Veni tamen et obscoena
peccatorum decoque;
Veni, bone, veni, pie,
veni, potentissime.

5. Tu purgare, quaeque voles,
aspirando praevales,
Tu bruta stultaque corda
sic mutare assoles.
Ut indoctos eruditis
protinus aequipares.

6. Ergo meam caecam mentem,
doctor alme, visita
Putridumque in peccati
luto corpus suscita
Et utrumque ad amorem
Christi tui subleva.

Collectan. ms. S. Sergii Andegaven. saec. 11. Cod. Andegaven. 283 (274). — 5. 5 Et indoctos.

75. (2.) Oratio ad sanctam Mariam.

1. O regina reginarum,
Summum decus feminarum,
Mater virgo, Deo foeta,
Sacro flatu fecundata.

2. Rosa de spinis [ex]orta,
Iesse virga, maris stella,
Fons hortorum, Dei templum,
Laus iustorum, spes reorum.

3. Cor, quod te cupit laudare,
Nunquam potest desperare;
Tu praecellis, tu excellis,
Quidquid est humanae laudis.

4. In hac tua speciali
Domo libet confiteri,
Sed dum meas recognosco
Culpas, nimis erubesco.

5. Ego mox a matre natus
Arae tuae sum donatus,
In ecclesiae (tuae) cubili
Circa templa nati tui

6. Educatus et edoctus,
Incrassatus, impinguatus
Tam praedulci nutritura,
Ut est oculi pupilla.

7. Miser quid adultus egi?
Ingratus recalcitravi;
Per genus omne peccati
Foeda pronus frena dedi.

8. Et quid natus tuus fecit?
Pro te culpas meas texit,
Ad honores me evexit,
Populo suo praefecit.

9. Nec primaeva pubertate,
Nec in dura iuventute,
Nec in sera senectute
Mala mea cessavere.

10. Dices: „A me procul esto,
Tuas nugas non admitto;
Si meus, ut dicis, esses,
Talem te non exhiberes;

11. Vitiis, quae nimis odi,
Non deberes inquinari.
Hostem meum elegisti,
Cui te totum condonasti.

12. Illi semper oboedisti,
Illius velle fecisti;
Illum roga, illum ora,
Illum clama, illum voca.

13. Iste iuvet atque regat,
Ut clientem te defendat.“ —
O regina gloriosa,
Potens et imperiosa,

14. Pro amore nati tui
Haec verba proferre noli;
Recordare, pia, sancta,
Quid fecisti de Maria.

15. De illa dico Maria
Vocata Aegyptiaca,
Cuius vita scelerata
Turpis et dedecorosa.

16. Postquam mare, terras, urbes
Foedavit et regiones,
Tandem Ierosolymorum
Accessit ad diem festum.

17. Templum Dei intratura
Est divina vi repulsa;
Tandem est ad te conversa,
Et tu non es aversata,
Sed pro ea obses facta;
Sic intrare est permissa.

18. Hanc tu talem reddidisti,
Ut non possent comparari
Eius meritis nec ipsi
Inter eremitas primi.

19. Et Theophili memento,
Qui se manibus et scripto
Hosti tradidit antiquo.

20. Hoc comperto christiana
Plebs pro fratre gemebunda
Clamat te potentem esse
Sic astricto subvenire.

21. Ergo tua exoratus
Prece rex et natus tuus
Iubet dolo pactum frangi
Et libellum mortis reddi.

22. Has mundi per nationes
Facis miserationes;
Mihi tuo, velis, nolis,
Claudes portam pietatis?

23. Noli iam dissimulare,
Propera, festina, surge
Et sine dilatione
Servi tui miserere.

24. Nunc dierum finis instat,
Mors crudelis adpropinquat;
Morbi doloresque suam
Dicunt adesse magistram.

25. Contra quam nec scrobs nec turris
Erit spes defensionis;
Solus hunc non habet metum,
Qui se nescit esse reum.

26. At mihi, qui sceleratus
Sum et culpis oneratus,
Esset plane desperandum,
Ni adesses tu asylum.

27. Singularis advocata,
Dei genetrix, Maria,
Quae si natum depreceris,
Repulsam non patieris.

28. Ergo, bona, ergo, sancta,
Ergo, pietate plena,
Non me, quaeso, exhorrescas
Nec meas preces repellas.

29. Non sint meae culpae tanti,
Ut tu cesses misereri,
Venter, cui se infudit
Plenitudo pietatis.

30. Nefas est, ut ad suorum
Preces accescat servorum,
Quorum unus ego miser,
Ego foedus, ego piger.

31. Precor, mater, tuas plebes
Tutum protegas, gubernes,
Quamdiu in hac ingrata
Hospes perdurabo vita.

32. Sed in gravi die mortis
Esto adiuvatrix fortis,
Ne feras, ut inimicis
Sim risus ludibrialis.

33. Nec intrem inferni fores,
Donec Christo me praesentes;
Tunc monstra, quia sum tuus
A nativitate servus.

Collectan. ms. S. Sergii Andegavensis saec. 11. Cod. Andegaven. 283. (274). — 3, 1 Cor qui. — 13, 2 Et ut clientem. — 18, 2 coari.

76. (3.) Oratio ad sanctos Angelos.

1. Summe potentissimeque
Caelestis militiae,
„Quis ut Deus“ nominate,
Michael ar[changele],
Primorum primus, assistens
Maiestati regiae,

2. Tuque, fortitudo Dei,
Gabriel clarissime,
Et caelestis medicina,
Raphael sanctissime,
Preces meas pietate
Benigna admittite.

3. Throni, dominationes
Et virtutes igneae,
Angeli archangelique,
Potestates caelicae,
Miseri calamitates
clementer respicite.

4. Et si foeda, quam commisi,
mea sit obscenitas,
Cui iure indignetur
vestra munda puritas,
Cogat tamen, ut ignoscat,
vos vestra benignitas.

Collectan. ms. S. Sergii Andegavensis saec. 11. Cod. Andegaven. 283 (274).

77. (4.) Oratio ad sanctos Patriarchas et sanctum Iohannem.

1. Excellentes patriarchae
et prophetae providi
Regem regum exorando
sint nobis propitii,
Qui illi complacuerunt
per virtutem fidei.

2. Ad quorum sortem, Iohannes
gloriose, pertines,
Qui mortales inter omnes
nullo minor emines,
Qui, quod cuncti praedixerunt,
ostendendo edoces.

3. Virgo, martyr et baptista
et praecursor Domini,
Propheta, plus quam propheta
atque cultor eremi,
Mei te rogantis servi
miserere miseri.

Collectan. ms. S. Sergii Andegavensis saec. 11. Cod. Andegaven. 283 (274).

78. (5.) Oratio ad sanctum Petrum Apostolum.

1. O princeps apostolorum,
regni Dei claviger,
Christianae veritatis
doctor atque legifer,
Divinae praeceptionis
operator impiger,

2. Petre, cuius supra petram
fundamentum stabile
Collocatum firmatumque
novimus ecclesiae
A summo, sed reprobato
angulari lapide,

3. Qui tui tanta doctoris
es elatus gloria,
Ut, quae ligas et quae solvis
potestate tradita,
Sit ligatum et solutum
supra caeli sidera,

4. De amore requisitus
certiori tertio
Trinam das confessionem
more promptus solito
Eo ipso, quem latere
nihil valet, conscio.

5. Oves ergo tibi dantur,
quas pascas, dominicae,
E quibus sum una lupi
lacerata vulnere,
Quam cures sanesque quaeso,
pastor clementissime.

6. Si te miser et peccator
offendi multoties,
A sacrato discis ore,
non tantum ut septies,
Sed ut septies remittas
culpas septuagies.

7. Exoret pro nobis [sacer]
chorus apostolicus,
Ut illius complacatus
interventu Dominus
Culpas remittendo veris
iungat paenitentibus.

Collectan. ms. S. Sergii Andegavensis saec. 11. Cod. Andegaven. 283 (274).

79. (6.) Oratio ad sanctum Stephanum.

1. Sancte Dei pretiose,
protomartyr Stephane,
Qui virtute claritatis
circumfultus undique

2. Dominum pro inimico
exorasti populo,
Funde preces pro devoto
miseroque famulo,

3. Ut tuo propitiatus
interventu Dominus
Me purgatum a peccatis
iungat caeli civibus.

Collectan ms. S. Sergii Andegavensis saec. 11. Cod. Andegaven. 283 (274). — Dieses Lied hat in wenig veränderter Form eine weite Verbreitung als Hymnus gefunden:

1. Sancte Dei pretiose, protomartyr Stephane,
Qui virtute caritatis circumfultus undique
Dominum pro inimico exorasti populo,

2. Funde preces pro devoto tibi nunc collegio,
Ut tuo propitiatus interventu Dominus
Nos purgatos a peccatis iungat caeli civibus.

3. Gloria et honor Deo usquequo altissimo,
Una patri filioque, inclito paraclito,
Cui laus est et potestas per aeterna saecula.

Antiph. et Legend. ms. S. Stephani Frisingen. saec. $^{11}/_{12}$. Clm. Monacen. 21585. A. — Psalt. et hymn. ms. Walcidorense saec. $^{11}/_{12}$. Clm. Monacen. 13067. B. — Brev. ms. Superioris Althae saec. 12. Clm. Monacen. 9633. C. — Diurn. et hymn. ms. Scheftlariense saec. 12. Clm. Monacen. 17024. D. — Brev. ms. S. Petri Salisburgen. saec. 12. Cod. Petrin. V 24. E. — Matut. ms. Admontense anni 1180. Cod. Admonten. 18. F. — Antiph. et Grad. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. Acq. 1235. G. — Psalt. et hymn. Ostroviense anni 1174. Cod. Capit. Pragen. A 57. add. saec. 14. in. H. — Brev. ms. Florianum saec. 14. [et 13.] Cod. Florian. 384 I. — Brev. ms. Lambacense saec. $^{13}/_{14}$. Cod. Lambacen. CLXXVII. K. — Diurn. et hymn. ms. Benedictin. saec. 15. Cod. Upsalen. C 477. L. — Antiph. et hymn. ms. Scarense saec. 14. [et 15.] Cod. Upsalen. C 422. M. — Brev. ms. Ducumburgense anni 1451. Cod. Ducumburgen. 67. N. — Diurn. ms. Vindobonense anni 1478. Cod. Ducumburgen. 86. O. — Brev. ms. Pataviense anni 1429. Cod. Ducumburgen. 183. P. — Brev. ms. Iohannis, plebani in Richnow Bohemicali anni 1485. Cod. Altovaden. 98. Q. — Brev. ms. S. Georgii Pragen. saec. [$^{12}/_{13}$. et] 13. Cod. Pragen. XII E 5. R. — Brev. ms. S. Georgii Pragen. saec. 14. in. Cod. Pragen. VII G 7. S. — Brev. ms. Trebonense saec. 15. Cod. Pragen. VI F 12 b. T. — Brev. ms. Hanussii de Colowrat anni 1470. Cod. Capit. Pragen. P 11. U. — Psalt. et Antiph. ms. S. Petri Erphesforden. anni 1481. Cod. Rosenbergen. 62. V. — Brev. ms. Autisiodorense saec. 15. (Privatbesitz). W. — Brev. ms. Emmeramense saec. $^{13}/_{14}$. Clm. Monacen. 14741. X. — Brev. ms. Emmeramense saec. 14. Clm. Monacen. 14771. Y. — Brev. Coenobii S. Mariae Suessionen. imp. Parisiis 1533. Z.

1, 2 claritatis E. — 2, 3 peccato BEF. — 3, 2 cum inclito B. — DLM schieben vor der Doxologie ein:

Ubi chorus beatorum laetatur spirituum,
Ubi iustorum animae claro gaudent lumine,
Cernentes cum iubilo regem in decore suo,

wo zu lesen: Ubi animae iustorum und: Regem in decore suo cernentes cum iubilo.

80. (7.) Oratio ad sanctum Mauritium sociosque eius.

1. Thebaea sancta legio,
Choro iuncta angelico —
Nam iam recepto praemio
Gloriaris cum Domino —

2. Sis pro servis sollicita
Et pietate anxia,
Qui in mundano pelago
Absorbemur naufragio.

3. Hinc Charybdi luxuriae,
Hinc Scylla avaritiae,
Hinc syrtibus invidiae
Caeco iactamur turbine.

4. Opes labore quaerimus,
Quaerendis modum tollimus,
Has dum pro Deo credimus,
Amissis mentem perdimus.

5. Fides cessit perfidiae
Et veritas fallaciae
Et pietas tyrannidi
Et amor dolo duplici.

6. Ipse Deus contemnitur,
Ecclesia despicitur,
Cuius dicuntur servuli
Impedimenta saeculi.

7. Pax rediit ad supera,
Secuta est iustitia;
Coloni sunt ludibrio,
Nullus est honos aratro.

8. Fames, clades, penuria
Urbes vastant et oppida;
Nam de villis quid mentio,
Cum sit inculta regio?

9. His parum dignis plectimur
Poenis, quas rei patimur,
His, si quis vere cogitet,
Nec tartarus sufficiet.

10. Unde ergo consilium?
Quod quaerendum auxilium?
Quod dolori remedium?
Quod labori solacium?

11. Tibi post Christum Dominum
Et matrem et apostolum,
Mauriti, princeps martyrum,
Hoc dabitur negotium.

12. Te precor supplex, humilis
Per tui palmam sanguinis
Et per bis terna milia,
Quae duxisti ad supera,

13. Rogatu pio impetres
A Christo, quia potens es,
Nec, gravius si peteres,
Turpi repulsa dignus es,

14. Ut mihi, vitae antequam
Dies ingratos finiam,
Per luctum paenitentiae
Detur medela veniae.

15. Ne me flammis perennibus
Ignis urat tartareus,
Nec de me, sicut coeperat,
Hostis antiquus gaudeat.

16. Precor, illorum etiam
Ut avertas malitiam,
Qui diram per saevitiam
Tuam vastant ecclesiam.

17. Illorum, quaeso, odium
In cor verte benevolum,
Sed hoc si nequit fieri,
Ab illis precor erui.

18. Clerum tuum, piissime,
Rege, conserva, provehe,
Plebem tuam cum principe
A cunctis malis eripe.

19. Oro precis in ultimo,
Ut dum in carne vixero,
Des mihi necessaria,
Nam non quaero superflua.

Collectan. ms. S. Sergii Andegavensis saec. 11. Cod. Andegaven. 283 (274). — 3, 1 caripdi. — 18, 2 Rege, conserva. uee.

81. (8.) Oratio ad sanctos Nazarium et Celsum et Gervasium et Protasium.

1. O Nazari, Nazareni
Nazaraee Domini,
Celse quoque, cuius vita
celso par est nomini,
Quem sub alis educastis,
servi miseremini.

2. Vos Gervasi Protasique
uterini gemini,
Post magistrum, quem praemisi,
primitivi domini,
Subvenite senescenti
nutritores pueri.

Collectan. ms. S. Sergii Andegavensis saec. 11. Cod. Andegaven. 283 (274).

82. (9.) Oratio ad sanctum Symphorianum.

1. Qui iuvenculus antiquam
Christo paris Aeduam,
Capite truncandus fidem
asserens catholicam,
Impetra, Symphoriane,
mihi reo veniam.

2. Tibi, dum mactandus vadis
Christo grata hostia,
Mater ait stans in porta:
Mi nate, ne dubita,
Vita tibi non aufertur,
sed paratur gloria.

3. Tu me, miserum concivem,
de sublimi visita,
Orans regem, cui litasti
sanguinis libamina,
Ut unius servi tui
tibi det peccamina.

4. Te precor, universalis
martyrum victoria,
Ut tuum exores regem
pro mea miseria,
Peccatorum ut condoner
ante mortem venia.

Collectan. ms. S. Sergii Andegavensis saec. 11. Cod. Andegaven. 283 (274).

83. (10.) Oratio ad sanctum Martinum.

1. Margarita sacerdotum,
Martine sanctissime,
Tui saeculi lucerna
solque splendidissime,
Ceteris confessor pie,
sed noster apostole.

2. Tu potenter Acherontis
claustra ter evisceras,
Dum tui sectator Christi
tres defunctos suscitas,
Et saluti languidorum
membra mille reparas.

3. Igitur, quem ferus hostis
telis multis perculit
Et, sepulcro vitiorum
ne resurgam, impulit,
Te reclamo, cuius paene
mens desperans periit:

4. Hac de morte me foetente
more tuo suscita,
Vulneratum tabidumque
manu cura medica
Petenti nulli negata
pietate solita.

Collectan. ms. S. Sergii Andegavensis saec. 11. Cod. Andegaven. 283 (274).

84. (11.) Oratio ad sanctum Maurilium.

1. Quamvis sanctorum ultimo
Scribaris in catalogo,
Inter primos laudabilis
Es nobis et amabilis,

2. Maurili, ab Italia
Transmisse Dei gratia,
Ut sanctae vitae meritis
Nos ditares miraculis.

3. Tu vitae reddis mortuos
Et sanitati languidos,
Tu templa, caeremonias
Daemonicas evacuas.

4. Hinc urbis tuae incolis
Es amor indicibilis
Et clero, quem tu iugiter
Foves praesentialiter,

5. Quid de me fiet misero,
Qui ausu temerario
Sedis tuae sanctissimum
Suscepi sacerdotium?

6. Si condignam foedissimis
Rependas vicem meritis,
Quae me satis excruciet,
Nullus poenam inveniet.

7. Sed tuus dixit Dominus,
Ut iudex clementissimus:
Nolo mortem peccantium,
Sed vitam convertentium.

8. Tu sectare, quod protulit,
Imitare, quod docuit;
Nam multa eius gratia
In caeli regnas gloria.

Collectan. ms. S. Sergii Andegavensis saec. 11. Cod. Andegaven. 283 (274).

Wido Eporediensis

saec. 11.

Die im folgenden mitgeteilten, augenscheinlich ein und demselben Verfasser angehörenden Hymnen befinden sich in dem Psalterium Warmundi saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Capit. Eporedien. 85. Die Handschrift ist beschrieben von Bethmann in Pertz, Archiv IX, S. 624 (Nr. 8) und von Dümmler, Zeitsch. f. deut. Altertum XIV (1868), 245 ff. Ersterer hat (a. a. O.) Nr. (7), letzterer (a. a. O.) aufser Nr. (5) und (12) alle Hymnen herausgegeben und dieselben, um die beiden genannten vermehrt, nochmals abgedruckt in seiner Schrift: Anselm, der Peripatetiker (Halle 1872), S. 102—106. Die Hymnen sind in den Psalter Warmunds auf den Bll. 17, 21—23 und am Schlusse von einer Hand des 11. Jahrhunderts eingetragen; aufser ihnen auch ein längeres Liebesgedicht in leoninischen Distichen (Dümmler, Anselm, S. 94 ff.) als dessen Verfasser, wie es scheint, am Rande der Handschrift ein sicherer Uuido bezeichnet werden soll. Derselbe ist anscheinend auch Verfasser der Hymnen (vgl. Bethmann a. a. O. S. 625). Dafs der Dichter mit Ivrea in Beziehungen stand, beweist sein Hymnus auf den hl. Tegulus; dagegen weisen die Hymnen auf die HH. Patricius, Brendanus, Kilian und Brigida, wenn nicht auch einen Schottendichter (dagegen scheint, wie der Name des Autors, so die Form der Dichtungen zu sprechen), so doch auf irgend einen Zusammenhang des Verfassers mit einem norditalischen Schottenkloster.

---

85. (1.) Tempore Quadragesimae.

1. Sub quadraginta solibus
Quos anni gyro colimus,
Praeparemus armarium
Hostis contra contrarium.

2. Insudent elemosynae
Manibus cras et hodie,
Caritatis militia
Nostra servet hospitia.

3. Extendat fides lanceam,
Superet ignorantiam,
Ensem stringat sobrietas,
Iuguletur ebrietas.

4. Ingratum pondus crapulae
Non ferant nostrae spatulae,
Os in ciborum genere
Non parcat ventri tenerae.

5. Pater cum suo filio
Spiritus sub consilio
Muniat nostra moenia
Famulatrice venia.

86. (2.) Tempore Quadragesimae.

1. Gratiarum actiones,
Omnis lingua, Deo sones,
Qui ex nihilo construxit,
Quidquid velle suum iussit.

2. Actiones gratiarum
Non sit Deo dare parum,
Qui nos filio redemit,
Quos Adae culpa peremit.

3. Omnis cantus melodia
Sit in suae laudis via,
Fiat sua cantilena
Nostrum prandium et cena.

4. Creatura creatorem
Et redemptus redemptorem
Laudet laudibus immensis
Fidibus fidei tensis.

5. Quadraginta sub diebus
Mentes lustret verus Phoebus,
Ut caligo vitiorum
Evanescat sole morum.

6. Deus, deorum dominus,
Idem natus in omnibus
Sancto spiritu socio
Sint in nostro negotio.

87. (3.) De Beata Maria V.

1. Data stella terrae, mari,
Redemptorem tuum pari,
Quod est, totum qui creavit,
Ventris aulam gravidavit.

2. Salve, decus mulierum,
Paries quae lumen verum,
Quidquid terra tenebrescit,
Tenebras post partum nescit.

3. Virginale salve decus,
Per quod videns erit caecus,
Et illustra totum mundum
Tanta lampade iucundum.

4. Patri, nato laudes vivae
Sint figura sub olivae,
Sancti spiritus spiramen
Ferat idem; Amen, amen.

88. (4.) De sancto Brendano.

1. Iam Brendani sanctos mores
Canant fratres et sorores,
Sub concordi cantilena
Sibi serviat camena.

2. Pater fuit monachorum,
Castitatis amans thorum
Huius mundi sprevit chorum.
Nunc collega supernorum.

3. Is imploret nos salvari
Naufragantes in hoc mari,
Ferat opem cito lapsis
Pressis mole gravis fascis.

4. Rex supremus, Deus pater,
Quem lactavit virgo mater,
Sancti flaminis cum velle
Nos divino pascant melle.

Hymnus sancti Brendani confessoris. — 4, 3 Sui am Rande.

89. (5.) De sancta Brigida.

1. Sanctae virtutes Brigidae
Commendemus cotidie,
Sua virtutum gloria
Sit in laudis memoria.

2. Sol velut inter sidera
Sic Christi sponsa Brigida
Praelata mulieribus
In famosis operibus.

3. Gemma digiti Domini,
Deo placens et homini,
Per sua mirabilia
Tela frangat hostilia.

4. Infra natalis biduum
Suscitans regis filium,
Extinguat flammas iecoris
Scotorum custos pecoris.

5. Per virtutis exordium,
Per salutis primordium,
Utrisque per optabilem
Vitam mercemur stabilem.

4, 4 Scotorum unleserlich. — 5, 4 mercemur unleserlich.

90. (6.) De ss. Cornelio et Cypriano.

1. Sancti festum Cornelii
Sit nostri palma proelii,
Et Cypriani iaculum
Sit nostrum propugnaculum.

2. Sub ipsis triumphantibus
Accincti bonis moribus
Fugemus hostis faciem,
Calcantes stratam aciem.

3. Ergo, caelestes praesides,
Mentes levate desides,
Et vestri labor vomeris
Sit nostri merces operis.

4. Omnipotentem Dominum
Et natum, regem omnium,
Veneremur paraclitum,
Sincerum caput capitum.

91. (7.) De sancto Kiliano.

1. Confessorem Kilianum
Adoremus, non sit vanum,
Hunc collaudet omnis mundus
Suo dogmate fecundus.

2. Colligamus sanctum virum
Nostrae mentis in butyrum,
Ut per rorem sui mellis
Extinguatur flamma fellis.

3. Per psalterium, per plectrum
Commendemus ut electrum,
Pretiosior est auro
Christi sanctus in thesauro.

4. Patri, nato voto pari
Constet nobis famulari,
Veneremur sanctum flamen,
Ab utroque moderamen.

Hymnus sancti Kiliani confessoris. — 1, 1 Confesorem. — 1, 2 Veneremur, korrig. in Adoremus. — 3, 3 Precior, korrig. in Pretiosior.

92. (8.) De sancto Matthaeo.

1. Apostoli festivitas,
Sua caelo nativitas
Cenum nostrae putredinis
Curet suis remediis

2. Publicani confessio,
Gaudentis interiectio,
Quae commisimus publice,
Terat magistri pumice.

3. Levi levet ponderibus
Nos depressos inferius
Et praestet sua venia,
Scandamus ad Cyllenia.

4. Deo patri sint munia
Cum filio communia,
Sit idem sancto flamini,
Maestorum consolamini.

2, 4 vel magistro.

93. (9.) De s. Mauritio et Sociis.

1. Sancta Thebaea legio
Sit nostri stili regio,
Et eius ad tripudium
Sit frequens nostrum studium.

2. Laudes sancto Mauritio
Pio dentur officio,
Sit suae palmae iaculum
Nostri mucronis capulum.

3. Sanctis vero martyribus
In laudum mille milibus
Honor et perpes gloria
Sit vigili memoria.

4. Agaune, lux in tenebris,
Morte sanctorum celebris,
Exsulta cum martyribus
Factis supernis civibus.

5. Summi boni principium
Et filii iudicium
Prestent sub prece flaminis
Extremi spem examinis.

Über 1, 1 Vel: Thebaea sancta legio.

94. (10.) De sancto Patricio.

1. Carnis sepulto vitio
Sancto laudes Patricio
Det nostrae carnis cithara
Cum omnis linguae litera.

2. Qui praedicavit Scotiam
Domans gentis ferociam,
Hostilem domet aciem
Vertens in fugam faciem.

3. Scotorum apostolicus,
Nulla virtute modicus,
Per sua mirabilia
Nostra mundet ovilia.

4. Patri, nato cotidie
Dentur laudes non viduae,
Flamini lege socia
Canit nobiscum Scotia.

Hymnus sancti Patricii confessoris. — 2, 1 über praedicavit: vel reformavit. — 3, 1 Scottorum. — 4, 4 csotia.

95. (11.) De ss. Philippo et Iacobo.

1. In prima die Madii
Gemini solis radii
Micant doctrinae lumine,
Pleni divino numine.

2. Vincunt mundum miraculis
Tensis fidei iaculis,
Inimicorum spolia
Portant ad caeli solia.

3. Ergo, clari signiferi,
Plus sidere luciferi,
Vestrae campo victoriae
Nos mandate memoriae.

4. Pater incommutabilis,
Filius admirabilis,
Spiritus ineffabilis
Cordis scribantur tabulis.

3, 1 praeclari signiferi.

96. (12.) De sancto Sigismundo.

1. Gallia cum Burgundia
Sit laudandi facundia,
Sigismundi victoriam
Reducat in memoriam.

2. Rex potens in divitiis,
Inops in solis vitiis,
Peccantibus subveniat
Et nostras plagas leniat.

3. Uxoris grata copula
Et filiorum copia
Sic ornent quaternarium,
Ut nos iungant quinarium.

4. Pater a suo solio
Lectis granis a lolio
Cum filio, cum flamine
Sit in isto precamine.

97. (13.) De ss. Simeone et Iuda.

1. Omne genus monochordi
Voce laudet sub concordi
Iudam simul et Taddaeum,
Multa passos propter Deum.

2. Carne vivunt interfecti,
Mundi iudices effecti,
Caelum ornant triumphantes,
Palmam manibus portantes.

3. Nobis parcant, postulemus,
Hoc concedat rex supremus,
Qui disponit, quod est, totum,
Caelum, terram, maris motum.

4. Summi patris celsitudo,
Sui nati plenitudo
Sancti flaminis cum prece
Levent nos a carnis faece.

Hymnus sanctorum Simonis et Iudae. — 1, 2 Hier liegt offenbar ein Lapsus calami vor, da Iudas und Taddaeus zwei Namen ein und derselben Persönlichkeit sind.

98. (14.) De sancto Tegulo.

1. Sanctus Tegulus nos tegat
Et regente Christo regat,
Ut sub caritatis alis
Protegamur pulsis malis.

2. Per virtutum ornamentum
Ornans sese modis centum
Strictos enses non curavit
Mori vitam deputavit.

3. Suis [sanctus] ornamentis
Ornet sedem nostrae mentis,
Ut in aula supernorum
Simus comites eorum.

4. Hyporegiam decorans
Et virtutibus maiorans
Nostro fulgeat in corde
Peccatorum lota sorde.

5. Deus pater, suus natus,
Compar ab utroque satus
Huius vitae post decessum
Laetum tribuat successum.

Hymnus sancti Teguli martyris. — 3, 1 Suis suis ornamentis.

Anselmus, Cantuariensis

Archiepiscopus.

† 1109.

Anselm von Canterbury war 1033 (oder 1034) zu Aosta im nördlichen Piemont, wo sein Vater Gundulphus, ein lombardischer Edelmann, sich niedergelassen hatte, geboren; seine Mutter Ermenberga stammte aus Aosta selbst. Frühzeitig willens, sich dem monastischen Berufe hinzugeben, von seinem Vater indes verhindert, verliefs er die Heimat, wandte sich nach Frankreich und kam nach längeren Wanderungen nach Le Bec in der Normandie, wo er unter Lanfranc sich den philosophischen Studien hingab und 1060, 27 Jahre alt, selbst in die Abtei aufgenommen wurde. Als drei Jahre später Lanfranc zum Abte von Caen erwählt wurde, folgte ihm Anselm als Prior und nach dem Tode Herluins (20. August 1078) diesem als Abt von Le Bec. Im Jahre 1093, vier Jahre nach Lanfrancs Tode, zu dessen Nachfolger auf dem erzbischöflichen Stuhle von Canterbury berufen, wurde er bald in Zwistigkeiten mit der Krone verwickelt, zuerst mit Wilhelm II., von 1097—1100, und bald auch mit dessen Nachfolger, Heinrich I., von 1100—1107. Der Streit, der sich vorwiegend um das Recht der Investitur drehte, wurde 1160 auf dem Wege eines Kompromisses geschlichtet. Die letzten Jahre seines Lebens genofs der Erzbischof das unbedingte Vertrauen seines Königs. Er starb den 21. April 1109.

Aufser zahlreichen und bedeutenden Schriften asketischen und theologisch-philosophischen Inhaltes, welch letztere ihn zum Ausgangspunkte der scholastischen Schule machen, hat Anselm auch einige religiöse Dichtungen hinterlassen, so namentlich zwei rhythmische Orationes zu Gott und Maria (Oratio XL und LXI), die schon Gerbéron, der letzte Herausgeber von Anselms WW. (abgedruckt bei Migne PP. LL. 158) zwischen den prosaischen Gebeten desselben fand. Eine der beiden von ihm benutzten Handschriften, diejenige, welche er als Victorinus KK 16 bezeichnet, ist der heutige Parisinus 18111, der neu verglichen wurde. Auch in der Hs. 260 zu Zwettl finden sich diese beiden Rhythmen unmittelbar hinter Anselms Orationes, in einer Handschrift zu Arras, Nr. 1021, unmittelbar hinter dem Proslogion desselben.

Was die Hymnen und sonstigen Rhythmen betrifft, die bei Gerberon S. 303 ff., bei Migne l. c. 1055 ff. folgen, so ruhen diese augenscheinlich auf Parisin. 18111. Sie folgen dort unmittelbar auf Werke Anselms, doch von anderer Hand geschrieben und ohne Nennung des Verfassers. Es bleibt also die Attribution auf Grund blofs dieser Handschriften eine unsichere. Für Anselm spricht, dafs die Hymnen zu den Tagzeiten der allerseligsten Jungfrau auch sonst handschriftlich Anselm zugeschrieben werden und (nach Chevalier, Repert. hymnol. 19869) sich in dem 1515 gedruckten Breviere von Le Bec befinden. Wir stehen hier also wenigstens einer älteren Tradition gegenüber.

Für die Hymnen und ebenso für das folgende Psalterium Marianum (cfr. Anal. Hymn. XXXV, 254 ff., Migne l. c. 1057 ff.) spricht der Umstand, dafs sie dieselbe Handhabung von Rhythmus und Reim aufweisen, wie die beiden Orationes. Letzterer Grund läfst sich auch für die Salutatio B. Mariae V., Nr. (4), geltend machen.

Nicht von Anselm sind selbstredend das Salve regina (Migne l. c. 1037), das Ave, regina caelorum und Gaude, Dei genetrix, virgo immaculata (Migne l. c. 1046), von denen in der Hs. bemerkt wird, man solle sie vor und nach dem Psalter beten. Diese Stücke waren von Gerbéron notwendig fortzulassen. Infolge seiner unverzeihlichen Unterlassung steht nun letzteres Stück auch in Chevaliers Repert. hymnol. 6757 unter Anselms Namen, mit dem es nichts zu tun hat.

Das Lied O Maria, nomen bonum, (Migne l. c. 1046 ff.) ist nur ein Bruchstück eines längeren Marienliedes, welches wieder blofs ein Glied in einer Reihe von Marianischen Gedichten ist, welche telestichisch untereinander gebunden sind. Vgl. darüber das bei dem folgenden Autor anonymus Camberonensis zu bemerkende.

Das kurze Lied Christi corpus, ave, sancta de virgine natum, (Migne l. c. 1055, Mone I, 281) ist nur von De Levis, Anecdota sacra, Taurinis 1789, p. 33, Anselm beigelegt. Die Worte, in denen dies geschieht, sind so gewählt, dafs man zweifelt, ob die Verse in De Levis' Quelle ausdrücklich Anselm beigelegt waren oder nicht. Bei seiner grofsen Unzuverlässigkeit und dem Mangel an kritischer Nüchternheit kann das Zeugnis De Levis' nicht in die Wagschale fallen. Im Parisin. 18111 steht dies Lied nicht; keine andere Handschrift bezeichnet Anselm als Verfasser.

Unter den Meditationes Anselms beginnt eine, die achtzehnte, mit acht Hexametern: Spes mea Christe Deus, hominum tu dulcis amatar. Dieselben können nicht von Anselm verfafst, höchstens von ihm bearbeitet sein, denn sie bilden den Schlufs eines längeren Gedichtes mit dem Anfange: Summa boni deitas cupiens assumere carnem, welches De Levis a. a. O. S. 30 u. f. herausgegeben und more suo einem Anonymus monachus SS. Michaelis et Ianuarii de Lucedio zugeschrieben hat. Jedenfalls beweist aber das Facsimile, welches der Herausgeber von den zwei ersten Zeilen des Gedichtes bietet (S. 29), dafs dieses älter als die zweite Hälfte des 11. Jahrhunderts ist, und somit Anselm als Verfasser nicht in Frage kommen kann.

Das sogenannte Mariale mit dem Anfange Ut iucundas cervus undas aestuans desiderat, welches Ragey Anselm beilegen zu sollen glaubte (Sancti Anselmi, Cantuariensis archiepiscopi, Mariale, London 1884), zeigt eine von Anselms Rhythmik völlig verschiedene Vers- und Reimkunst, so dafs es ihm abgesprochen werden müfste, wenn es auch nicht handschriftlich als das Werk Bernhards von Morlaix beglaubigt wäre.

Dagegen darf vielleicht der Vermutung Raum gegeben werden, dafs das Gedicht Deus pater piissime, Christe Iesu dulcissime (Anal. XV, 12 ff.) von Anselm stamme. Denn es folgt in der Zwettler Hs. 260 unmittelbar hinter Anselms Gebeten, vor Nr. (1), mit dem es auch inhaltlich und formell verwandt erscheint.

---

99. (1.) Oratio ad Deum.

1. Deus, pater credentium,
Salus in te sperantium,
Exaudi preces servuli,
Quas fundit corde supplici.

2. Fili Dei piissime,
Dignatus nasci virgine,
Exaudi cordis hostiam,
Patris sedens ad dexteram.

3. Amborum sancte spiritus,
Dextrae Dei tu digitus.
Mentis secreta visita
Tuaque reple gratia.

4. Personis sancta trinitas
Sed deitate unitas,
Adesto meis precibus
Votis favens supplicibus.

5. Auge fidem tu, trinitas,
Auge spem, sancta unitas,
Ut te colendo, deitas,
Me firmet tua caritas.

6. Qui Deus homo diceris
Et verus homo nosceris,
Memento mei hominis,
Cum iudicare veneris.

7. In hoc, quod manes deitas,
Reatus dele sarcinas,
In hoc, quod es humanitas,
Ad me deflectat pietas.

8. Regnum iurasti patribus,
Promisisti sequentibus,
Ut servetur promissio,
Regnum concede famulo.

9. Concedat tua pietas,
Quae deposcit humilitas,
Ut, quod promisit caritas,
Assequatur hereditas.

10. Maria, virgo virginum,
Redemptionis ostium,
Porta salutis integra,
Lapsis cervicem releva.

11. Petenti manum porrige,
Quietis opem tribue
Et per tuum auxilium
Placare cura filium.

12. Regina caeli, domina,
Mater Dei castissima,
Ut manus praestet filii,
Quod servus poscit, subveni.

13. Tu Michael archangele,
Caeli princeps militiae,
Ora draconis concute,
Ne noceat pro vulnere.

14. Interpres Dei Gabriel
Et medicina Raphael
Cum Cherubim et Seraphim
Hostis necate haeresim.

15. Caelorum omnes spiritus,
Novem divisi gradibus,
Dei praesentes vultibus
Meis favete vocibus.

16. Senes viginti quatuor,
Hic offerte, quae deprecor,
Qui citharis et fialis
Orationes funditis.

17. Patriarcharum dignitas,
Prophetarum sublimitas,
Vestri regis praesentiae
Verba precantis solvite.

18. Iohannes, Christi praevius,
Baptista regis inclitus,
Festina, ne tardaveris
Labem secare vulneris.

19. Quem matris clausus utero
Motu prodis corporeo,
Quem demonstrasti digito,
Fac subvenire misero.

20. Caelestis regni claviger,
Apostolorum signifer,
Petre, primus in ordine,
Fragilitatem aspice.

21. Per te mens tua videat,
Quid sors humana valeat,
Et, dum tui memineris,
Memento casus hominis.

22. Te poscente clementia
Extendat mihi dexteram,
Qui te suspendit flumine,
Dum dixit tibi *modice*.

23. Solve reatus vincula
Ad haec data potentia,
Quem verbum Dei nominas,
A quo vocaris Barionas.

24. Paule, tu doctor gentium
Et Christi testimonium,
Dum totum mundum praedicas,
Opem conferre studeas.

25. Iohannes, Dei gratia,
Subtilis velut aquila,
Ipso me fonte satia,
Cuius potasti flumina.

26. Qui tibi matrem sociat
Et clausa caeli reserat,
Meae parcat miseriae
Tui precatus munere.

27. Apostolorum ceteri,
Evangelistae alii,
Discipulorum agmina,
Haec iuvate precamina.

28. Vos innocentes pueri,
Qui pro Christo truncamini,
Vestra date subsidia,
Qui clamatis: *nos vindica.*

29. O protomartyr Stephane,
Tu primus in certamine,
Heres sacrati nominis,
Adesto desideriis.

30. Caput nudas lapidibus,
Caeli patet introitus,
Iesum stantem consideras,
Securus hostes toleras.

31. Orasti flexis genibus
Pro inimicis cernuus,
Pro supplicanti servulo
Intercede, te postulo.

32. Tu martyr invictissime,
Albane, vir mitissime,
Pius adesto servulo
Te deprecanti sedulo.

33. Qui sitiens martyrium
Prece siccasti fluvium,
Regna petens caelestia
Capitali sententia.

34. Dissolve nexus criminum
Per Iesum Christum Dominum,
Ut tecum in caelestibus
Sanctorum iungar coetibus.

35. Vincenti, martyr inclite,
Carbones vernans sanguine,
Caelum tenens in munere,
Pro me precari satage.

36. Laurenti, martyr pertinax,
In fide pie contumax,
Cui in igne militas,
Rogare pro me studeas.

37. Cunctorum coetus martyrum,
Curam spernentes corporum,
Cui funditis sanguinem,
Hunc reddatis placabilem.

38. Silvester admirabilis,
Confessione nobilis,
Caput factus ecclesiae,
Orationem respice.

39. In sede Petri positus,
Eius quidem vicarius,
Ipsius consors gloriae,
Caeli gaudens in culmine,

40. Meos intende gemitus
Tuis iuvando precibus,
Qui talentum multiplicas,
Ut tuo regi placeas.

41. Gregori, praesul optime,
Totius flos ecclesiae,
Domus Dei candelabrum,
Ut parcat, roga Dominum

42. Martine, sidus, Galliae,
Virtutum fervens munere,
Quem tegis catechumenus,
Fac, ut succurrat Dominus.

43. Sacerdotum confessio,
Confessorum oratio,
Summi regis conspectui
Offerte preces servuli.

44. Vitae felix Felicitas,
Quae prima inter alias
Ob caritatis meritum
Hoc tenes privilegium,

45. Dum Christum mente concipis,
Terrena cuncta despicis,
Apud ipsum nos adiuva,
In cuius gaudes gloria.

46. O Maria Magdalene,
Festina opem tradere,
Cui primo se obtulit
Christus, cum mortem vicerit.

47. Columba simplex animo,
Assis oranti obsecro,
Quae corona martyrii
Amplexum petis Domini.

48. Omnes sacratae virgines,
Ferentes sponso lampades,
Vasis tenentes oleum,
Meum quaeratis commodum.

49. Sancta sanctorum contio,
Una quidem communio,
Mihi quidem succurrite
Et Christum intercedite.

50. Esto, Christe, propitius,
Quos fundo, vide gemitus
Et, quem creasti dextera,
Ab omni malo libera.

51. Qui nasci, mori, surgere,
In caelum vis ascendere
Et sanctum mittis spiritum,
Me sorde munda criminum,

52. Iudex orbis cum veneris
Mercedem dare famulis,
Cum ovibus in dextera,
Non cum hoedis me colloca.

53. Praesta pacem ecclesiae,
Regendo eam protege,
Quae, dum partim dividitur,
In fine simplex creditur.

54. Romanae sedis Dominum
Sibique gregem subditum,
Quos redemisti sanguine,
Digneris semper regere.

55. Istius loci praesulem,
In tua fide stabilem
Tuo conserva populo,
Munitum crucis clipeo.

56. Animabus fidelium
Ista luce carentium
Ad laudem tui perpetem
Aeternam praesta requiem.

57. Agne Dei mitissime,
Qui mundum purgas crimine,
Exaudi, parce, adiuva,
Miserere et libera.

58. Christe, lux, via, veritas,
Dei splendor et caritas,
Soter simul et usion,
Alpha et O, eleison.

Collect. ms. Parisiense saec. 12. Cod. Parisin. 18111. A. — Collect. ms. Zwettlense saec. 12. [et 13.] Cod. Zwettlen. 260. B. — Orat. ms. S. Felicis Gerunden. s. n. saec. 14/15. C. — Brev. ms. Aremarense saec. 15. Cod. Parisin. 1063 D.

1, 2 Salus prima fidelium C. — 2, 1 Fili Deus C. — 2, 2 de virgine D. — 3, 3 secretum A C. — 3, 4 Tua nos reple D. — 5, 2 summa unitas C. — 6, 2 nasceris C. — 7, 1 manet C. — 7, 3 est C. — 7, 4 Ad me te flectat C. — 8, 4 servulo C. — 9, 2 Quod BC. — 12, 4 Quae B: servis D. — 13, 3 Iras draconis D. — 15, 4 precibus B. — 16, 2 afferte B. — 18, 4 secare criminis B. — 19, 1 Qui C. — 21, 4 Memento mei hominis C. — 22, 1 Deposcente D. — 23, 3 Quod verbum D. — 24, 1 Salve tu doctor C. Nach Str. 24 eingeschoben in B:

Qui nos in Christo generas,
Impetra nobis lacrimas,
Quo mala nostra plangere
Possimus et abstergere.

Si petis, clemens adnuit,
Qui et tibi clemens fuit,
Pete, pater, pro filiis,
Intercede pro miseris.

Str. 27—33 incl. fehlen C. — 32, 1 sq. Tu confessor mitissime, Victor, praeclarus nomine D. — Str. 39. fehlt D. — 35, 2 Carbone C. — 36, 1 protinax C. — 38, 3 Caput super ecclesiae C. — 38, 4 recipe C. — 39, 1 In loco Petri C. — 42, 2 Virtute C. — 42, 3 Qui vestis C. — 43, 4 Offer tu C. — Nach Str. 43:

Martyrialis laurea,
Cocta rosis purpurea,
A peccati me sordibus
Sanctis emunda(r) precibus.

44, 3 Hoc caritatis C. — 45, 1 Cum C. — 47, 1 Agatha simplex D. — 49, 3 Mihi precor B; Mihi simul C D. — 49, 4 Ad Christum B. — 50, 2 videre C. — 51, 1 mori, nasci C. — 51, 2 Et caelum vis C. — 55, 1 loci abbatem D. — 57, 3 parce et adiuva B. — 58, 1 Ipsa lux C. — 58, 4 Alpha et O rex eleison C. — Auch in: Cod. Vindobonen 883. saec 14 et 15; Cod. Darmstadien. 521 anni 1462.

100. (2.) Oratio ad B. Mariam V.

1. Maria, templum Domini.
Sacrarium paracliti,
Sanctarum decus virginum,
Maerentium solacium.

2. Ad te suspiro, domina,
Meas accepta lacrimas,
Signum misericordiae
Digneris mihi pandere.

3. Regina caeli inclita,
Orbis lampas siderea,
Meas absterge lacrimas
Et peccatorum nebulas.

4. Quod voles, unigenitus
Donabit tibi filius,
Pro quibus voles, veniam
Impetrabis et gloriam.

5. Sed vae peccatis hominum
In tenebris degentium!
Me terret conscientia,
Quia delicti conscia.

6. Ut Adam delitescere
Vel sicut Kain fugere
Mea me cogunt scelera,
Quia multa et gravia.

7. Sed inter tanta nubila
Et peccatorum pondera
Patrem recordans luminum
Non despero auxilium,

8. Nil desperare peius,
Nil putavi perversius,
Praesertim, si tu, domina,
Mea perfers precamina.

9. Cum mente tracto angelos,
Prophetas et apostolos,
Victoriosos martyres
Et praepudicos virgines.

10. Nullus mihi potentior,
Nullus misericordior,
Illorum pace dixerim,
Videtur matre Domini.

11. Quapropter hanc praecipue
Patronam meam facere
Nihil religiosius,
Nihil puto salubrius.

12. Ergo, mater melliflua
Et virgo pudicissima,
Nunc in praesenti sentiam,
Quam de te do, sententiam.

13. Mei querelam gemitus
Tibi impono primitus,
Quam perferas ad Dominum
Et tuum verum filium.

14. Maria, lux aetherea,
Ut meas preces deferas,
Tuis stratus vestigiis
Mente deposco supplici.

15. Computruerunt pristina
Peccatorum contagia,
Sed sapiens est medicus,
Omnipotens est Dominus.

16. De mala consuetudine
Est efficax me tollere,
Qui suscitavit Lazarum
Quatriduanum mortuum.

17. Post lapsum Petrum respicit
Et magno fletu concutit
Nec Cananaeae precibus
Abnuit hic propitius.

18. David post tam immania
Paenituit flagitia
Postque laudari meruit
Ipsius ore Domini.

19. Unde securus credidi
A peccatorum vinculis,
Me cito posse erigi,
Si tu tantum petieris.

20. Mater misericordiae,
Sic affectum contemnere
Vales, quae vocas impios
Et non spernis incredulos?

21. Quid in Maria gesseris,
Illam dico Aegyptiam,
Prorsus novit ecclesia
Et exsultat in gratia.

22. Theophilus diabolo
Suo datus chirographo
Quasi a fundo barathri
Per te reduci potuit.

23. Sed quis verbis comprenderet
Vel scriptura digereret,
Cotidie quos liberas
Et Deo reconcilias?

24. His iam diu praemonitus
Ad te confugi credulus,
Ne me, pia, abicias,
Supplex oro, vel differas.

25. Devotionis lacrimas
Quamprimum mihi impetra,
Ut sint semper idoneae
Meas sordes abluere.

26. Turpis concupiscentia
Corpus nec mentem polluat,
Quae sub tua custodia
Iam deputavi, domina.

27. Nam scripturae auctoritas
Et sacra clamat veritas
Corpus peccatis subditum
Sanctum odire spiritum.

28. Furor et indignatio
Procul fiant ab animo,
Quem tutelae sanctissimae
Praeelegi committere.

29. Non odium exasperet,
Iactantia non elevet,
Livor edax non acuat,
Sed pax vera possideat.

30. Mundum, si ridet, fugiam,
Aut, si saevit, irrideam,
Quia, qui illum diligit,
Christo constare desinit.

31. Sed studiosa lectio
Et compuncta oratio
Incumbentem exsatiet
Et haerentem inebriet.

32. In te mentis intuitu
Mortis versem aculeum,
Et sit tanto suspectior,
Quanto manet occultior.

33. O Iesu, rex altissime.
O fons misericordiae,
Horam mortis terribilem
Pro spe bona fac facilem.

34. Secura conscientia
Non ibi multum trepidat,
Nam spe facta robustior
Multum transit constantior.

35. Non aliud sit gaudium
Vel meum desiderium,
Quam ut exutus corpore
Tibi possim assistere.

36. O vos, caelorum incolae,
Cives supernae patriae,
Qui iam Deo fruimini,
Nobis compatiamini.

37. Michael, in caelestibus
Qui praefulges agminibus
Pro speciali gloria,
Nobis confer solacia.

38. Angeli, quos gravissima
Carnis non premit sarcina,
Orate pro hominibus
Sub ea laborantibus.

39. Iohannes, vatum maxime,
Prae cunctis verba excipe
Et prophetarum numerum
Ad hoc ascito socium.

40. Petre, piscator hominum,
Et Paule, doctor gentium,
Cum ceteris apostolis
Ope iuvate celeri.

41. Stephane cum Laurentio,
Magno praelati merito,
Cum multa turba martyrum
Magnum ferte subsidium.

42. Vos confessores inclitos,
Invicta fide praeditos,
Nequaquam obliviscimur,
Sed obnixe deposcimus,

43. Ut, qui per temporalia
Transistis et fragilia,
Adhuc pro decertantibus
Tanto instetis promptius.

44. Agnes, Thecla, Caecilia,
Lucia ac Scholastica
Omnesque sanctae virgines,
Pro nobis state supplices.

Collect. ms. Parisiense saec. 12. Cod. Parisin. 18111. A. — Collect. ms. Zwettlense saec. 12. [et 13]. Cod. Zwettlen. 260. B. — 5, 4 Delicti mei conscia B. — 6, 4 Nam multa sunt et gravia B. — 8, 2 Nil reputo B. — 8, 4 praefers A. — 11, 3 Mihi religiosius B. — 11, 4 Mihi puto B. — 12, 2 prudentissima B. — 15, 1 Non putruerunt A. — 18, 4 Ore ipsius A. — 19, 2 und 3 umgestellt B. — 23, 1 comprehenderet B. — 23, 2 dirigeret A. — 30, 3 diligunt B. — 30, 4 desinunt B. — 32, 1 intuitum B. — 33, 1 Omnium rex B. — 38, 4 Sub ea B. — 41, 4 Velo[x] ferte B. — 42, 2 Vita aeterna praeditos A. — Nach 44, 1 eingeschoben Margareta cum Agatha B. — 44, 3 Lucia cum B. — Dies Gedicht auch in Arras, Cod. 1021 (Proslogium Anselmi) saec. 11., am Schlusse beigefügt.

101. (3.) De Beata Maria V. ad Horas.

Ad Nocturnum.

1. Lux, quae luces in tenebris,
Ex alvo nata virginis,
Nostram noctem nos exue
Diemque tuum indue.

2. Maria, Dei thalamus,
Posce te venerantibus,
Virtutibus ut splendeant,
Quos reatus obtenebrant.

3. Gloria tibi, Domine,
Nato de sancta virgine,
Regnanti victo funere
Cum patre et sancto spiritu.

Ad Laudes.

1. Praefulgens sol iustitiae,
Ortus de sacra virgine,
Splendore tuo noxias
Nostras illustra tenebras.

2. Orientis castissima
Mater, fac nobis, domina,
Vita prorsus ut decidat
Vetus, nova proficiat.

3. Gloria tibi, Domine.

Ad Primam.

1. O Christe, proles virginis,
Patris compar altissimi,
Per tuae matris merita
Dele nostra peccamina.

2. O mundo venerabilis,
Virgo, mater mirabilis,
Maria, plena gratia,
Ora pro nobis, domina.

3. Gloria tibi, Domine.

Ad Tertiam.

1. Quem credimus ex virgine
Natum, benigne Domine,
Sit nobis haec confessio
Peccatorum remissio.

2. Quae genuisti filium
A summo patre genitum,
Per haec tua nos merita
A lapsu mortis libera.

3. Gloria tibi, Domine.

Ad Sextam.

1. Nate, summe rex, utero
Mariae de virgineo,
Emunda nos a vitiis
Et orna sanctis meritis.

2. Dei mater, o domina,
Sublimis tanta gratia,
Tua, fac, exaltatio
Sit nostra relevatio.

3. Gloria tibi, Domine.

Ad Nonam.

1. Fili Mariae virginis,
Da nobis eius meritis
A peccatis resurgere
Et ad vitam pertingere,

2. Cuius es factus filius,
Deus, pro peccatoribus;
Hoc qui fide pronuntiant,
Fac, ut salutem sentiant.

3. Gloria tibi, Domine.

Ad Vesperam.

1. Sol casto nascens utero
Vesperascente saeculo,
Illustra nos perpetue
Nec declines in vespere.

2. Aeterni solis genetrix,
Tuis hoc sanctis meritis
Age, quo perpes maneat
Nobis nec unquam decidat.

3. Gloria tibi, Domine.

Ad Completorium.

1. De casta nobis oriens
Matre, dies indesinens,
Iugi nos fove lumine
Culpaeque noctem remove.

2. Mater diei perpetis,
Obsiste nostris tenebris,
Ne lucem nobis dissipent
Et nos delictis implicent.

3. Gloria tibi, Domine.

Collect. ms. S. Albini Andegaven. (ol. S. Maglorii Parisien.) saec. 10—13. Cod. Vatican. Reg. 711. add. saec. 12. A. — Orat. ms. Maioris Carthusiae saec. 14/15. Cod. Gratianopolitan. 178 (805). B. — Mone aus einer Hs. des Trierer Domkapitels (75 F) saec. 12. C. — Migne PP. LL. 189, 1055ff. D.

Ad Noct. 1, 4 tuam C. — 3, 4 der Reim fordert flamine statt spiritu. — Ad Laudes 1, 4 repelle tenebras A. — Ad Prim. 1, 2 Et patris par altissimi A. — Ad Tert. 1, 1 Te credimus C. — 2, 4 mortis (nos) releva A. — Die folgenden vier Horen fehlen A. — „Hymnus Anselmi de sancta Maria ad singulas horas". B. — Nach Chevalier, Repert. hymnol. Nr. 10869, auch in Brev. Beccense imp. 1515.

102. (4.) Salutatio sanctae Mariae.

R⁰ Ave, sponsa insponsata,

1. Ave, per quam orbis lapsi
facta est ereptio,
Ave, per quam occumbentis
est Adae surrectio,
Ave, per quam primae matris
est Evae redemptio.

2. Altitudo cogitandi
tu inascensibilis,
Invisibile profundum
angelorum oculis,
Chere kecharistomene
theotocos parthene.

3. Omnia portantem portans
solium imperii,
Tu stella demonstrans solem,
sol diei mystici,
Occidentis astrum mundi
luminis conspicui.

4. Incarnationis divae
uterus tu facta es,
Per quam renovatur omnis
creaturae species,
Cum qua adoratur factor
et origo omnium.

5. Tu exstas initiatrix
arcani consilii,
Mirandorum vere Christi
operum primitiae,
Dogmatum illius exstans
tu fons et initium.

6. Scala tu caelestis, per quam
descendit ipse Deus,
Sponsa transducens terrena
super ad caelestia,
Tu mater innupta, omni
honore superior.

7. Daemonum forte lamentum,
maeror et tristitia,
Angelorum sed bonorum
laus, decus et gloria,
Electorum tu cunctorum
satias laetitiam.

8. Generans lucem perennem
et inascensibilem,
Sophorum superascendens
omnium scientiam,
Animarum tu sanctarum
splendor et prudentia.

9. Civicam vitae coronam
fructu ventris germinans,
Possidens divinitatem
et in ea pullulans,
Nutricans humanitatem
et eam agricolans.

Grad. ms. Cameracense saec. 11. Cod. Cameracen. 79 (78). A. — Grad. ms. Cameracense saec. 12. Cod. Cameracen. 62 (61). B. — Grad. ms. Fontebraldense saec. 14. in Cod. Lemovicen. 2 (17) C. — Collect. ms. Parisiense saec. 12. Cod. Parisin. 18111. D.

R° fehlt AB. — 1, 1 Ave fehlt D. — 1, 2 erectio BC, redemptio D. — 2, 5 Kere ABD, Keke C: kekaritomene A, kekaristomene B, kekaristhomeni CD. — 2, 6 theotochi ABC, theotoki D. — 6, 4 supera A. — 7, 6 satians laetitia CD. — Steht auch in Cod. Avenionen. 207., Horae ms. BMV. Card. Petri de Luxemburgo.

Nach den einzelnen Strophen folgen prosaische Anrufungen: Sancta Maria, oro pro nobis, Sancta Dei genetrix etc., Sancta virgo virginum, Angelorum domina, Caelorum regina, Virgo perpetua, Tu sola sine exemplo. — Bezeichnet als Salutatio sanctae Mariae A, Sequentia C; Hymnus in honore beatae Dei genetricis et virginis Mariae, omnibus dominicis sive festivitatibus eiusdem gloriosae dominae nostrae decantandus D. Das Lied ist den Prozessionshymnen beizuzählen.

Anonymus Camberonensis,

saec. $^{11}/_{12}$.

In der Handschrift Philips 349 (jetzt II 954) der Bibliothèque de Bourgogne zu Brüssel, welche aus der Cisterzienserabtei Cambron im Hennegau stammt und Schriftzüge des 13. Jahrhunderts aufweist, befindet sich eine Folge von acht Marienliedern, die nachfolgend abgedruckt sind. Von diesen Liedern sind die sechs ersten durch ein Telestichon verbunden. Es endigen nämlich die sämtlichen Reime des ersten Liedes auf m, die des zweiten auf a, des dritten auf r, des vierten auf i, des fünften auf a, des sechsten auf e, bilden also zusammen das Wort Mariae. Alle Verse des siebenten Liedes enden wieder auf m. In der Handschrift steht freilich dies Lied an achter Stelle; der Dichter bezeichnet dasselbe aber (v. 141 ff.) ausdrücklich als das siebente:

Ne me velis reputare quasi temerarium,
Quod praesumpsi tibi stultus carmen istud septimum.

Es wird uns also zum Überflusse in aller Form bezeugt, dafs diese Lieder das Werk eines Dichters sind.

Nun ist es eigentümlich, dafs ein bedeutendes Bruchstück des sechsten dieser Lieder sich in Cod. Parisin. 18111 in der Nachbarschaft von Werken, in der nächsten Nachbarschaft von Gedichten Anselms von Canterbury befindet und aus dieser Handschrift in Gerbérons Ausgabe der WW. Anselms übergegangen ist (abgedruckt bei Migne PP. LL. 158, 1046 ff). Anselm könnte also nur dann der Verfasser dieses Bruchstückes sein, wenn wir ihn zum Verfasser der sämtlichen sieben oder acht Marienlieder erklären könnten. Ist dies möglich?

Es befinden sich nun in der Pariser Handschrift, die überhaupt eine von der Brüsseler sehr abweichende Versfolge beobachtet, eine Anzahl von Versen, welche in letzterer zum Teile fehlen, inhaltlich aber vom gröfsten Interesse sind, da sie unter günstigen Umständen zur Ermittelung des Dichters führen könnten:

Et ex illa sede tua domum istam respice
Et commenda salvatori locum hunc assidue . . . .
Pro peccatis quippe nostris tribulamur undique
Et praevaluerunt in nos hostium insidiae,
Qui nos dente genuino non cessant corrodere . . .
Mater pia, stella maris, in hoc consolare me
Et amico Dei magno Nicolao condole
Et ancillae Dei piae Cunegundi condole,
Cuius pene iam defecit honor reipublicae.
Esto eius interventu custos huius vineae
Et circumdans eam muro rapientes abige

Palmitesque, quos produxit, benedic et protege,
Ipsa quippe te dilexit affectuosissime,
Semper ardens esse tuae commoda ecclesiae;
Ergo et tu servos eius consequenter dilige.

So kann wohl nur der Vorsteher (oder Gründer?) einer klösterlichen Genossenschaft reden, welche von Wiedersachern in ihrem Besitzstande gestört (rapientes abige) und in ihrem Leumunde geschädigt wird (non cessant corrodere). Vgl. damit die Parallelstelle in Nr. (5), 139—154.

Wer ist es, der so schreibt? Wer ist der grofse Diener Gottes Nikolaus, wer die fromme Kunigunde? Aus der Zeit von Anselms Priorat und Abtwürde liegen uns zahlreiche Briefe vor. Keiner erwähnt eines Nikolaus, keiner einer Kunigunde, keiner enthält die leiseste Klage über äufsere Bedrängnisse der Abtei Le Bec. Dagegen verdankte die Abtei von Cambron ihre 1148 erfolgte Gründung einem Anselme de Péronne, chanoine et tresorier de Soignies, fils du seigneur de Trazignier. Die Gründung geschah unter Einspruch des Bruders des Stifters, Aegidius, Trasigniaci toparcha. Hierdurch wurden die ersten Zeiten der Abtei, welcher Bernhard von Clairvaux Fastred zum ersten Abte gegeben, sehr bewegte, bis 1156 Balduin von Flandern und der Bischof von Cambrai, Nicolaus I, de Chièvres, zu dessen Sprengel die Abtei gehörte und bei dessen Heimat sie belegen war, den Frieden vermittelte. Von einer Kunigunde erfahren wir dagegen auch hier nichts. Doch weist ihr Name allein schon eher in die flämische Nachbarschaft Cambrons als in die Normandie. Genügen diese Umstände, um an einen Mönch von Cambron, etwa den Abt Fastred, oder an den Gründer der Abtei Anselm als Verfasser dieser Marienlieder zu denken?

103. (1.) Rhythmus Primus.

Stella maris, lumen orbis,
fidei praeconium,
Lignum vitae, quae portasti
fructum salutiferum,
Libertatis restauratae
per te privilegium,
Per quam primi transgressoris
scelus est abolitum.
Tu oliva, quae fudisti
pietatis oleum,
Medicina, qua sanavit
Deus orbem languidum.
Tu leaena, quae lactasti
leonem fortissimum,
Qui virtute magna stravit
lupum cruentissimum,
Conculcantem et vorantem
gregem eius morbidum.
Decus benedictionis,
salubre antidotum,
Quae infirmis potulisti
salutarem medicum.
Arca novi testamenti,
manna gestans insitum,
Quo cibati sustentamur
per hanc vastam eremum.
Libra liberationis,
veniae proverbium,
Portans petra, per quam aquae
potant Dei populum.
Domus panis, quia panem
parturisti caelicum,
Quem qui dignus est gustare,
vivet in perpetuum.
Norma vitae, schola morum,
castitatis lilium,
Legis latrix gratiaeque
factae testimonium,
Templum lucis, probitatis
totius armarium,
Digna verbi creatura,
mater et mancipium,
Pretiosus ager, habens
thesaurum absconditum.

Illa tuum margarita
gravidavit uterum,
Cuius tollit appetitus
amorem praesentium.
Aula Dei, sponsa Christi,
spiritus sacrarium,
Calix miserationis,
portans vitae poculum,
Regni Dei seminatrix
et splendoris atrium.
Tu, quae mundo demonstrasti
creatorem proprium,
Portus pacis, porta solis,
veritatis organum.
Fructus ventris tui, Christus,
exauditor pauperum,
Princeps pacis, pater matris,
dominator omnium,
Lux de luce, sol de stella,
lux sanctarum mentium,
Splendor patris, illustrator
suorum sequentium,
Ex te natus de te fecit
naturae miraculum,
Cum videret te manere
virginem post filium.
O columba speciosa,
diadema regium,
Quae transscendis admirando
fulgore chrysolithum,
Arbor, cuius fructus creat
omnes fructus arborum,
Carmen exsultationis,
requiei gremium,
In quo Deus salutare
complevit mysterium,
In qua fratrem suum nobis
fecit unigenitum,
Caelibatus et amoris
Dei violarium,
Gazas exauditionis
continens aerarium,
Cuius mentem nihil unquam
impugnavit frivolum,
Cuius cordi non adhaesit
quodlibet superfluum.
Ovis mitis, agnum habens
potenter humillimum,
Hunc, qui mundo moriendo
contulit remedium.
Beatarum animarum
sollemne tripudium,
Dominatrix orbis terrae,
consolatrix omnium.
Ad honorem tui nati
tibi servientium
Egenorum sustentatrix,
reorum refugium,
Pupillorum educatrix,
mater imbecillium,
Nunquam nocens, semper
volens
excusare noxium,
Semper potens invocata
conferre subsidium,
Vultum habens fulgurantem
et plus quam angelicum,
Sitientum aqua viva
iuge refectorium,
Fons hortorum et sal terrae,
mons excelsus nimium,
De quo lapis est abscisus,
qui replevit saecula,
Miserarum animarum
propitiatorium
Et auriga, quae fideles
provehit ad bravium.
Cui qui cupit complacere,
cor affectet sobrium,
Et ad mores componendos
formet mentis studium
Ac per matris obsequelam
consequetur filium.
O plus celsa et profunda
quam sit sensus hominum
Vel quam possit explanare
quodlibet ingenium,
Valde digna et benigna,
virgo digna virginum,
Puer tuus mors est mortis
et vita viventium,
Caro tua, quam suscepit,
saeculi est pretium,

Infans tuus pater noster
et salus credentium.
Regnum eius, quem lactasti,
stabit in perpetuum,
Partus tuus Deus verus
et sanctorum gaudium;
Natus tuus mediator
Dei est et hominum.
Tu misellis semper patens
es exauditorium,
Liberalis distributrix
aeternorum munerum,
Causa restitutionis,
gaudii negotium,
Potiori claritate
super choros caelitum
In sublimi exaltata
tamquam sidus siderum.
Tibi iure deputatur
omne, quod est optimum,
De qua loqui vel pensare
est nutrire gaudium,
Cuius decus adorare
tanto necessarium,
Quanto Deum diffiteri
scelus est nefarium.
Ergo, sancta mediatrix,
generale commodum,
Cuius decus et caeleste
lumen est omnimodum,
Vere Deus noster suxit
lac tuorum uberum,
Vere, quem nos adoramus,
tu portasti puerum.
Pulchritudo tua vincit,
quidquid est pulcherrimum,
Sermo tuus pretiosus
super omne balsamum.
Virga nunquam sine flore,
Dei domicilium,
Vas virtutum et acerra
multorum aromatum.
Te collaudat supplex chorus
virtutum caelestium
Et ad laudem creatoris
frequentat obsequium.
Tu post Deum christianae
plebis es dominium,
Castitatis et aeternae
pacis infusorium.
Quidquid de te dici potest,
nihil sapit asperum,
Per quam redemptoris nobis
[iugum] est impositum
Et inductum orthodoxae
legis exercitium
Post peremptum eius morte
principem Aegyptium.
Omnis boni foeneratrix,
canticum angelicum,
Paradisus voluptatis,
turtur simplex admodum
Et columba sine felle,
nihil habens noxium,
Igne flagrans caritatis
aeternae turibulum,
Cuius fumo delectatur
summus princeps principum,
Palma fructus saporati
plurimarum frondium,
Propagationis Dei
fundens seminarium,
Foederatrix eius pacti,
quod est probatissimum,
Per quod nobis reddit pater
ius hereditarium.
Lumen nunquam praetergressum
bonitatis alveum,
Affluenter se infundens
mentibus humilium,
Imber consolationis
lacte nunquam vacuum,
Reconciliationis
problema gratissimum,
Quasi stella matutina
dans lucis indicium.
Urbs munita, nubes clara,
nunquam passa nubilum,
Verbis pluens et coruscans
exemplis magnalium,

Vulnerata caritate
patrona mortalium,
In qua, de qua vel quam circa
nihil est inglorium,
Cor est tibi circa cunctos
compatientissimum,
Imperatrix et regina
supernorum civium,
Miserationum habens
thesaurum amplissimum,
Copiosae caritatis
et plena dulcedinum,
Per quam Deus in frumentum
legis vertit hordeum,
Donativum, quod largiris
manet in perpetuum.
Non peribit, quem tu velis
Deo esse proximum,
Sed, ut placet, ex misello
facis felicissimum.
Sponsa, quam rex concupivit,
princeps exercituum,
Cuius claustris non apertis
est egressus thalamum,
Quae odoris tui late
thymiamaterium
Spargis, fraglans plus quam
omne
genus pigmentarium.
Dives elemosynatrix,
pretiosa plurimum,
Dans a Christo larga manu
veniam aut praemium,
Potens atque mundum omnem
habens tributarium,
Cuius cuncta sustinentem
baiulavit brachium.
Tu dispersionis nostrae
congregasti symbolum,
Conturbatis rebus regem
fudisti pacificum,
Qui se fecit inter duos
parietes angulum,
Ut, quod error variabat,
esset per se consonum.
Non est, quod te non collaudet,
os ecclesiasticum,
Pec quam regni tenebrarum
factum est excidium,
Quia regem genuisti
spoliantem tartarum,
Cuius sanguis omnis mundi
diluit piaculum.
Nomen habens, quale decet,
prae cunctis praecipuum,
Speciali dignitate
tibi soli congruum,
Memorandum et suave,
grateque mellifluum.
Et quid nisi caelum caeli
tuum dicam uterum,
Qui replentem universa
circumclusit parvulum?
Felix supra creaturas
creatoris omnium,
Quam reginam caeli credit
omne cor catholicum.
Ros caelestis, clara lampas,
aureum candelabrum,
Cuius lumen usquequaque
semper erit lucidum.
Plus quam pura, nulli dura,
nulli servans odium,
Cunctis aequa, nihil amans,
quod non sit proficuum.
Fomes, germen atque radix
aeternorum fructuum,
Hortus regis, portans illum,
qui nos purgat, hysopum,
Cedrus ferens austro flante
animarum epulum,
Nutrix Dei, summa legis,
salutis exordium,
Pascens panem, portans
pacem,
Dei consistorium,
Plus quam martyr, quia regem
genuisti martyrum,
Cuius fecit mors patere
tramitem sidereum,
Quem reatus potoplasti
fecerat impervium.
Ficus immortalitatis
proferens edulium,

Singularis in decore,
vas crystalli solidum,
Ad videndum dies bonos
multiplex suffragium,
Catenarum dissipatrix,
absolutrix compedum,
In qua sanctus consolator,
artifex artificum,
Absque manu maris corpus
creavit dominicum,
Uti verbum summi patris,
cunctorum principium,
In servuli forma sumens
verae carnis habitum,
Dum in ipsa deitatis
occultat aculeum
Et vim celat potestatis,
quod erat invalidum,
Captum homo captivaret
Leviathan lividum.
Tu christianorum mater
et lumen egregium,
Vere habens fontem vitae
claustris tuis inditum,
Et propago, quae produxit
primum et novissimum.
Palmes verus, mater vitis,
qui pater est palmitum,
Sine cuius mansione
nihil est fructificum,
Monumentum es datorum
saeculo charismatum
Illiusque sacramenti,
quod est nobis traditum,
Quo de carne Christi cibum
sumimus vivificum,
Ut in eius transferamur
corporis coagulum.
De te constat, quod servire
tibi sit liberrimum,
Cuius caro, quam sumpsisse
credimus altissimum,
Sancit leges, regit vices
seriemque temporum,
Clavis magnaque, qua caeli
reseratur ostium.
Tu in virgam pastoralem
convertisti gladium,
Qui transgressis paradisi
vetabat introitum.
Apud Christum cuncta posse
te nulli sit dubium,
Quia Deus caro tua
decernit iudicium,
Per quod cuique trutinatur
merces aut supplicium.
Quod si tuos paranymphos
proferam in medium,
Ad decenter explanandum
laudis tuae titulum,
Gabrielem loquor atque
Iohannem apostolum,
Quidquid ipsi tanti possunt
effari sanctissimum,
Omne comparationi
non erit contiguum.
Sic post Deum tu praecellis
omne, quod est arduum,
Quod cessarem, sed affectus
retardat silentium
Et hoc ipsum recitare
refocillat animum,
Sicut ipsa bene nosti,
mali sibi conscium
Et timentem, quod debetur
tot noxis facinorum.
Placet autem recordari
iam tuorum operum,
Sed summatim, quia sensus
fatiscit officium
Neque capit tantum lumen
cor imperitissimum,
Ad quod nullum explorare
fateor idoneum
Et quod nolle implorare
est iam esse mortuum;
Nam non vivit, qui se tibi
non vult esse subditum.
Tu caelestis es frumenti
ferax territorium,
Virgo, cuius sine fine
manet puerperium.

Desponsata, sed virile
nesciens commercium,
Per quam mortis sempiternae
venit exterminium.
Specialis et electa
de millenis milium,
Cuius semper, si quaeratur,
praesto est auxilium.
Tu serpentis contrivisti
caput cruentissimum
Et in petra collisisti
peccati aculeum.
Tu captivitati nostrae
posuisti terminum,
Dans regressum ad superna,
grave post exsilium.
Tu redemptionis eius
dedisti depositum,
Qui communionis gustant
pignus saluberrimum.
Tu supernae civitatis,
quae est mater omnium,
Fundamenta construxisti,
virgo, sidus siderum.
Lima, per quam Deus rasit
gentile contagium,
Vetus infidelitatis
amputans opprobrium.
Gramen, quod nix atque gelu
nunquam reddit marcidum,
Semper virens, nunquam
perdens
colorem purpureum,
Forma Dei politura
saxeorum pectorum,
Semper iuvans adimpleri
iustum desiderium.
Non omittam, quod benigne
iuvisti Theophilum,
Qui cum ultro se sub iugo
mancipasset daemonum
Ac pro rebus perituris
abnegasset Dominum,
Ex apostasia sibi
componens chirographum
Factum christianitatis
voto fecit irritum.
Ergo cum perditionis
ebibisset poculum
Fasces verae vanitatis
adeptus ad libitum,
Ipsis suis inimicis
factus vituperium,
Tamquam qui sub manuscripto
comparasset inferum,
Deo se respiciente
compunctus est postmodum.
Ad cor enim cum redisset
pertaesus flagitium
Ac suae submersionis
erubescens puteum,
Dans rugitum, tundens pectus,
emittens suspirium,
Paenitendo rigans terram
multo rore fletuum
Evomebat, quidquid Deo
hausisset contrarium
Nec cessavit reclamare
te, regina virginum,
Te, Maria, per quam vere
salus venit gentium,
Cuius nomen est ad opem
dandam celeberrimum,
Donec ipsa vulnus eius
curares ad integrum.
Et non solum, quod timebat,
evasit exitium.
Quin ad Christum evocatus
est per te post triduum.
Ista de te nos confortant,
mundi purgatorium,
Divina sinceritate
lavans sordes criminum,
Cui, quidquid ipsa iubes,
est efficacissimum.
Restitutrix sanitatis,
resecatrix vulnerum,
Structura religionis,
vitae diversorium,
Sanctitatis plenitudo,
puritatis speculum,
Principatus honestatis,
pacis aedificium,

Gravitatis ac pudicae
vitae magisterium,
Virgo blanda, veneranda
et amanda plurimum,
Cuius, praeter quod est mater,
nihil est femineum.
Fortunatum et felicem,
immo beatissimum
Cuius preci tu convertes
clementem intuitum!
Huius ego nullum esse
nunquam credam meritum,
Hunc temptator nullus ultra
trahet in interitum.
Tu es nostri Salomonis,
veri regis, ferculum,
Absolutionis mundi
volumen egregium,
Digito spiritus sancti
conscriptum chirographum,
Argumentum et censura
sobriorum usuum,
Stirps regalis foederisque
Dei tabernaculum,
In qua legis latioris
nobis misit angelum.
Vegetationis nostrae
vegetal ingenuum,
Gratiarum actionum
thema venustissimum,
In concentu caeli reddens
modulantem sonitum.
Fac, quod facis, benedicta,
sume manu tympanum,
Virginalis harmoniae
concrepando iubilum,
Iunge modos, pange melos,
dic carmen hymnidicum,
Dona vota creatori,
dragma decentissima,
Prome voces, redde grates
et collauda Dominum,
Iucundae legationis
proferens eloquium,
Quia gentes atterentem
per te fregit malleum.
Quam suavis innotescis,
optima mulierum,
Quae virtutis tuae reples
fama omne saeculum
Apud Deum singulare
ferens patrocinium!
Pons sublimis praebens nobis
ad aeterna transitum,
Procellosum maris huius
serenando fremitum.
Tropus delectationis,
far pretiosissimum,
De quo factus panis vivus
confirmat cor hominum,
Officina salutaris,
decus mundi publicum,
Institutionis sanctae
stemma nobilissimum,
Instrumentum pietatis,
caeli capitolium,
Arcus habens triumphales
circa sui ambitum,
Hoc est tuos amatores
firmans spe perennium,
Donec eos introducas
in regis cubiculum.
Non austera, sed severa,
iubar solis rutilum,
De qua verus sol exortus
noctem fugat criminum,
Cinnamomum, cuius tactus
curat lepram cordium,
Cataracta firmamenti
patens in praesidium,
Favus mellis atque regi
caelorum vestibulum.
In quo, quidquid potiuntur
vera pace civium,
Istud sibi datum gaudent
per te beneficium.
Tibi filioque tuo
nil est intermedium,
Sed cum eo generale
disponis imperium,
Eleganti promens ore
sermonem censorium,

Nunquam spernens exaudire
preces tibi supplicum.
Rubus ardens, non combusta
tamen per incendium,
Haec est praegnans et fecunda,
non tamen per coitum,
Non ex carnis voluntate
sed per Dei spiritum.
Hortus clausus, in quo flores
omnium sunt generum,
Cuius fructum non corrumpit
fraus insidiantium.
Fons signatus, hoc est Dei
possidens signaculum,
Ubertate sua rigans
orbis terrae spatium,
Piae recordationis
suscitatrix mentium,
Spes lapsorum et incentrix
sanctorum affectuum,
Pande nobis, quaeso, tuae
pietatis aditum.
Praesta nobis obtinere
salubre consilium,
Infer nostris animabus
lucis tuae radium.
Iuva prece, gloriosa,
peccatorem miserum,
Da vitare servo tuo
laqueum venantium.
Fac, ne mundi vanitates
meum captent animum,
Ne confundar inter tela
perfidorum hostium
Nec succumbam comprehensus
fraude persequentium.
Hostis enim, dum me videt
vanitati deditum,
Instat ardens, ut ad poenam
rapiat improvidum.
Contra cuius tela mihi
tu ministra clipeum,
Ne me nimis appetitus
trahat visibilium,
Quia quasi ventus fugit,
quidquid hic est prosperum.
Omnis vita nostra vapor
est parens ad modicum,
Gaudiumque mundi finem
tendit ad occiduum.
O regina castitatis,
huc distilla balsamum,
Purga meum miserata
pectus corruptissimum,
Ipsum pio interventu
mihi fac propitium,
Cui semper misereri
fuit et est proprium,
Ut me semper impugnantem
sternat adversarium
Et a malis respirare
sinat aliquantulum,
Quae demergunt sensus meos
tamquam mare turbidum.
Eius enim vehementer
paveo iudicium,
A furore cuius ulli
non patet effugium.
Funde preces, munda faeces,
frange clavos scelerum,
Ne recuses exaudire
petentem subsidium.
Condescende pereunti,
pete pro me filium,
Intuere, quam sim miser,
redactus ad nihilum,
Factus sicut flos marcescens
et tamquam vas perditum,
Miserere statueque
me in caput gentium,
Ipsum dico, quem lactasti,
Iesum benignissimum,
Qui electis est ad vitam
via et viaticum.
O columba columbarum,
virgo, decus virginum,
Virgo fortis, portans onus
omnipotentissimum,
Ecce, nuptiarum agni
sedes ad convivium,
Epularum facta compos
inaestimabilium,

Quorum usus nulli prorsus
generat fastidium,
Sed utentem ad utendum
magis reddit avidum.
Ibi clara coram illo,
qui lux est fidelium,
Miseratrix semper esto,
memor tui memorum.
Ante fores tuae domus
pulso pauper annullum,
Imbecillis, inops, habens
cor et corpus tabidum
Et in tantum, ut plus possis
videre quam Lazarum.
Nam huic cutis erat, mihi
vulnus subcutaneum,
Quin et canis ipsi desunt,
qui pus lingant ulcerum.
Sed tu, virgo meritorum
vere singularium,
Condoleto, confer opem,
defer adiutorium,
Funde guttam, trade micam,
satia famelicum,
Praebe, de quo sustentetur,
animae cibarium
Oculisque caeci cordis
infunde collirium,
Per quod vero renovasti
lumine Theophilum.
Mitte mihi per Iohannem,
tuum illum intimum,
Quem redemptor sibi fecit
apud te vicarium,
Quando ipsi te commisit
ad crucis patibulum,
Ne, dum ipse victor mortis
expugnat diabolum
Et ad horam se subducit
a conspectu hominum,
Tamquam orba videreris
non habere filium.
Quam beatum te, Iohannes,
quam gloriosissimum,
Thalami quem sui sponsus
posuit aedituum
Et servandum dedit sancti
spiritus sacrarium!
Hoc signabat illud pridem
familiarissimum,
Quod te fecit supra pectus
accubare proprium,
Quia tibi commendabat,
quod habebat, unicum,
Ut custodem matri daret
virgini virgineum,
Ut columbae ministraret
aquila solacium.
Frater Christi, posce nobis
munus tam magnificum,
Fac, ut praestet adoptatis
matri suae vinculum,
De quo verbum promulgasti
nulli prius cognitum.
O beatitudo summa,
fac me tui cupidum,
O Maria, dulce nomen
et reverendissimum,
Diligens te diligentes,
muni meum exitum.
Quia, quamvis me non esse
sciam operarium,
Credo tamen per te posse
mereri denarium.
Ecce, ego servus nequam,
neglegens ultra modum,
Quem inebriavit mundus
propinans absinthium,
Volvens rotam per inanem
curarum circuitum,
Sub tutitionem tuam
facio confugium.
Te post Deum vitae meae
precor esse baculum,
Mollias ut sancta prece
cor meum lapideum
Ac sub iugo Christi frenes
fluxae carnis impetum,
Ut restinguat salutaris
ignis ignem noxium,
Mensque casta mereatur
spiritum paraclitum.

Ora ergo, ut non intrem
locum illum pessimum,
In qua nulla pax nec quies
neque refrigerium,
Sed rugitus et dolores
atque stridor dentium.
Adquiesce supplicanti,
domina, per Dominum,
Nam sum lapsus et peccavi
Deo super numerum,
Canis squalens saepiusque
reversus ad vomitum.
Ave, sola mater virgo,
pete pro me filium,
Esto semper memor mei,
gaude in perpetuum.

252 thyamaterium. — 303 Ortus Regis. — 342 claustris suis. — 383 Que comparationi. — 741 Et.

Aus diesem Gedichte finden sich zwei Bruchstücke mit den Anfängen: Stella maris, lumen orbis und [O] regina castitatis in Cod. Tolosan. 871. Dieselben wahren nicht die Strophenfolge des Originals, sondern stellen eine beliebige Auswahl von Strophen und Versen vor. So ist die erste Strophe des erstgenannten Liedes:

Stella maris, lumen orbis,
fidei praeconium,
Aula Dei, quem portasti
Spiritus secrarium

gebildet aus den Versen 1, 2, 49 und 50; die zweite aus den Zeilen 11, 12, 113 usw.

104. (2.) Rhythmus Alter.

Regina virginum,
felix puerpera,
Genetrix principis
regentis aethera,
Decus sidereum,
stella clarissima,
Virtutum specimen
et vitae ianua,
Lux promens radium
lustrantem pectora
Et verbum generans
dans verbi munera,
Verba mihi, quae te
deceant, impetra,
Quo tibi valeam
solvere debita.
O venerabilis
et salutifera,
Semper amabilis
atque melliflua,
Cuius divitiae,
cuius est gloria,
Visionis Dei
iugis laetitia,
Quae de fonte vitae
percipis pocula,
Unde tot miseris
stillas remedia.
Huc adverte genas
et clara lumina
Et nostras tenebras
videns irradia,
Tua dulcedine
supplices satia
Et suo domino
reos concilia.
Id enim facere
semper es solita,
Haec tua iugiter
fuerunt opera,
E quibus unum, quod
pandit haec cartula.
Fuisse creditur
quaedam iuvencula,

Obscaenis nimium studiis dedita,
Verbis et sensibus et gestu garrula,
Mollis, incontinens, plena lascivia,
Ardens libidinis intemperantia,
Polluta menstruis et luxu sordida,
Quae non expeteret coitus praemia,
Ne non habentibus fieret nausea,
Largitura tamen cynicis plurima,
Si non defuisset donandi copia.
Sed tantilla fuit eius substantia,
Quae vix sufficeret ad necessaria.
Non torques aureas, sive monilia,
Non opes varias quaerens sollicita,
Ut nudum tegerent corpus multicia,
Aut pulchram redderet byssus et purpura,
Sed contenta procax veste vilissima
Filando meruit panis cibaria.
Omnis intentio, actus et studia
Erant spurcissima de petulantia,
In abusione et in superbia
Spernenti corporis sui dispendia,
Cuius decor erat daemonis framea,
Laqueus iuvenum et mortis fovea.
Cum talis viveret in Alexandria
Vidit fortuito in foro posita,
Quod turba populi ignoti plurima
Certatim tenderet ad sacra limina
Sepulcri Domini orandi gratia,
Quibus se ingerens cum impudentia
Dicit se cupere horum consortia.
Non hoc religio vel reverentia,
Sed levis animi fecit insania,
Ut tantis iuvenum turbis implicita,
Ubi sola foret stupri materia,
Perfunderet eis exsecrabilia,
Insatiabilis et sui prodiga.
Cum ipsis itaque transfretans aequora
Post transmissa maris viaeque spatia
Tandem Ierusalem devenit hospita,
Ubi, quot potuit, fecit flagitia,
Civibus, advenis meretrix publica,
Incomparabili squalens spurcitia.
Instante denique die sanctissima,
Qua crucis Domini fiunt sollemnia,
Quae plebs concelebrat rite catholica,
Votis supplicibus et laude congrua

Adorans humilis
et flectens genua,
Tunc haec cum populi
multa frequentia
Sancta conata est
ingredi atria,
Sed repellit eam
quaedam vis caelica
Ac Dei omnium
iugis iniuria,
Cuius semper erat
iussis contraria.
Nam, quo plus nititur
semper ad intima,
Tanto reicitur
cum ignominia.
Et dicens intra se:
quid agam misera?
Haec imbecillitas
fecit feminea,
Instat ardentius,
Laborans anxia,
Sed nil proficiunt
eius molimina.
Tunc ingrediendi
omni spe perdita
Ante domus sanctae
stans penetralia
Tristis interius
retorquet lumina
Et videt, quod staret
ibi iconia
In honore tui
nominis condita,
In quam intendere
salus est integra.
Tunc ab imo cordis
trahens suspiria
Supplex cum lacrimis
precatur talia:
O Iesu Domini
genetrix inclita,
Virgo compatiens,
mitis, magnifica,
Cuius est celebris
munificentia,
Miserere mei,
caelorum domina.
In agente mea
impudicitia
Abominabilis
sum Deo reddita.
Iuste, confiteor,
nunc ab ecclesia
Exclusere ream
tot mea crimina,
Quae sum mulierum
omnium pessima
Et omni penitus
virtute vacua,
Sed nunc me, deprecor,
clementer adiuva,
Quae videre sanctam
crucem sum cupida,
Sicque percipere
sancta mysteria,
A quibus me mea
arcet nequitia,
Et tibi spondeo
fide plenissima
In timore Dei
et paenitentia,
Quod iam non miscear
in re nefaria
Nec plus adiciam
agere turpia,
De quibus arguit
me conscientia.
Dixit et introit
vultu laetissima,
Iam nulla patiens
prorsus obstacula,
Quia tu ruperas
ipsius vincula,
Quae iustis precibus
semper es proxima.
Sed quid haec memorans
curro per singula,
Succincte referam,
si possum, reliqua.
Post peracta sacri
festi celebria

Ad locum rediit
haec felicissima,
In quo imaginem
viderat antea,
Et prostrata solo
dixit humillima:
Oro, domina mi,
mater castissima,
Cuius magna satis
exsistunt merita,
Ut mihi miserae
fiant proficua,
De quibus mea mens
non est ambigua.
Credo, quia tua
gestarunt viscera
Ipsum, apud quem est
omnipotentia,
Cuius est gratiae
omnis iustitia.
Ergo tu post eum
spes nostra solida,
Fideiussioni
cuius sum tradita,
Benedictionis
turris firmissima,
Per quam munitio
mortis est diruta
Atque remissio
lapsis adhibita,
Iube, quod faciat
haec muliercula.
Devote impleam,
quae sum pollicita,
Si tui liceat
perfrui gratia.
Tunc vox insonuit
consolatoria,
Cuius huiusmodi
fuere monita:
Iordanem transiens
ibidem habita,
Nec tibi deerunt
mea praesidia,
Si Deo servias
in continentia
Et mente respuas
haec temporalia.
Statim egreditur
ab Ierosolyma
Et, sicut iusserat
vox illi reddita,
Iordanis transiens
concite flumina
Deserti peragrat
fines solivaga.
Quae vero pertulit
illic pericula,
Quot hostis lividus
illic certamina,
Quot temptationum
intorsit spicula,
Quibus te exstitit
ductrice libera,
Non est, ut referam,
mihi facundia.
Vobis verumtamen
sunt haec notissima,
Qui experti estis,
quid sit inopia,
Quid carnis stimulus
vel quid inedia,
Quid vitae vanitas
et insolentia,
Vel quaeque saeculi
delectabilia,
Vel quam vita gravis
sit eremitica,
Quae nullus aestimat
superabilia,
Qui nescit, quanta sit
Christi potentia,
Qui vicit saeculum
et saecularia,
Cuius munimine
haec beatissima
Bona probata est
perseverantia
Ac vitae meruit
aeternae praemia
Sicut matris vitae
bona clientula,

De qua traditur haec
experientia,
Nulli catholico,
reor, incognita,
Quod nulla penitus,
quamvis acerrima,
Intolerabilis
erit angustia,
Ubi non deerit
eius memoria,
Cuius christicolas
recreant munera
Ceterum fidei
magna novitia
Duobus panibus
et semi sobria
Cuncta vitae suae
transegit tempora.
Non ei potum fons
dedit aut pluvia,
Quae in illa non sunt
eremo arida,
Non examen apum
mella silvestria,
Non palma dactilos,
non rubus rubea,
Non nux aut cerasus,
quae habent propria,
Non quaevis arboris
fructus aut folia.
Nil horum habuit
in alimonia,
Sed rorem colligens
tingebat labia,
Quae emarcuerant
siti assidua,
Ex herbis etiam
degustans aliqua,
Quarum in eremo
multa sunt genera,
Postquam ex partibus
illis pars maxima
Sic induruerat
ut moles saxea,
Sed cum fames eam
urgeret maxima
Et pro nuditate
aestus et frigora,
Non ob hoc murmurans
fuit aut querula
Aut in servitio
divino tepida,
Consolatione
Dei tutissima.
Sub patrocinii
tui custodia
Vixit autem ibi
sic solitaria,
Ut per lustra novem
testante Zosima
Et menses quater sex
avis nec bestia
Ab ea visa sint,
nec vir nec femina.
Sed hanc ipse Dei
fidelis assecla,
Per quem accepimus
haec in notitia,
Post tanta temporum
vidit curricula
Et eius nactus est
felix colloquia,
De qua perhibuit
voce veridica,
Quod cum esset adhuc
in mundo posita,
Literarum semper
exstitit inscia,
Nil sanum sapiens,
vulgaris laica.
Verum tot spiritus
sancti charismata
Conversae tribuit
Christi clementia,
Ut divinae legis
omnis scientia
Atque propheticae
polleret gratia.
Nam evangelium,
psalmos, proverbia
Erat edisserens
in eloquentia,

Nonnulla replicans
satis utilia
Et futura loquens
tamquam praeterita,
Quia tu, Domini
mater largissima,
Liberalis, prudens
et honorifica,
Cum praestare placet,
praestas insignia,
Et semper tua sunt
dona praecipua.
Dehinc per Zosimam
sancta mysteria
Illi delata sunt
digneque tradita,
Sicque defuncta est
Domini famula,
Mariae nominis
honore praedita,
Mariae meritis,
quae est fortissima,
De lupi rabidi
faucibus eruta,
Nunc in sublimibus
sanctorum socia,
Quam caelo peperit
sanctorum domina,
Cuius auxilio
manus est valida.
O virgo virginum,
mater deifera,
Regina caelitum,
Abrahae filia,
Virgo laudabilis
et sine macula,
Haec me laetificant
et his similia,
Quae peccatoribus
das medicamina,
Pro quibus mea te
diligit anima
Curarique petit
his sua vulnera.
Quot arenae maris,
quot caeli sidera,
Tot et plura satis
sunt privilegia,
Quibus tua patet
misericordia;
Et ego taceam
de re tam optima?
Gabriel angele,
magne caelicola,
Fortitudo Dei,
divine satrapa,
Iohannes Domini
dilecte vernula,
Virgo praecipue,
sublimis aquila,
Quibus est Domini
mater carissima,
Ex eius proceres
magni familia,
Quorum custodiae
noscitur tradita,
Alteri corpore,
alteri anima,
Cui assistitis
in caeli curia,
Ad eius seduli
semper obsequia,
Frequentate melos,
promite cantica,
Pangite iubilos
voce dulciflua,
Solvite dominae
laudum praeconia,
Quia suavis est
et odorifera,
Cuius aedificant
nos patrocinia,
Cuius suffragiis
constat ecclesia.
Vos scitis, quot eius
sunt beneficia,
Per quam vos repetit
ovis centesima,
Pastoris optimi
ulnis imposita,
Cuius est sanguine
sordibus diluta,

Per quam magna vobis
adcrescunt gaudia,
Cum sua diluit
peccator scelera.
Fundite, supplico,
illi precamina,
Ut mihi misero
assit propitia
Mearumque precum
parva munuscula
Per vos ipsi fiant
acceptabilia.
Indignus enim sum
et sine tunica
Nuptiali manens
domo dominica,
Vas contumeliae,
plenus malitia,
Plus aequo diligens
haec visibilia,
Quae sic praetereunt
ut levis nebula
Vel a ventilabro
commota palea.
Vide, stella maris,
atque considera,
Quanta me saeculi
vexant incommoda,
Quot aegritudinis
feram discrimina,
Et, ne deficiam,
haec mihi mitiga
Vel, ut sustineam,
constantem robora.
Adesto precibus
meis, piissima,
Refove debilem
et lassum visita
Et, ut non peream,
instanter cogita.
Nam multum deprimit
me carnis sarcina
Et valde aggravat
ingens miseria.
Ecce, diabolus,
crudelis bestia,
Ut leo rugiens
circuit omnia,
Quaerens, quem devoret
fraude saevissima,
De cuius laqueis
semper me libera
Ac dignum effice
superna gratia,
Ut per te protegat
me Dei dextera.
Nam post Deum tu es
mea fiducia,
Mater, consolatrix,
patrona, domina,
Cui se applicant
mea praecordia,
Cor, vox, lingua, manus,
sensus et anima
Iugiter tibi sunt
se commendantia.
Aegritudo, salus,
adversa, prospera
Et quaeque fuerint
de te disposita,
Advocationi
tuae sint credita
In eius nomine,
cuius es unica,
Qui dat, ut apud se
sis potens maxima.
Ergo, imperatrix,
virgo clarissima,
Ne me despicias
dicentem talia,
Sed haec benevole
suscipe carmina,
Quamlibet vana sint
et incomposita,
Non tamen iudices
contemptibilia,
Sed pro his supplicem
ita remunera,
Ut merces mea non
sit transitoria,
Sed lux et requies
paradisiaca

Et, cum dies mihi
venerit ultima,
Unum manipulum
quem feram, mihi da
Et mnam, quam Dominus
commisit, duplica,
Ne pigrum puniat
vindex sententia,
Sed felix perfruar
pace et gloria.
Hic ergo capiam
grata silentia,
Non, quia deficit
verbis materia,
Sed quia sensui
deest peritia,
Et multis timeo
gignere taedia.
Ave, lux saeculi,
Maria fulgida,
Sanctorum omnium
gloriosissima,
Esto memor mihi,
gaude per saecula.

77 vel: Nendo promeruit. — 481 Qui assistitis. — 497 sq. quot sunt eius. — 511 Et mihi. —

105. (3.) Rhythmus Tertius.

Stella stellis omnibus
fulgore celebrior,
Mater Iesu Domini,
virgo vitro purior,
Virgo venerabilis,
sancta sanctis sanctior,
Imperatrix regibus
honorificentior,
Pietatis opibus
cunctis locupletior,
Sensum habens sobrium
et religiosum cor,
Nulli prole caelica
vel secunda vel prior,
O incomparabilis
et cunctis praestantior,
Omni pulchritudine
desiderabilior,
Sancta domus Domini,
firmamento firmior,
Cuius omne superat
genus odorum odor,
Cuius in obsequiis
magnus habetur honor;
Lignum imputribile,
flos nive candidior,
Virga cedris Libani,
satis eminentior,
Margarita saeculi,
auro pretiosior,
Aula sancti spiritus,
sole rutilantior,
Patrona benevola,
favo mellis dulcior,
Sanctorum ordinibus
cunctis gloriosior,
Dignitate praecluens
et exaudibilior,
Columna crystallina,
ture redolentior,
Caelestis basilica,
ipsis caelis amplior,
Quia de te prodiit
rex caelorum conditor,
Quem non possunt capere
caelum, terra et aequor.
Sed quid tuis laudibus
canis mutus immoror,
Ad quas non sufficeret
ipse caeli ianitor,
Sed nec archangelicae
virtutes, ut arbitror?

Tu scis, quod desidero,
nosti, cur haec prosequor.
Esto mei, domina,
iugiter non immemor
Et catenas dissipa,
quibus intus obligor.
Ne me, quaeso, respuas,
quod tam nequam habeor,
Qui pollutis labiis
indigne te veneror
Cunctis peccatoribus
revera deterior,
Qui nil boni cogito
nec volo nec operor
Nec, quid pro his maneat
me post mortem, meditor;
Condole, piissima,
nam si cessas, morior.
Stella quippe maris es,
ideo te deprecor,
Ut repellas tenebras,
quas in mente patior.
Fac, ut per te consequar,
quod per me non merear,
Da, ut prosit perpetim,
quod te piam fateor,
Iuva, ne praevaleat
multiformis proditor,
Cuius, si me respicis,
terrores abominor,
Quia partus tuus est
omnium dispositor,
Cuius sacro sanguine
me redemptum gratulor
Et in eius nomine
signo crucis munior.
Quo fretus insidias
hostiles non vereor,
Si tui regiminis
patronatu perfruor,
Sicut homo iugiter
expetit interior,
Ambiens deponere
sarcinam, qua deprimor.

* *
*

Singularis
laus tua dignoscitur,
Per quam magnis
Dei donis fruitur,
Quidquid caeli
ambitu concluditur.
Per te mundus
tenebris exuitur,
Per te princeps
mundi foras mittitur,
Per te mortis
potestas destruitur,
Per te iugum
Satanae conteritur,
Per te ovis
perdita reducitur,
Per te Adae
peccatum remittitur,
Per te genus
humanum redimitur.
Et in Christo
sordibus abluitur,
Per te via
paradisi panditur,
Per te regnum
caelorum vim patitur,
Per te, postquam
Christus ex te nascitur,
Creatura
omnis benedicitur,
Per te carnis
voluptas respuitur,
Per te sanus
quisque Deum sequitur,
Per te, quibus
cor mundum conceditur,
Donum sancti
spiritus tribuitur,
Per te currit,
qui a patre trahitur

Et ad Christum
tendens non reicitur,
Per te lapsis
pietas impenditur,
Per te perpes
vita concupiscitur,
Per te placet,
qui placere nititur,
Per te vivit,
a quo bene vivitur,
Per te casum
patiens erigitur,
Per te surgens
anima non moritur,
Per te mortis
iaculo confoditur,
Qui te matrem
virginem non loquitur,
Per te felix
cum sanctis laetabitur.
Qui salubri
terrore compungitur,
Per te scuto
fidei protegitur,
Cuius omnis
spes Deo committitur,
Per te bonis
omnibus replebitur,
Quisquis tibi
devotus obsequitur.
Per te hosti
temptanti resistitur
Ac sub iugo
Christi mens reprimitur,
Per te labor
et dolor excluditur,
Per te pax et
gloria percipitur.
Iure tibi
supplices subicimur,
Per quam tanta
munera consequimur.
Vide ergo,
quot malis afficimur,
A quo tibi
laus ista nunc dicitur,
Et hunc loca,
qua dies non clauditur.

77 ut prosi perpeti. — 180 quod malis.

106. (4.) Rhythmus Quartus.

Alma virgo,
regina saeculi,
Porta vitae,
ianua gaudii,
Tu, Maria,
templum altissimi,
Cuius carne
amictus humili
Te contulit
humano generi
Sicut imber
illapsus velleri,
Ut pareret
forma visibili.
Sola mater
factoris proprii,
Stella, cuius
tam sunt clarissimi,
Ut non unquam
occumbant, radii,
Christiani
spes magna populi
Ac post Deum
domus refugii,
Officina
sancti paracliti,
In qua corpus
creavit Domini
Miro modo
et ineffabili;
Miro, dico,
non incredibili,
Sine patre
dans partum virgini.

Quidnam tibi
dicemus miseri,
Quas gratias
referemus tibi,
Per quam Deo
sumus pacifici,
Iussis eius
gaudentes subici.
Ave, virga
decoris incliti,
Ex radice
progressa Isai,
Colore vernans
incomparabili,
Quem adorant
trementes angeli.
Qui est verbum
patris ingeniti,
Auctor, dator
et origo boni,
Ipse tui
fructus est uteri
Angelusque
magni consilii,
Et super hunc
dono septemplici
Requiescit
spiritus Domini.
Domus veri
es sanctuarii,
De qua sanctus
sanctorum concipi,
Cuius carne
humana contegi,
Cuius sanctis
manibus ablui,
Cuius pannis
voluit indui,
Cuius lacte
dignatus est ali,
Cui allusit
more infantuli
Nec renuit
subiectus obsequi.
Te carentem
labe contagii
Sine ruga
reprehensibili
Genuerunt
Israelitici
Patres, Deo
semper increduli,
Sicut rosam
proferunt tribuli.
Ave, felix
tempore perpeti,
Et hoc nobis
da beneficii,
Ne nos reos
dentes viperei
Apostatae
decerpant angeli.
Oves enim
pastoris optimi
Ore quaerit
insatiabili
Lupus atrox,
furoris rabidi,
Nulli parcens
nulli mitis, nisi
Quem subiectum
sic fecerit sibi,
Ut de caeno
volutabri luti
Nulla cura
laboret abstrahi.
Eius ergo
commenta praeveni
Dolososque
conatus impedi,
Ne quod vulnus
infligat corpori,
Per quod morti
simus obnoxii,
Fac, ut muro
inexpugnabili
Nos circumdet
virtus altithroni.
Si quid tamen
fraus adversarii
Intulerit
figmento fragili,

Statim sumat
opem remedii
Per te, decus
orbis catholici,
Vas electum
sancto spiritui,
Cuius odor
est odor balsami,
Quo sanantur
orantes languidi.
Ave, sponsa
regis magnifici,
Cuius morte
resurgunt mortui,
Cuius sumus
cruore diluti
Ac de iugo
Satanae liberi.
Tu aurora
solis perpetui
Et mons ille
culminis maximi,
De quo lapis
sine manu viri
Est abscisus
modo mirabili,
Qui nunc replet
cuncta mole sui
Ditione
dominans perpeti,
Lapis dico,
quem cum pestiferi
Reprobarent
exoperarii,
Mox erectus
in caput anguli
Sic utrumque
dat aedificii
Parietem
cohaerere sibi,
Ut erroris
sectas nefarii
Dissecaret
unitas fidei.
Nomen tuum
dono multiplici
Decoratur
et laude celebri,
Quae praeter te
non datur alteri,
Stella maris,
nam lux es saeculi
Et tu luce
desiderabili
In tenebris
huius exsilii
Constitutis
dedisti perfrui.
Mater solis
nunquam occidui,
Qui dat nobis
pignus paracliti,
Per quem cordis
lustrantur oculi,
Tenebraeque
pelluntur animi,
Tu es mater
expers coniugii,
Cuius ortus
pollet ex nobili
Stirpe David,
regis eximii
Ac prophetae
Deo carissimi.
Ave, mater
illius filii,
Cuius orbis
terrae sanctissimi
Principatum
gestarunt umeri,
Quando lignum
tulit patibuli,
In quo iura
damnavit inferi
Et delevit
scripta chirographi,
Quod versutus
livor diaboli
Protoplasto
dictarat homini
Poenam dignam
eius reatui.

Quo tempore
matrem apostoli
Te voluit
Iohannis fieri,
Quem tam carum
effecerat sibi,
Ut id possit
muneris assequi.
O Iohannes,
vir summi meriti.
Qui tam dignus
fuisti provehi,
Bibens haustum
sacri eloquii
Ex arcano
pectoris Domini,
Cui soli
datum est homini,
Ut [pro] Christo
Mariae virgini
Merereris
proles substitui,
Magne custos
sancti sacrarii,
De quo corpus
sumpsit agnus Dei,
Quod est nobis
sumptus viatici
Per desertum
istius eremi,
Donec nos det
beatitudini
Post aerumnas
huius exsilii.
O dilecte
regis pacifici,
Sancte cultor
pudoris nivei,
Audi voces,
orantis naufragi,
Maris huius
qui fluctus pertuli
Et Charybdis
discrimen incidi,
Passus magni
poenam periculi,
Qui dum mente
non vivo vigili,
Domum meam
consensi perfodi,
Ubi vitae
thesauros perdidi,
Caritatem
Dei et proximi,
Meque hosti
captivum tradidi,
Cuius dolis
seductus corrui.
Verumtamen
nec tunc ingemui,
Cum me eius
artarent laquei,
Neque sordes
meas erubui,
Postquam gravi
vulnere concidi,
Sed peccatum
peccato addidi,
Dum surgere
post lapsum distuli.
Sed vos, Christi
Iesu carissimi,
Tu Iohannes
et tu, Maria mi,
Adiutores
pauperum optimi,
Caeli vives
excellentissimi,
Ne me, quaeso,
abominemini,
Nil gustantem
saporis intimi,
Per quem datur
pax intellectui
Nec dolentem
tam male decipi.
Ergo pro me
Deum precamini,
Ne me damnet,
sicut promerui.
O benigna
Maria, subveni,

Benedicta,
memento miseri,
Qui se tuo
patrocinatui
Obsequela
commendat humili,
Credens per te.
si velis, eripi.
Praebe, mater,
gratiam inopi,
Confer reo
munus auxilii,
Respice me
vultu placabili
Et obtentu
oris angelici
Vitae mihi
ianuam aperi
Et fac laetum
in pace suscipi
Dono sancti
fructus ventris tui.

107. (5.) Rhythmus Quintus.

Maria melliflua,
Stella maris fulgida,
Angelorum domina,
Orbis terrae gloria,
Virga semper florida,
Radix nobilissima,
Praepollens et regia
De stirpe Davidica,
Virgo beatissima,
Corruptelae nescia,
Intra cuius viscera
Dei sapientia
Membra sumens carnea
Pertulit mortalia,
Mediatrix inclita,
Prudens et castissima,
Cuius est praecipua
Honorificentia:
Margarita splendida,
Porta caeli pervia,
Per quam legis aspera
Levigatur sarcina,
Translata a litera
Ad spiritualia;
Nutrix eius unica,
Cuius eras famula,
Feminarum optima,
Tua sacratissima
Lactaverunt ubera
Spoliantem tartara
Et manu sanctissima
Astrinxisti fascia.
Hunc, cuius potentia
Colla premit tumida
Ac regum imperia
Virga regit ferrea,
Sine controversia
Sibi subdens omnia.
Scala sublimissima,
A Deo composita,
Per quam tabernacula
Scandamus aetherea,
Pietatis ianua,
Spes lapsorum publica,
Salutis materia,
Lima Dei dextera
Mentium mortifera
Eradens contagia;
O quam salutifera
Tua sunt eloquia,
Quanta nobis praemia
Tua praestant merita,
Per quam replet saecula
Pacis abundantia,
Per quam sponsi gaudia
Suscepit ecclesia!
Imperatrix caelica,
Princeps potentissima,
Cui dant laudum cantica
Angelorum agmina,
Prophetarum filia
Religiosissima,
Probitate plurima
Ipsi soli cognita,

Cui prorsus abscondita
Nulla sunt latibula,
Per quam nobis tradita
Divina mysteria,
Animabus commoda
Praeparant omnimoda,
Salvatoris gerula,
Castitatis ragula,
Deo digne subdita
Semperque sollicita,
Ut reddantur prospera
Iusta desideria;
Persona gratissima,
Glosa celeberrima,
Virtute dominica
Faciens magnalia,
Sola fide gravida,
Suscipe, piissima,
Quae tibi precamina
Fundit plebs catholica,
Timens terribilia
Domini iudicia.
Insignis puerpera,
Pia gestans vicera,
Ferens inter brachia
Agnum sine macula,
Cuius mors vivifica
Lavit mundi crimina,
Incorruptibilia
Conferens remedia,
Sanctorum sanctissima,
Pascens alimonia
Hunc, per quem daemonica
Nil nocet muscipula;
Talis operaria,
Qualis nulla alia,
Ope multifaria
Praestans salutaria,
Liberatrix strenua,
Fortis et egregia,
Potestate regia
Vincla solvens gravia,
Plus transscendens omnia
Electorum merita
Dignitate maxima
Quam lux solis sidera.
Columba pulcherrima,
Simplex et innocua,
Salutaris aquila
Semper spernens infima,
Appetens siderea
Mente devotissima,
Oliva fructifera,
Cedrus multum ardua,
Aula Dei nitida,
Rosa nunquam marcida,
Lilium et viola
Supra nivem candida,
Patrona benevola,
Mater amantissima,
Quam sunt multiplicia
Tua beneficia.
Per quam ovis perdita
Refertur ad supera,
Per quam multis gravia
Remittuntur scelera!
Compatientissima
Elemosynaria,
Trucibus contraria.
Mitibus proficua,
Auge et multiplica
Tua nobis munera,
Quae semper utillima
Largiris donaria.
Domum istam visita
Cum benevolentia,
Sordes nostras expia,
Graves noxas amputa,
Inimicos effuga,
Destrue et dissipa,
Verte et infatua
Eorum consilia
Cunctaque molimina,
Qui quaerunt nobis mala.
Ut in hac ecclesia
Honorificentia
Conservetur congrua
Per tua suffragia
Hostiumque pessima
Evadamus odia.
Stella lucidissima,
Huc precor irradia;
Ecce, mea anima.
Vanitati dedita,

Mente fornicaria
Dei sui refuga,
Debens ei plurima
Talentorum milia,
A cuius iustitia
Nulla sunt effugia,
Tibi, lampas rutila,
Peccatorum nubila
Pellens luce deica,
Proclamat humillima:
Ubi es, o domina?
Miseratrix, adiuva,
Tempestate valida
Vitae meae squalida
Premitur navicula
Iam per multa tempora.
Obscurantur nubila,
Comminantur fulmina,
Perstrepunt tonitrua,
Nox in se taeterrima,
Vi ventorum effera
Agitantur aequora,
Procella saevissima
Quatit prorae latera,
Sic infelix navita,
Vir plenus malitia,
Inter tot discrimina
Sola pensans ultima
Timensque iustissima
Damnari sententia
Cum grandi fiducia
Supplex oro talia:
Christi mater innuba,
Adesto, piissima,
Noctem hanc illumina
Et procellam mitiga.
Veni et accelera,
Subveni et libera
De mortis angustia
Et disrumpe vincula,
Quibus corruptissima
Impeditur anima.
Sic me, quaeso, robora,
Ne tyranni pedica
Peccatoris lubrica
Capiat vestigia.
Virgo benignissima,
Reverens et sobria,
Mitis et humillima,
Dives et munifica,
Sapiens et provida,
Bona dans consilia,
In magna miseria
Et gravi penuria
Tua patrocinia
Mea petit anima.
Egens et famelica
Et salutis indiga,
Lugubris et anxia,
Gehennalis stipula,
Si misericordia
Non succurrat maxima.
Voce devotissima
Tibi clamans: adiuva
Prius, quam me debita
Rapiant supplicia.
Gloriosa femina
Et plus quam angelica,
Inter luminaria
Caeli lux primaria,
Gaude, famosissima
Replens orbis climata;
Virtutum fraglantia
Superans aromata,
Herba salutifera,
Cunctis necessaria
Habens medicamina
Morti resistentia.
Responde pacifica,
Dic consolatoria,
Largire salubria
Et averte noxia,
Tuere propitia
Domus huius moenia.
Iesu Christo supplica
Cum omni instantia,
Ut nos reos propria
Foveat custodia
Ac spiritualia
Nobis dans charismata
Salvatrice gratia
Nostra purget intima
Et sancti salvifica
Spiritus praesentia,

Propellat pestifera
Daemonum phantasmata,
Per quem imminentia
Evadat pericula
Hic degens familia
Tua prece sedula,
Quae clavis es aurea
Caeli pandens ostia,
Venitque creberrima
Per te eius venia.
Quapropter, dulcissima,
Vide et considera
Cordis mei vulnera,
Animae pestifera.
Ira, petulantia,
Gula, cenodoxia
Obtinent spurcissima
Meae mentis atria.
Credo tamen omnia
Ipsi possibilia,
Quem lactasti innuba.
Huius, fac, clementia
Semper reddat irrita
Temptatoris spicula,
Ut evincam vitia
Cor meum urentia
Et ad exercitia
Viro competentia
Dirigantur singula
Sensus mei studia.

31 Et manu sacratissima. — 40 A Deo composit aethera. — 42 Scandamus aeterna. — 78 Gloriosa celeberrima. —

108. (6). Rhythmus Sextus.

Maris stella, mater Christi,
salutaris hostiae,
Quae peccata tulit mundi
sacro suo sanguine
Et nos suae sanctae carnis
reficit libamine,
Dum in ara crucis eum
vidisses occumbere,
Et hunc Ioseph sepelisset
officiosissime,
Ioseph, sane memorandus
vir misericordiae,
Vere iustus, sicut Lucas
noluit omittere,
Militesque monumentum
custodirent sedule,
Ne facultas esset cuiquam
illuc gressum tendere,
Qui dolores habebantur
tunc in tuo pectore,
Quos angores sustinebas,
quis valet evolvere?
Nam si tantum eum planxit
Maria Magdalene,
Et si doluit Maria
Iacobi et Salome,
Sicut plane manifestant
verba sacrae paginae,
Quid egisse te putamus
veram matrem utique,
Ad quam dolor mortis eius
pertinebat proprie?
Vere flebas, et ubertim
profluebant lacrimae,
Gemitusque columbino
promulgebas gutture,
Quamvis multae confortarent
te fideles animae
Et Iohannes, cuius eras
commissa custodiae,
Matrem maestam relevaret
filii solamine.
Et si ego, mater, illo
te vidissem tempore
Et, quod credo, tunc fuisset
mihi datum credere,
Consolatus te fuissem
certe flexo poplite,
Sed non vultu laetabundo
neque sicco lumine,
Sed, ut eras, gemebundam
compellens ex nomine

Suggessissem condolendo:
virgo mater, audi me,
Benedicta, quid vexaris,
quid fles amarissime?
Natus tuus hic, quem ploras,
ipse est rex gloriae,
Moriendo mortem nostram
superavit hodie.
Iam nunc init cum tyranno
certamen mirabile,
In quo iura dissolvantur
virtutis mortiferae,
Ut captivi educantur
ex inferni carcere.
Quibus actis mox resurget
victoriosissime,
Nam ab ipso portae mortis
contritae sunt ferreae.
Gaudet Adam viso sui
redemptoris lumine,
Exturbantur et pavescunt
infernales furiae,
Ipse princeps tenebrarum
forti vinctus compede
Damnum suum lamentatur
inrecuperabile,
Quia perdit, quos se nunquam
timebat amittere.
Tunc ad ipsum, quo devoto
fruebaris comite,
Qui haerebat tibi sagax
ut minister dominae,
Ad Iohannem gratiosum
haec curassem dicere
Ita, ut me tu audisses:
quid est, beatissime,
Quae haec virtus est in caeli
senatoris pectore,
Quis affectus pietatis
virginis cum virgine?
Hanc confortas, ut non ploret,
et gemis tam anxie?
Dolor tuus facit eius
dolorem accrescere
Et, nisi tu cesses, ipsa
nequit se compescere.
Quia natum suum carum
diligit tenerrime.
Parce sibi, parce tibi,
vir gloriosissime,
Cessent fletus columbini,
cessent luctus aquilae.
Recordare scripturarum
et credens intellege,
Quia tali oportebat
haec impleri ordine.
Hic est, qui se mortem mortis
per prophetam Oseae
Et inferni mortem vocat,
si legisti, recole.
Iam antiquae transmutantur
legis ceremoniae,
Agnus Dei immolato
patri suo corpore
Holocaustum se pro nobis
obtulit placabile,
Docens sensum spiritalem
nos praeferre literae
Celebrando pascha sine
fermento nequitiae
Et pascendo sensus nostros
azimis iustitiae.
Sanguis, qui cum aqua fluxit
tunc ex eius latere,
Nos per eius passionis
fidem cum baptismate
Designat purificandos
peccati prurigine.
Iam latronis posturus
animam in requie
Iustus iudex mutat legem
prioris sententiae
Cherubimque iubet ensem
flammeum deponere
Et ad gustum ligni vitae
lapsis viam pandere.
Iam caelestis gratulantur
senatores curiae,
Caritatis solidatur
libertas perpetuae.
Hoc est ergo, virgo mater,
funus istud lugubre,

Quod origo comprobatur
perennis laetitiae.
Unde gaude, imperatrix
famae celeberrimae,
Generosa et formosa
virgo, germen Abrahae,
Praeelecta et insignis
ex David progenie,
Vas sacratum et dicatum
Dei sapientiae!
Gloriare et exsulta
et lauda plenissime,
Quia Dominus virtutum
victo mortis principe
Corpus suum de te sumptum
sine viri semine
Immortale suscitabit
et incorruptibile;
Et videbis et gaudebis,
patienter sustine!
Haec locutus praesumpsissem
propius accedere
Et adorans reverenter
et submisso capite
Manu mea genas tuas
lacrimis extergere,
Gratus tibi tali modo
cupiens exsistere,
Ut ipsa me consoleris
in die angustiae.
Quam felices illos, quibus
datum est hoc facere!
Quam felicem me, si velis
auribus percipere,
Quas indignus tibi preces
effundo cotidie,
Ut tu quam replevit Deus
habitans in homine
Et quae illum peperisti,
qui est sol iustitiae,
Qui egenum miseratus
erigit de stercore
Et, quae sunt infirma mundi,
dignatur eligere,
Ipsum poscas, ut det mihi
locum indulgentiae
Concedatque temptatoris
laqueos effugere.
Ut cor meum non declinet
in verba malitiae,
Ut non mihi dominetur
pestis arrogantiae,
Sum [qui] cinis et putredo,
vermium deliciae.
Tu es enim liberalis
honorificentiae,
Quam prae cunctis unxit Deus
oleo laetitiae,
Quia omnis in te venit
plenitudo gratiae,
Quam per partes sanctus suis
spiritus dat munere.
Tu es decus mundi magnum
et incomparabile
In excelso tribunali
ab aeterno iudice,
Quem lactasti, sublimata
tanta celsitudine,
Ut hanc nullus intellectus
possit comprehendere.
In vestitu deaurato
clara micans facie,
Super choros angelorum
in regali schemate
Consecuta praecellentis
honorem potentiae,
Coronata rutilanti
caput diademate
Vel ex auro vel ex magno
pretioso lapide,
Coram summa maiestate
virtutis uranicae
Melodizans harmoniae
carmen inexplebile
Et incircumscripto semper
illustrata lumine
Sanctus, sanctus voce magna
nunquam cessas psallere,
Pandens aures, si quis velit
sua vincla solvere
Nec dedignans miserorum
aerumnas attendere,

Sed parata invocanti
cuilibet succurrere.
O patrona peccatorum,
huc ad nos convertere,
Illustrato terras nostras
vultus tui sidere
Et ex illa sede tua
domum istam respice
Et commenda salvatori
locum hunc assidue
Ac benigna nostri memor
nos a malis eripe
Beneficiisque tuis
incessanter refove,
Qui nos tibi commendamus
satis necessarie,
Implorantes opem tuam
super nos descendere.
Pro peccatis quippe nostris
tribulamur undique
Et praevaluerunt in nos
hostium insidiae,
Qui nos dente genuino
non cessant corrodere
Et carpendo vitam nostram
mala sua tegere,
Quorum lingua graviore
nos affecit vulnere,
Quam si morsum pateremur
colubri vel viperae.
Quos tu mater ab incepto
refrena et cohibe,
Ne nos impedire possint
eorum calumniae,
Sed, quod contra nos conantur,
dissipa et destrue
Ac resistens forti manu
resistendo praevale.
Non habemus enim, qui nos
conetur defendere,
Sed praedones et tyranni,
satellites Satanae,
Genus malum, lupi graves,
servi avaritiae
Bona nostra devorantes
rapaci ingluvie
Corda nostra repleverunt
aceto et aloe.
Consolare destitutos,
lapsis manum porrige
Et educ de luto faecis
et lacu miseriae,
Ne nos mortis sempiternae
comprehendant tenebrae,
Sed illustret mentes nostras
lux caelestis gratiae,
Dono cuius sordes tantas
possimus evadere,
Quibus membra sua mundus
polluit nefarie.
Tu es enim mater Christi
suavis memoriae,
Per quam nobis sunt apertae
paradisi ianuae,
Quae tam potens es in omni
bonitatis opere,
Ut omnino sit beatum,
qualis sis, agnoscere.
Benedictum nomen eius
sanctum et mirabile,
Qui per orbem tuum nomen
esse fecit celebre,
Per quod posset reis suis
peccata remittere.
Benedicant te per aevum
virtutes angelicae
Et Iohannes illi duo
virtutis egregiae,
Praecursor, evangelista,
quos amas praecipue,
Regni Dei cardinales
et olivae geminae,
Caritatis, puritatis,
pietatis unicae.
Hi ad laudem creatoris
te in omni tempore,
Dominatrix, benedicant
et tu me et ego te,
Quamvis multo praegravatus
peccatorum pondere.
Parce mihi, gloriosa,
nec vindictam accipe,

Quod placere tibi volens
loquar praesumptorie,
De qua quidquid dici potest,
totum est amabile
Et iucundum et decorum,
honestum et utile.
Pronum vero tibi constat
et omnino facile,
Ad quoscunque velis usus
angelos transmittere,
Quod exempla multa probant,
quae longum est promere.
Ideoque sanctum nobis
Gabrielem dirige,
Qui te matrem Dei sui
salutavit congrue
Atque sancto gravidandam
praedicavit flamine
Absque generatione
naturalis copulae.
Ipsum ergo a te causi-
dicum nobis tribue,
Uti preces nostras tibi
dignetur suggerere
Caelestique corda nostra
curet medicamine,
Quoniam sunt vanitati
subdita cuperfluae.
Intellectus bonus cunctis
est diligentibus te,
Sicut matrem Dei sui
quis debet diligere,
In qua summum et aeternum
bonum est confidere.
Ad honorem eius, sacro
quem lactasti ubere,
Quem tu nobis, benedicta,
sic placatum effice,
Ut ipsius pietatis
dono devotissime
Studeamus iugo eius
colla nostra subdere,
Ut ad urbem pacis nostrae
dirigantur semitae,
Ut praecincti lumbos iuste
vivamus et sobrie,
Ut cor nostrum impinguetur
caritatis adipe,
Ut condignos operemur
fructus praenitentiae,
Ut feramus ad altare
cor mundum et humile,
Ut sit illi holocaustum
nostrum acceptabile,
Ut spernamus blandimenta
vitae huius miserae,
Ut adversa toleremus
cum mansuetudine,
Ut non fiat fuga nostra
sabbato vel hieme,
Ut cor nostrum dilatetur
in beatitudine,
Ut os meum repleatur
laudis tuae carmine,
Ut patronam te precanti
digneris impendere,
Ne insultent unquam victo,
qui me quaerunt perdere.
Ne avertas tuam, quaeso,
faciem ab inope
Nec sine tutela tua
velis me relinquere,
Dum pererro vagabundus
in hac solitudine,
In convalle lacrimarum
laborans gravissime,
Quem fatigat vehementer
corpus istud fragile
Et temptationum torrens
impellit multimode.
Summe Deus, quis hic erit
finis in certamine?
Quis misellum liberabit
de tanta voragine?
O Maria, nomen bonum,
nomen memorabile,
O nomen, quod melius est
quam multae divitiae,
Balsamum aromatizans,
tus mirae fragrantiae,
Flos aeternus, rosa lenis,
lignum semper viride,

Stella solis claritatem
suo vincens iubare,
Semper mater, quia nunquam
eris sine subole,
Speciosa et suavis,
canticum laetitiae,
Praedicanda et laudanda
privatim et publice,
Non hic tantum, sed in tota
mundi latitudine
Et in caelis angelorum
dulci modulamine,
Quam amare nolle nullus
potest sine crimine,
Cui placere fide stare
et Deo est vivere,
Thymum, ex quo Dei apes
satiantur avide,
Unde creant scripturarum
mella multifarie,
Cum te circum volitamus
te fruendam exhibe,
Dum nos tibi commendamus,
vota nostra suscipe,
Dum te proni salutamus,
quamvis hoc rarissime,
Ave tibi coram tua
dicentes imagine,
Incorrupta et fecunda,
noli nos despicere.
Caelum caeli, domus Dei,
vas misericordiae,
Semper, quaeso, pia virgo,
mei reminiscere
Spiritusque veritatis
dona mihi obtine,
Ut me suo tueatur
sacro moderamine
Sitque meae prece tua
consolator animae
Et infundat peccatrici
oleum in lampade,
Quo parata possit sponso
caelesti occurrere.
Ave, virgo singularis,
sumas haec benevole.
Ave, templum gratiarum
omnium capabile,
Ave, cuius peccatores
pascunt elemosynae.
Gaude, felix, et ex ipsis
unam mihi porrige,
Ut sublata per hanc omni
hostium formidine
Sine fine possim Deo
gratias rependere.

2 salvatoris hostiae. — 8 vidisset. — 87 audisset. — 102 virgo gloriosissime. — 124 animis iustitiae. — 289 Ne mors mortis. — 335 Tronum vero. — 415 O fehlt. — 442 te fervendam.

Ein Bruchstück dieses Liedes findet sich aus Cod. Parisin. 18111 unter den Gedichten Anselms, Migne 158, 1046 ff. In diesem Bruchstücke ist die Anordnung der Verse so abweichend, dafs es fast unmöglich erscheint, die Lesarten hier anzufügen. Da dasselbe aufserdem eine Reihe von Versen enthält, die in der Hs. von Cambron fehlen, scheint es einfacher und zugleich nützlicher den Text von Parisin. 18111 hier folgen zu lassen.

O Maria, nomen bonum,
Nomen memorabile,
O nomen, quod melius est
Quam multae divitiae,
Balsamum aromatizans,
Tus mirae fragrantiae,
Flos aeternus, rosa lenis,
Lignum semper viride,
Stella solis claritatem
Suo vincens iubare,
Semper mater, quia nunquam
Eris sine subole,
Speciosa et suavis,
Canticum laetitiae,
Praedicanda et laudanda
Privatim et publice,
Non hic tantum, sed in tota
Mundi latitudine
Et in caelis angelorum
Dulci modulamine.
Quam amare nolle nullus
potest sine crimine,
Cui placere fide stare
Et Deo est vivere.

Dum nos tibi commendamus,
vota nostra suscipe,
Dum te proni salutamus,
quamvis hoc rarissime,
Ave tibi coram tua
dicentes imagine,
Incorrupta et fecunda,
noli nos despicere,
Caelum caeli, domus Dei,
vas misericordiae.
Pronum vero tibi constat
et omnino facile
Ad quascunque velis usus
angelos transmittere,
Quod exempla multa probant,
quae longum est ponere.
Ideoque sanctum nobis
Gabrielem dirige,
Qui te matrem Dei sui
salutavit congrue
Atque sancto gravidandam
praeconavit flamine
Absque generatione
naturalis copulae.
Ipsum ergo a te nobis
Causidicum tribue,
Uti tibi preces nostras
Dignetur suggerere
Caelestique corda nostra
curet medicamine,
Quoniam sunt vanitati
subdita superflue,
Sed tu, mater gloriosa,
misero compatere,
Tendens aurem, si quis petit
sua vincla solvere,
Nec dedignans miserorum
aerumnas attendere,
Sed parata invocanti
cuilibet succurrere.
O patrona peccatorum,
huc ad nos convertere,
Illustrato terras nostras
vultus tui sidere
Et ex illa sede tua
domum istam respice
Et commenda salvatori
locum hunc assidue
Ac benigne nostri memor
nos a malis eripe
Beneficiisque tuis
incessanter refove,
Qui nos tibi commendamus
satis necessarie,
Implorantes opem tuam
super nos descendere.
Pro peccatis quippe nostris
tribulamur undique
Et praevalnerunt in nos
hostium insidiae,
Qui nos dente genuino
non cessant corrodere;
Heu miser, cur sum natus
tanta mala cernere!
Mater pia, stella maris,
in hoc consolare me
Et *amico Dei magno*
Nicolao condole
Et *ancillae Dei piae*
Cunegundi condole,
Cuius paene iam defecit
honor reipublicae.
Esto eius interventu
custos huius vineae
Et circumdans eam muro
rapientes ab igne (l. abige)
Palmites[que], quos pro duxit
benedic et protege,
Ipsa quippe te dilexit
affectuosissime
Semper ardens esse tuae
commoda ecclesiae;
Ergo et tu servos eius
consequenter dilige,
Consolare destitutos,
lapsis manum porrige
Et educ de luto faecis
et lacu miseriae,
Ne nos mortis sempiternae
comprehendant tenebrae,
Sed illustret mentes nostras
lux caelestis gratiae,
Dono cuius sordes tantas
possumus evadere,
Quibus membra suus mundus
polluit nefarie.
Tu es enim mater Christi
suavis memoriae,
Ob quam nobis sunt apertae
paradisi ianuae,
Quae tam potens es in omni
bonitatis opere,
Ut omnino sit beatum,
qualis sis, agnoscere,
Benedictum nomen eius
sanctum et terribile,
Qui per orbem tuum nomen
fecit esse celebre,
Per quam posset reis suis
peccata remittere.
Semper, quaeso, pia virgo,
mei reminiscere
Spiritusque veritatis
dona mihi obtine,
Ut me suo tueatur
sacro moderamine

Sitque meae prece tua
consolator animae
Et infundat peccatrici
oleum in lampade,
Quo parata possit sponso
caelesti occurrere.
Ave, virgo singularis,
sumens hoc benigniter,
Ave, templum gratiarum
omnium capabile,
Ave, cuius peccatores
pascunt elemosynae.
Gaude, felix, et ex ipsis
unam mihi tribue,
Ut sublata per hanc omni
hostium formidine
Sine fine possim Deo
gratias rependere.
Benedicant te per aevum
virtutes angelicae
Et ad laudem creatoris
te in omni tempore
Omnes sancti benedicant
et tu me et ego te.

109. (7.) Rhythmus Septimus.

Urbs fuit in Galilaea,
Nazareth, urbs urbium,
Omni viro christiano
Veneranda plurimum,
Cuius magna celebrandum
est laude praeconium,
Plus peculiaris Christo
quam ipsa Capharnaum,
Quam expresse suam vocat
sanctum Evangelium.
Nam ab illa Nazareni
traxit nomen inclitum
Et ex illa nostrae coepit
salutis exordium,
In qua sumpsit stella maris
lucis suae radium,
In qua vidit et audivit
illum Dei nuntium,
Qui praedixit sibi Christi
ortum salutiferum,
Per quem se confoederaret
Deo fides hominum.
Quae beata, postquam audit
haec loquentem angelum,
Credit evangelizanti,
concipit per spiritum.
Sic fecunda fit naturae
vehemens miraculum,
Ferens onus caelum regens
et disponens saeculum,
Virgo praegnans verbum Dei
gestat intra uterum.
Novem mensibus peractis
parit virgo puerum,
Mundo lucem, nobis vitam,
inferis exitium,
Sponsum piis animabus,
captivis remedium,
Daemonibus sempiternae
flammae praecipitium,
Deo patri consessorem,
archangelis dominum,
Paradiso voluptatis,
chorum exsultantium.
Unde quia pulsus homo
per Evae flagitium,
Primus est regressus latro
per Mariae filium.
Virgo lactat suum patrem,
pascit panem caelicum,
Fortis virgo inter ulnas
fert auctorem proprium,
Virgo pia pietatem
fovet intra gremium,
Tenet solem, palpat pacem,
pertractat altissimum
Ducens manus per compages
tenerorum artuum,
Lavat pannos, verba verbo
dat et fonti balneum,
Mulcet crebro vagientem,
dat frequenter osculum
Oculosque, quorum nullus
effugit iudicium,
Tergit manu lacrimosos,
pacat lacte querulum
Et in cunis obstetricans
componit infantulum.

Fert ad templum, dat columbas
duas et par turturum,
Simeonis atque Annae
audit testimonium,
Quod sit ipse, qui sederet
super David solium
Et de manu mortis suum
liberaret populum.
Audit fore se passuram
animae martyrium,
Hoc est eius passionis
dolorem acerrimum,
Quem beatus ille senex
appellavit gladium,
Quia sicut ensis corpus,
vexat dolor animum.
Videt magos advenire,
videt sidus praevium,
Et ut Deum honorari
donis regum Arabum
Iuxta illud, quod in psalmis
patet vaticinium,
Crescentemque nostro more
per decursus temporum,
Intellectum penetrare
scripturarum omnium,
Dum magistri documentum
non esset adhibitum.
Audit praedicationes,
signa videt operum,
Ab obsessis effugari
legiones daemonum,
Fugientem ad medelam
turbam aegrotantium,
Mancis manus reformatas,
lumen caecis redditum,
Emundatos lepra plures
ad verbi imperium,
Iam foetentem de sepulcro
suscitatum Lazarum,
Ipsam crucis tandem poenam
subire spontaneum,
Ne nos mortis subiremus
aeternae periculum,
Ab inferno resurgentem
potenter post triduum,
Triumphata morte caelos
penetrare postmodum
Ipsum fructum sui ventris,
ipsum unigenitum,
De cuius conceptione
cor habebat conscium,
Quod perpessa non fuisset
coitus contagium.
Quam iucundam te vixisse
credat mens fidelium,
Cuius tantum, tam insigne
comprobatur meritum.
Alma virgo, spes post Deum
maxima fidelium;
Per quam idem venit orbem
reperare perditum,
Multa de his adhuc loqui
cupiebam plurimum,
Ut vacaret tibi mentis
nostrae diu studium,
Sed transscendit onus vires
meorum conatuum
Et explere non sum dignus
opus tam egregium.
Ne quid tamen tibi sit in
his, quaeso, contrarium
Nec me velis reputare
quasi temerarium,
Quod praesumpsi tibi stultus
carmen istud *septimum*
Te orante, templum sancti
spiritus gratissimum,
Gratiam quae es adepta
omnem Dei munerum,
Iam de bonitate tua
fidens sisto calamum,
Laetus valde, si non spernas
servuli munusculum,
In quo, si quid bene sonat,
redde mihi centuplum,
Et si nihil, prosit tamen
fuisse benevolum.
Vanus enim et bonarum
nihil habens artium
Vix in horto cordis mei
carpsi hoc olusculum,

Nihil dare [Dei] matri
reputans illicitum,
Cuius ope me cognosco
super omnes indigum.
Oro ergo, ut non intrem
locum illum pessimum,
In quo nulla pax nec quies
neque refrigerium,
Sed rugitus et dolores
atque stridor dentium.
Ave, sola virgo mater,
consolare miserum,
Esto semper memor mei,
gaude in perpetuum.

21 quam. — 25 Credidit. — 26 concepit. — 51 inter ullas. — 87 ut Dominum. — 101 Confugientem. — 145 templi.

110. (8.) Rhythmus Octavus.

In tuo, [o] mater Christi,
venerando nomine
Syllabae tres continentur,
quinque vero literae,
Quae si pariter iungantur
octo sunt certissime.
Nam per tria trinitatis
signatur mysterium,
Sine cuius fide nullus
capit vitae praemimum,
Quod illa laus manifestat
supernorum civium,
Sanctus, sanctus, sanctus clamans,
Deus exercituum;
Nam post sanctus, sanctus, sanctus
quod *Deus* non triplicam,
Unitatem trinitatis
aperte denuntiam.
Quod haec verba ad tres viros
Abrahae significant,
Atque Dei *Faciamus*
dicentis hoc indicant.
Neque enim faciamus
Deus sibi diceret,
Si persona tantum una
factoris exsisteret,
Sed plurali modo loquens
patenter innotuit,
Quod arcanum trinitatis
nos latere noluit.
Sic per quinque, quae ex tribus
constant atque geminis,
Figurate designantur
quinque sensus hominis,
Quae si duo legis iussa
summis implent studiis,
Trinitatis visione
gaudebunt in superis.
Vel per octo, quae de duplo
constant quaternario,
Mundi partes designantur,
quas in ipso numero
Quattuor evangelistae
subiugarunt Domino,
Verbo Dei, summo regi,
tuo vero filio.
Ergo sanctum nomen tuum,
complens octonarium,
Manifestat, quia regem
genuisti maximum,
Cui curvare genu debet
omne genus hominum
Et fateri omnis lingua
creatorem proprium,
Qui octava in aetate
statuens iudicium
Trutinabit aequa lance
cuiuscunque meritum,
In qua die tuum omnes
sentiant auxilium,
Qui hoc sibi credunt esse
valde necessarium.

Petrus Abaelardus.

Abbas Gildensis,

† 1142.

Petrus, mit dem Beinamen Abälard (Abélard, Abaillard), über dessen Ursprung und Bedeutung Unklarheit herrscht, wurde 1079 zu Palet (Palatium, daher Peripateticus Palatinus) bei Nantes von edeln Eltern geboren. Er entsagte frühzeitig der militärischen Laufbahn, um sich ganz den Wissenschaften zuzuwenden. Seine Lehrer waren in der Philosophie Roscelin und Guillaume de Champeaux, in der Theologie Anselm von Laon. Diese erste Periode seines wissenschaftlichen Lebens und Strebens ist ausgefüllt von wechselndem Lernen und Lehren, sowie Kämpfen mit seinen Lehrern, deren Ruhm er verdunkelt. Abschluſs dieser Periode bildet seine Anstellung als Lehrer an der Kathedralschule zu Paris unter Verleihung eines Kanonikates. Aus dieser glänzenden Karriere wirft ihn sein bekanntes romantisches Verhältnis zu Héloise, der natürlichen Tochter eines Pariser Kanonikus Johannes und Nichte des Kanonikus Fulbert. Die Verwicklung endet damit, daſs Héloise in das Benediktinerinnenstift Argenteuil, Abälard in die Abtei Saint-Denis eintritt (1118). Im Jahre 1121 von einer Synode zu Soissons wegen eines Traktates über die hl. Dreifaltigkeit verurteilt und mit den Mönchen wie dem Abte Adam von St. Denis wegen seiner der Zeit vorauseilenden Ansichten betreffs des Schutzheiligen der Abtei zerfallen, entfloh er zeitweise nach Saint-Aigulph bei Provins, einem Prionate von Saint-Pierre de Troyes, muſste indes in sein Kloster zurückkehren. Der inzwischen zum Abt erwählte Suger gestattete ihm jedoch, sich in eine beliebige Sidelei zurückzuziehen; er wählte die von ihm Paraclet benannte bei Nogent-sur-Seine in der Champagne, in welche ihm sofort eine groſse Anzahl wissensdurstiger Schüler folgten. Zum Abte von Saint-Gildas zu Rhuys in der Bretagne erwählt (1126), schenkte er seine Gründung Paraclet an die inzwischen aus Argenteuil vertriebene Héloise (1127), die hier eine Abtei errichtete (1129), welcher sie bis zu ihrem Tode vorstand. Die traurigen Zustände in St. Gildas zwangen Abälard, die Abtswürde schon bald, jedenfalls vor 1136, niederzulegen, da wir ihn in diesem Jahre wieder zu Paris als Lehrer tätig finden. Die folgenden Jahre sind ausgefüllt mit neuen Streitigkeiten, zumal mit Bernard von Clairvaux, welche ihren Abschluſs finden in der Verurteilung Abälards auf der Synode von Sens (1141). Auf dem Wege nach Rom, an das er appelliert hatte, fand er Zuflucht bei Peter dem Ehrwürdigen in Cluny, der ihn mit Bernard und dem Oberhaupte der Kirche aussöhnte. Abälard starb den 21. April 1142, dreiundsechzig Jahre alt, zu Saint-Marcel de Chalons-sur-Saône, wohin er sich zur Erholung begeben hatte. Sein Leichnam wurde nach Paraclet überführt und dort bestattet. Nach ihrem am 16. Mai 1164 erfolgten Tode, fand auch Héloise ihre letzte Ruhe in demselben Sarge, der die Gebeine ihres Gatten umschloſs.

Für das Kloster Paraclet hat Abälard ein eigenes, umfangreiches Hymnar verfaſst. Die Gründe, die ihn dazu bewogen, setzt er selbst in der Einleitung zum ersten Buche der Hymnen auseinander. Dies Hymnar ist uns in zwei Handschriften, in keiner vollständig, erhalten, einer Brüsseler, Nr. 10147–58, einem Sammelbande des 13. Jahrhunderts (**B**) fol. 81 ff. Aus dieser am

Schlusse defecten Handschrift sind die Hymnen Abälards in ihrer Gesamtheit herausgegeben von Victor Cousin, Abaelardi Opera I (1849), 295 ff. und Dom Pitra in Mignes PP. LL. 178, 1772 ff. Eine zweite Handschrift ist die zu Chaumont, Nr. 245, ein Diurnale des Klosters Paraclet aus dem Ende des 16. Jahrhunderts (**C**). Sie enthält viele Hymnen, die in A fehlen, ist aber als Diurnale, dem die Nokturnen abgehen, gleichfalls nicht vollständig. Aus A und B sind Abälards Hymnen vermehrt und verbessert, zum ersten Male ediert in Dreves, Petri Abaelardi, Peripatetici Palatini Hymnarius Paraclitensis, Parisiis 1891. Auf diese Ausgabe mufs hier für alles weitere Detail verwiesen werden, welches aufzuführen in den Grenzen einer kurzen Vorbemerkung untunlich ist.

Aufser seinen Hymnen besitzen wir von Abälard noch sechs Planctus über biblische Vorwürfe. Diese sind uns in der Vatikanischen Handschrift Regin. 288 aus dem 13. Jahrhundert erhalten und wurden zuerst von Greith in seinem Specilegium Vaticanum 1838, S. 123 ff. herausgegeben (abgedruckt bei Cousin l. c., 333 ff. und Migne l. c. 1817 ff.); zum zweiten Male von Wilhelm Meyer: Petri Abaelardi Planctus virginum Israel super filia Ieptae Galaditae, Monachii 1885, und Petri Abaelardi Planctus I. II. IV. V. VI., Erlangen 1890. Diese Planctus sind, da sie religiöse Stoffe behandeln, anhangsweise hier beigegeben; die Handschrift ist neu verglichen worden.

Von dem Gedichte an seinen Sohn Astrolabius, das schon Duméril (II. 430 u. f.) ediert, aber angezweifelt, hat Hauréau den vollen Text aufgefunden und mitgeteilt (Notices et Extraits XXXIV, 2, 153—187). Die vielfach Abälard zugeschriebene Sequenz Mittit ad virginem kann nicht als sein literarisches Eigentum angesehen werden; zweifelhaft erscheint aus Gründen des Inhaltes und der Form seine Autorschaft bezüglich des Marienliedes Lux orientalis et amica Dei specialis, obschon eine Handschrift des 12. Jahrhunderts aus Anchin (jetzt zu Douai 825) dasselbe ausdrücklich als „Versus magistri Petri Abaelardi de sancta Mariae virgine" bezeichnet (vgl. den Text Anal. XV, 151). Von den zahlreichen weltlichen Liedern, meist erotischen Inhalts, die er dichtete und komponierte, und die im Munde aller Zeitgenossen waren, ist uns keines erhalten (vgl. Dreves a. a. O. S. 2).

A. Hymnarius Paraclitensis.

Libellus Primus.

Praefatio.

Ad tuarum precum instantiam, soror mihi Heloisa, in saeculo quondam cara, nunc in Christo carissima, hymnos Graece dictos, Hebraice tehillim nominatos composui; ad quos quidem me scribendos cum tam tu quam, quae tecum morantur, sanctae professionis feminae saepius urgeretis, vestram super hoc intentionem requisivi. Censebam quippe superfluum me vobis novos condere, cum veterum copiam haberetis et quasi sacrilegium videri antiquis sanctorum carminibus nova peccatorum praeferre vel aequare. Dum autem a diversis diversa mihi responderentur, tu inter cetera talem, memini subiecisti rationem: Scimus, inquiens, Latinam et maxime Gallicanam ecclesiam, sicut in psalmis ita et in hymnis magis consuetudinem tenere quam auctoritatem sequi. Incertum etenim adhuc habemus, cuius auctoris

haec sit translatio, quam nostra et Gallicana frequentat ecclesia. Quam si ex eorum dictis diiudicare velimus, qui translationum diversitates nobis aperuerunt, longe ab universis interpretationibus dissidebit et nullam, ut arbitror, auctoritatis dignitatem obtinebit. In qua quidem adeo longaevae consuetudinis usus iam praevaluit, ut, cum in ceteris correcta beati Hieronymi teneamus exemplaria, in psalterio, quod maxime frequentamus, sequamur apocrypha.

Hymnorum vero, quibus nunc utimur, tanta est confusio, ut, qui quorum sint, nulla vel rara titulorum praescriptio distinguat; et si aliqui certos auctores habere videantur, quorum primi Hilarius et Ambrosius exstitisse creduntur, deinde Prudentius et plerique alii, tanta est frequenter inaequalitas syllabarum, ut vix cantici melodiam recipiant, sine qua nullatenus hymnus consistere potest, cuius descriptio est laus Dei cum cantico. Plerisque etiam solemnitatibus addebas deesse proprios hymnos, utpote Innocentum et Evangelistarum seu illarum sanctarum, quae virgines vel martyres minime exstiterunt.

Nonnullos denique asserebas esse, in quibus nonnunquam hos, a quibus decantantur, mentiri necesse sit, tum videlicet pro temporis necessitate, tum pro falsitatis insertione. Casu quippe aliquo vel dispensatione eo modo saepius praepediti fideles constituta horarum tempora vel praeveniunt vel ab ipsis praevenientur, ut de ipso saltem tempore mentiri compellantur, dum videlicet aut nocturnos die aut diurnos nocte hymnos decantant. Constant quippe, secundum propheticam auctoritatem et ecclesiasticam institutionem nec a laude Dei noctem ipsam vacare, sicut scriptum est: *Memor fui nocte nominis tui, Domine*, et iterum: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi*, hoc est ad laudandum te; nec septem reliquas laudes, de quibus idem meminit propheta: *septies in die laudem dixi tibi*, nisi in die persolvendas esse. Quarum quidem prima, quae matutinae laudes appellantur, de qua in eodem scriptum est propheta: *In matutinis, Domine, meditabor de te*, in ipso statim diei initio illucescente aurora seu lucifero praemittenda est; quod etiam in plerisque distinguitur hymnis. Cum enim dicit: *Nocte surgentes vigilemus omnes*, et iterum: *Noctem canendo rumpimus*, vel: *Ad confitendum surgimus morasque noctis rumpimus*, et alibi: *Nox atra rerum contegit terrae colores omnium*, vel: *Nam lectulo consurgimus noctis quieto tempore*, et rursum: *Ut quique horas noctium nunc concinendo rumpimus*, et similia: ipsi sibi hymni, quod nocturni sunt, testimonium praebent. Sic et matutini seu reliqui hymni proprii temporis, quo dicendi sunt, institutionem nonnunquam profitentur, verbi gratia cum dicitur: *Ecce, iam noctis tenuatur umbra*, et iterum: *Lux, ecce, surgit aurea*, vel: *Aurora iam spargit polum*, seu: *Aurora lucis rutilat*, et alibi: *Ales diei nuntius lucem propinquam praecinit*, vel: *Ortus refulget lucifer*, et si qui sunt huiusmodi, ipsi nos instruunt hymni, quo tempore sint cantandi, ut, si eis videlicet sua tempora non observemus, in ipsa eorum prolatione mendaces inveniamur. Hanc tamen observantiam non tam neglegentia plerumque tollit quam necessitas aliqua vel

dispensatio praepedit; quod maxime in parochialibus seu minoribus ecclesiis propter ipsas plebium occupationes cotidie fieri necesse est, in quibus omnia et fere continuo peraguntur in die. Nec solum tempora non observata mendacium ingerunt, verum etiam quorundam hymnorum compositores, vel ex proprii animi compunctione alienos pensantes, vel improvidae studio pietatis extollere sanctos cupientes, in aliquibus ita modum excesserunt, ut contra ipsam nostram conscientiam aliqua in ipsis saepius proferamus tamquam a veritate prorsus aliena. Paucissimi quippe sunt, qui contemplationis ardore vel peccatorum suorum compunctione flentes ac gementes illa digne valeant decantare: *Preces gementes fundimus, dimitte, quod peccavimus*, et iterum: *Nostros pius cum canticis fletus benigne suscipe*, et similia, quae sicut electis, ita paucis conveniunt. Qua etiam praesumptione singulis annis decantare non veremur: *Martine, par apostolis*, vel singulos confessores immoderate de miraculis glorificantes dicamus:

Ad sacrum cuius tumulum frequenter
Membra languentum modo sanitati,
Quolibet modo fuerint gravati,
Restituuntur,

discretio vestra diiudicet. His vel consimilibus vestrarum persuasionibus rationum ad scribendos per totum anni circulum hymnos animum nostrum vestrae reverentiae sanctitas compulit. In hoc itaque mihi vobis supplicantibus, sponsae Christi vel ancillae, et nos e converso vobis supplicamus, ut, quod nostris onus imposuistis umeris, vestrarum orationum manibus sublevetis, ut, qui seminat et qui metit, simul operantes congaudeant.

Pars Prior.

Hymni Nocturnales.

III. (1.) Dominica ad Matutinum.

In primo Nocturno.

1. Universorum conditor,
Conditorum dispositor,
Universa
te laudant condita,
Glorificant
cuncta disposita.

2. Instrumento non indigens
Neque thema discutiens
Solo cuncta
comples imperio,
Dicis: fiant,
et fiunt illico.

3. Auctor es praestantissimus,
Omnipotens non aemulus,
Tantum ergo,
quae facis omnia,
Quantum decet,
facis eximia.

4. Cuius enim iudicium
Non censet illum impium,
Qui commodum
scienter subtrahit,
Quod nec gravat
dantem nec minuit.

5. Fit ergo mundus optimus
Ac perfectus in omnibus
Fit pondere
mensura, numero,
Ne vacillet
in quoquam ratio.

6. Opus dignum opifice,
Pulchrum, indissolubile,
Ad exemplar
fit perfectissimum
Instar cuncta
concludens optimum.

7. Nec minore disponitur
Bonitate quam conditur,
Quidquid male
gerit iniquitas,
Summa bene
disponit aequitas.

8. Sit perpes Deo gloria,
Ex quo sunt, quae sunt, omnia;
Ipsum cuncta,
per quem sunt, praedicent,
Ipsi semper,
in quo sunt, iubilent.

B fol. 82a. — C fol. 40a. — 1, 5 Glorificent BC. — 3, 1 Actor es BC. — 4, 2 cesset illum impium C; censet illum imperium B. — 4, 5 Quod nec gravat tandem nec minuitur B. — 5, 5 Nec vacillet C.

112. (2.) In secundo Nocturno.

1. Deus, qui tuos erudis
Testamentorum paginis,
Ex eorum
intellegentiae
Cantus nostros
condis dulcedine,

2. Tibi sit acceptabile,
Nobis sic fiat utile,
Quod de tuis
solvemus laudibus,
Si, quod sonat,
intellexerimus.

3. Triplex intellegentia
Diversa praebet fercula,
Deliciis
abundat variis
Sacrae mensa
scripturae fertilis.

4. Alunt parvos historica,
Pascunt adultos mystica,
Perfectorum
ferventi studio
Suscipitur
moralis lectio.

5. Illis fides astruitur,
Ex hac fructus colligitur,
Fructus hic est
et consummatio,
Quam det nobis,
morum instructio.

6. Haec nobis, Deus fercula
Tua paravit gratia,
Ut his nostra
peregrinatio
Sustentetur
quasi viatico.

7. Sit perpes Deo gloria,
Ex quo sunt, quae sunt, omnia,
Ipsum cuncta,
per quem sunt, praedicent,
Ipsi semper,
in quo sunt, iubilent.

B fol. 82a. — 2, 2 sic fehlt; fiet.

113. (3.) In tertio Nocturno.

1. In ortum mundi sensilis
Mundus intellegibilis
Caelo simul
et terra condito
De divino
iam prodit animo.

2. Caelum mox spiritalibus
Redimitum est civibus,
Haec auctorem
suum laudantia
Matutina
sunt illa sidera.

3. Tellus inanis, vacua
Latebat aquis obsita,
Ac facies
profundi gurgitis
Caligabat
obductis tenebris.

4. Aquae fovens vivificus
Iam incumbebat spiritus,
Ut hinc aquae
iam tunc conciperent,
Unde prolem
nunc sacram parerent.

5. Mundi quoque primordia
Lucis venustans gratia,
Dixit Deus:
Sit lux, et facta est,
A tenebris
inde divisa est.

6. Sit perpes Deo gloria,
Ex quo sunt, quae sunt, omnia,
Ipsum cuncta,
per quem sunt, praedicent
Ipsi semper,
in quo sunt, iubilent.

B fol. 82b. — 4, 1 Aqua. — 5, 1 in mundi quoque.

114. (4.) Feria Secunda.

Ad Matutinum.

1. In coaeterno Dominus
Verbo dixit altissimus:
Firmamentum
sit interpositum,
Ut dividat
aquarum medium.

2. Dictum effectus sequitur,
Abyssus interceditur,
Jacentibus
aquis inferius
Suspenduntur
aquae superius.

3. Quibus has aquas usibus
Reservat, novit Dominus,
Constat autem,
et haec et cetera
Nobis esse,
non sibi condita.

4. Nostris necessitatibus
Providetur in omnibus,
Pro singulis
a nobis Domino
Gratiarum
debetur actio.

5. Sit perpes Deo gloria,
Ex quo sunt, quae sunt, omnia,
Ipsum cuncta,
per quem sunt, praedicent,
Ipsi semper,
in quo sunt, iubilent.

B fol. 82b.

115. (5.) Feria Tertia.

Ad Matutinum.

1. Ad laudes die tertia
Nos eius monent opera,
Congregatis
inferioribus
Aquis terram
detexit Dominus.

2. Terra detecta pullulat,
Herbam et lignum germinat,
Omne genus
herbae producitur,
Omne ligni
genus emittitur.

3. In terra terrae principem
Collocaturus hominem
Locum Deus
ornando praeparat,
Vitae nostrae
quem ordo postulat.

4. Recusamur in omnibus,
Si factorem contemnimus,
Rationem
pro cunctis exigit
Is, qui cuncta
pro nobis condidit.

5. Disceptat mundus contra nos
Factus, ornatus propter nos,
Si nos Deo
non subdat gratia,
Quibus ipse
subiecit omnia.

6. Placemus ipsum laudibus,
Quem irritamus actibus,
Quanta laudis
sit immolatio,
Nos psalmorum
docet instructio.

7. Sit perpes Deo gloria,
Ex quo sunt, quae sunt, omnia,
Ipsum cuncta,
per quem sunt, praedicent,
Ipsi semper,
in quo sunt, iubilent.

B fol. 82b.

116. (6.) Feria Quarta.

Ad Matutinum.

1. Ornarunt terram germina
Nunc, caelum luminaria,
Sole, luna,
stellis depingitur,
Quorum multus
usus cognoscitur.

2. Lucem distinguunt, tempora,
Sunt in signa certissima,
Cuncta fere
terrarum commoda
Planetarum
ministrat physica.

3. Haec quoque pro te condita
Sursum, homo, considera,
Esse tuam
et caeli regio
Se fatetur
horum servitio.

4. Sole calet in hieme,
Qui caret ignis munere,
Pro nocturnae
lucernae gratia
Pauper habet
lunam et sidera.

5. Stratis dives eburneis,
Pauper iacet germineis,
Hinc avium
oblectant cantica,
Inde florum
spirat fragrantia.

6. Impensis, dives, nimiis
Domum casuram construis,
Falso sole
pingis testudinem,
Falsis stellis
in caeli speciem,

7. In veri caeli camera
Pauper iacet pulcherrima,
Vero sole,
veris sideribus
Istam illi
depinxit Dominus.

8. Opus magis eximium
Est naturae quam hominum,
Quod nec labor
nec sumptus praeparat,
Nec vetustas
solvendo dissipat.

9. Ministrat homo diviti,
Angelus autem pauperi,
Ut hinc quoque
constet, caelestia
Quam sint nobis
a Deo subdita.

10. Sit perpes Deo gloria,
Ex quo sunt, quae sunt, omnia,
Ipsum cuncta,
per quem sunt, praedicent,
Ipsi semper,
in quo sunt, iubilent.

B fol. 83a.

117. (7.) Feria Quinta.

Ad Matutinum.

1. Ornatis luce partibus
Mundi superioribus
Loca restat
ornandum infima
Ex his, quibus
lux est iam condita.

2. Educunt aquae reptile
Producunt et volatile,
Uno iussu
pisces et volucres
Prodierunt
in suas species.

3. Simul et cete grandia
Et parva fiunt ostrea,
Uno grypho
momento maximus
Perfectus est
et passer modicus.

4. Dixit enim et facta sunt,
Mandavit et creata sunt,
Magna simul
complet et modica,
Cui sunt aeque
cuncta facilia.

5. Sit perpes Deo gloria,
Ex quo sunt, quae sunt, omnia,
Ipsum cuncta,
per quem sunt, praedicent,
Ipsi semper,
in quo sunt, iubilent.

B fol. 83a. 1, 5 Ex his ex quibus.

118. (8.) Feria Sexta.

Ad Matutinum.

1. Laus instat sextae feriae,
Pro qua debentur aliae.
Qua formatur
homo novissimus
Praeparatis
ei iam omnibus.

2. Hac in luce terrestria
Creantur animantia,
Omne terrae
de terra reptile,
Omne genus
profertur bestiae.

3. Fit omnium novissimus
Homo, qui praesit omnibus,
Ad hunc cuncta
spectabant terminum
Tamquam finem
cunctorum unicum.

4. Summus creatur omnium,
In quo summa stat operum,
In hoc omnis
expletur termino
Consilii
divina ratio.

5. Hoc unum plasma nobile
In quo resplendes, Domine,
Illud tuae
decus imaginis
Et gloria
similitudinis.

6. Vir primum, inde femina
De costa viri condita,
Postquam viro
sopor immittitur,
Sacramentum
quo magnum geritur.

7. Dantur his animantia
In protestate cetera,
Potiuntur
pro tabernaculis
Paradisi
templo gratissimis.

8. Sit perpes Deo gloria,
Ex quo sunt, quae aunt, omnia,
Ipsum cuncta,
per quem sunt, praedicent,
Ipsi semper,
in quo sunt, iubilent.

B. fol. 83a. — 4, 1 creator.

119. (9.) Sabbato.

Ad Matutinum.

1. Perfectis Deus omnibus
Et inspectis operibus
Summe bonus
cuncta, quae fecerat,
Valde bona
videt et adprobat.

2. Sunt perfecta senario
Cuncta dierum numero,
Ut perfecto
dierum operi
Attestetur
et virtus numeri.

3. Quievit die septimo
Non lassatus in aliquo,
Quies ipsa
Deus perpetua,
In quo cuncta
quietis gaudia.

4. Diem ergo sanctificat,
Quo cessando quieverat,
In Sabbati
veri mysterio
Benedicit
diei septimo.

5. Illius inquam Sabbati,
Quod est ignarum termini,
Quo pax vera,
summa tranquillitas
Iuges agit
festorum ferias.

6. Sit perpes Deo gloria,
Ex quo sunt, quae sunt, omnia,
Ipsum cuncta,
per quem sunt, predicent
Ipsi semper,
in quo sunt iubilent.

B fol. 83b. — 1, 2 Et fehlt. — 2, 3 perfecta. — 7, 6 tempore.

Pars Altera.

Hymni Diurni.

120. (10.) Die Dominica.

Ad Laudes.

1. Advenit veritas,
umbra praeteriit,
Post noctem claritas
diei subiit,
Ad ortum rutilant
superni luminis
Legis mysteria,
plena caliginis.

2. Nocturnum Moysi
cedat praeconium,
Diurnum congruit
diei canticum,
Cum Christo prodeunt
cunta de latebris.
Nec locum deserit
lux tanta tenebris.

3. Velamen exuunt
figurae mysticae,
Est in re veritas
iam non in schemate,
Promissa liquido
complens prophetica
Iota vel apicem
non sinit irrita.

4. Transacto flebili
de morte vespere
Cum vita redditur
mane laetitiae,
Resurgit Dominus,
apparent angeli,
Custodes fugiunt
splendore territi.

5. Sanctorum plurimi,
qui iam dormierant,
Surgentis gloriam
surgendo praedicant.
In testimonium
surgentis Domini
Conscendunt mortui,
descendunt angeli.

6. Perenni Domino
perpes sit gloria,
Ex quo sunt, per quem sunt,
in quo sunt omnia:
Ex quo sunt, pater est,
per quem sunt, filius,
In quo sunt, patris et
filii spiritus.

B fol. 83b. — C fol. 40b. — 1, 1 Invenit C. — 3, 1 exeunt C. — 3, 7 Tota vel C.

121. (11.) Ad Primam.

1. Auroram lucifer
praeit, sol sequitur;
Aurora fidei
lux intellegitur,
Quam verus lucifer
surgendo contulit,
Caro dominica
cum reflоruerit.

2. Hic idem lucifer
ut sol refulserit,
Cum ad iudicium
commune venerit,
Cuius lux fuerit
tanta praesentiae,
Ut conscientiae
loquantur singulae.

3. Hunc invisibilem,
quem intellegimus,
Solem annuntiat
iste, quem cernimus,
Et invisibilem
auctorem omnium
Laudat visibilis
effectus operum.

4. Cunctis laudantibus,
homo, ne taceas,
Cum laudes Domino
pro cunctis debeas,
Urgeris singulis
ex beneficiis,
Ut grates laudibus
solvas continuis.

5. Perenni Domino
perpes sit gloria,
Ex quo sunt, per quem sunt,
in quo sunt omnia:
Ex quo sunt, pater est,
per quem sunt, filius,
In quo sunt, patris et
filii spiritus.

B fol. 83b — 3, 1 Dunc invisibilem.

122. (12.) Ad Tertiam.

1. In altum orbita
solis iam ducitur,
Calorque proficit,
quo mundus alitur,
Lux primum, deinde
calor infunditur,
Cum fidem caritas
in nobis sequitur.

2. Hanc lucem fidei
sol verus attulit,
In carne verbum cum
nos visitaverit,
Zelum fortissimum
amoris attulit
Hac hora spiritus,
quem verbum miserit.

3. Hinc recte spiritus
in igne visus est
Super apostolos,
cum hoc largitum est,
Nam ignis amor est,
qui mentes animat,
Ut testam luteam
ignis corroborat.

4. Perenni Domino
perpes sit gloria,
Ex quo sunt, per quem sunt,
in quo sunt omnia:
Ex quo sunt, pater est,
per quem sunt, filius,
In quo sunt, patris et
filii spiritus.

B. fol. 84a.

123. (13.) **Ad Sextam.**

1. Plena meridie
lux solis radiat,
Plenusque calor est,
quo mundus aestunt.
Beatitudinis
haec est perfectio,
Cum ipsa Dei nos
incendet visio.

2. Cuius quo fuerit
major cognitio,
Major in singulis
erit dilectio,
Quem nihil aliud
erit conspicere,
Quam vera perfrui
beatitudine.

3. Felices oculi,
beata lumina,
Quibus concessum est
hac frui gloria,
Huius te supplices
rogamus, Domine,
Loca vel ultima
da nobis cernere.

4. Perenni Domino
perpes sit gloria,
Ex quo sunt, per quem sunt,
in quo sunt omnia:
Ex quo sunt, pater est,
per quem sunt, filius,
In quo sunt, patris et
filii spiritus.

B fol. 84a.

124. (14.) **Post prandium.**

1. Deus, qui corpora
creas et animas
Et cibis propriis
utraque recreas,
Tibi tam corpora
psallant quam animae,
Esse qui tribuis
illis et vivere.

2. Ignosce, Domine,
nostris excessibus,
Si plus quam decuit
gulae indulsimus,
Immo, piissime,
quia sic fecimus,
Tam hoc quam cetera
condona, quaesumus.

3. Hoc primi vitio
parentes exsulant
Et crebris posteros
aerumnis implicant,
Hoc naturaliter
est illis insitum
Et quasi filiis
hereditarium.

4. Immoderatior
et inter epulas
Si quid addiderit
culpae loquacitas,
Id quoque tuum est
tuis ignoscere,
Qui nobis spatium
reservas veniae.

5. Tuum est gratiam
dare supplicibus,
Ut sibi temperent
ab his et talibus,
Tuum est omnibus
modum praefigere
Atque praecipitem
naturam regere.

6. Peregrinantibus
nobis viaticum
Da necessarium,
tolle superfluum,
Sicque nos oneret
suppellex modica,
Ne tarde profugis
occurrat patria.

7. Quid in exsilio,
quaeris delicias,
Cum nudus utero
tandem hinc exeas,
Nudaeque naufragum
haerentem tabulae
Cautes excipiant
saxoso litore?

8. Qui spiritalibus
se cibis praeparat,
Non quaerat, qualibus
stercus conficiat,
Caelesti pane qui
saginat animam,
Ventris rugitibus
non quaerat similam.

9. Quem verae poculum
vitis inebriat,
Vini dulcedine
gulam non incitat,
Regum deliciae,
non Christi pauperum,
Sollicitudines
sunt istae gentium.

10. Terrena cogitant
hi, non caelestia,
Ponunt exsilium
sibi pro patria,
Sortem cum bestiis
hi suam faciunt
Et tales miseri
concives eligunt.

11. Averni facilem
descensum appetunt,
Caelorum arduum
callem refugiunt,
Ventre et pectore
reptantes penitus
Se iam attollere
valent nullatenus.

12. Ut pronas corpore
natura bestias,
Sic istos animo
facit edacitas,
Bacchi vel Veneris
templis assidui
In caeremoniis
ventris sunt prodigi.

13. Tu autem exsules
factos ingluvie
Per abstinentiam
reduc nos, Domine,
Nullumque deseras
tuorum inopem,
Qui vestis lilium
et pascis pauperem.

14. Nullum necessitas
premat inopiae,
Sed sit frugalitas
sufficientiae,
Sic ut sufficere
naturae valeat,
Non quod lasciviae
fomentum praebeat.

15. Perenni Domino
perpes sit gloria,
Ex quo sunt, per quem sunt,
in quo sunt omnia:
Ex quo sunt, pater est,
per quem sunt, filius,
In quo sunt, patris et
filii spiritus.

B fol. 84a. — C fol. 243b. — 3, 1 exsultant C. — 4, 3 adderit B. — 5, 3 temperet B. — 7, 1 Quis B. — 7, 2 quaerat B. — 7, 3 nudis C; vel nudus utinam B. — 7, 4 hic tandem exeat B. — 7, 5 vel nudae naufragi C. — 7, 6 haerentes tabulae C. — 7, 8 scirposo C. — 8, 8 similem C. — 9, 1 O quem vere B. — 10, 8 continues eligunt B. — 11, 4 salem refugiunt C. — 12, 4 fecit B. — 12, 5 vel Cereris B. — 12, 6 templi C. — 12, 8 prodii B. — 13, 4 redde nos C. — 13, 5 Nullum qui C. — 14, 3 fragilitas C. — 14, 6 natura C.

125. (15.) Ad Nonam.

1. Septem, quas solvimus,
diurnis laudibus
Nocturnis additis
octo perficimus,
Ex quibus quattuor
ascribe vesperae
Et mane quattuor
diemque perfice.

2. A nona vesperam
scimus incipere,
Cum sol se coeperit
terris immergere,
E contra recte quis
mane tribuerit,
Post noctis medium
cum sol emerserit.

3. Octo conficitur
nostra substantia,
Quam demum perficit
octavae gloria,
Corpus ex quattuor
constare novimus,
Ornari totidem
mentes virtutibus.

4. Hinc recte gratias
in octo laudibus
Pro nobis Domino
solvi statuimus,
Defectum corporis
praebentes vesperae,
Mane tribuimus
vigorem animae.

5. Perenni Domino
perpes sit gloria,
Ex quo sunt, per quem sunt,
in quo sunt omnia:
Ex quo sunt, pater est,
per quem sunt, filius,
In quo sunt, patris et
filii spiritus.

B fol. 84b.

126. (16.) Die Dominica.

Ad Vesperas.

1. Octavae titulos
in psalmis legimus
Futurae gloriam
vitae canentibus,
Cum lux subierit
perpes fidelium
Istius temporis
post septenarium.

2. Hanc iam in capite
completam novimus,
Cum resurrexerit
hac die Dominus,
Ut sic certissimam
spem membris propriis
Eiusdem tribuat
beatitudinis.

3. Hinc a christicolis
haec dies merito
Prae cunctis colitur
hoc in mysterio,
Aeternis etenim,
non temporalibus
Hi bonis inhiant,
quorum sors Dominus.

4. Neve tam arduam
viam tenentibus
Ex diffidentia
tepescat animus,
Hac ipsa Dominus
die paraclitum
Misit discipulis
in aram spiritum

5. Ad huius addito
diei gloriam,
Quo recte videas
dici dominicam,
Quod corporaliter
hac luce Dominus
Ut rex susceptus est
et heres regius.

6. Ingressus proprium
dehinc palatium
Potentis exhibet
regis imperium,
Pravos eiciens
caecos illuminat
Et domum Domini
sic reconciliat.

7. Octavae peragit
Iesus mysterium,
In qua resederit
ut iudex omnium
Suos illuminans
sui praesentia,
Pravos eiciens
a regni gloria.

8. Nec a mysterio
vacare credimus,
Quod soli dies haec
datur a gentibus
Ipsique consecrent
eam ex nomine,
Cum sibi vindicet
hanc sol iustitiae.

9. Perenni Domino
perpes sit gloria,
Ex quo sunt, per quem sunt,
in quo sunt omnia:
Ex quo sunt, pater est,
per quem sunt, filius,
In quo sunt, patris et
filii spiritus.

B fol. 84b. — C fol. 42a. — 1, 1 titulo B. — 4, 3 Hac ipsa die Dominus B. — 4, 8 in aeram B. — 5, 1 addite B. — 5, 4 diei B. — 8, 5 Ipsi quoque B.

127. (17.) Ad Completorium.

1. Ubique tuis nos
et semper laudibus
Vacare, Domine,
debere novimus,
Qui loca fabricas
nobis et tempora,
Noctem ad requiem,
diem ad opera.

2. Et cum non ferat hoc
nostra fragilitas,
Horas instituit,
fixit vigilias,
Ut ipsa loca nos
ad haec admoneant,
Invitent tempora
et segnes arguant.

3. Hora iam requiem
diei septima
Completa poscimus
laudum hebdomada,
Tu nostro, Domine,
benedic Sabbato,
Quos tuo reparet
quies obsequio.

4. Hanc tua dextera
domum sanctificet
Et immanissimum
leonem religet;
Somno pacifico
sic corpus recrea,
Ut in te vigilet
mens semper sobria.

5. Perenni Domino
perpes sit gloria,
Ex quo sunt, per quem sunt,
in quo sunt omnia:
Ex quo sunt, pater est,
per quem sunt, filius,
In quo sunt, patris et
filii spiritus.

B fol. 85a. — 2, 1 Et cum ferat non hoc. — 3, 4 hebdomadam.

128. (18.) Feria Secunda.

Ad Laudes.

1. Aetates temporum
nostrique corporis
Divini numerus
praesignat operis,
Dierum novimus
in hoc senarium,
Et sex aetates sunt
mundi vel hominum.

2. In Noe primus fit
aetatis terminus,
Instar infantiae
quam recte ponimus,
Similitudine
quadam ad singula
Lux prima continet
horum mysteria.

3. Tunc incomposita
facta materies
Formanda deinceps
erat in species,
Et rude saeculum
legem non noverat,
Nec aetas terrena
rectum quid cogitat.

4. Deleta prior est
aetas diluvio,
Sic et infantiam
delet oblivio,
In primo die lux
narratur condita,
Et istam inchoat
lucem infantia.

5. Est et lux fidei
quaedam minoribus,
Quam quasi parvuli
primum suscepimus,
Hanc quoque species
ipsa diluerit,
Cum, quem nunc credimus,
videri coeperit.

6. Perenni Domino
perpes sit gloria,
Ex quo sunt, per quem sunt,
in quo sunt omnia;
Ex quo sunt, pater est,
per quem sunt, filius,
In quo sunt, patris et
filii spiritus.

B fol. 85a. — 2, 6 a singula. — 3, 1 Dunc. — 3, 7 aetas eterrena. — 4, 8 infantiam. — 5, 7 Cum vel nunc.

129. (19.) Feria Secunda.

Ad Vesperas.

1. Secunda desinit
aetas in Abraham,
Ac si iam ventum sit
ad pueritiam,
Non hanc diluvium
aetatem diluit,
Cum pueritiae
quisque meminerit.

2. Hac firmamentum est
in die conditum,
Ut aquas dividat
his interpositum,
A compluentibus
et inundantibus
Aquis consuluit
arca fidelibus.

3. Non Dei populum
haec aetas genuit,
Legis instructio
cum nondum fuerit,
Nec vires suppetunt
gignendi puero,
Etsi memoriam
iam firmet animo.

4. Post lucem fidei
spes nos corroborat
Et iam ad fortia
credentem animat,
Ut spe caelestium
et verae gloriae
Iam cuncta toleret
huius miseriae.

5. Perenni Domino
perpes sit gloria,
Ex quo sunt, per quem sunt,
in quo sunt omnia:
Ex quo sunt, pater est,
per quem sunt, filius,
In quo sunt, patris et
filii spiritus.

B fol. 85b. — 2, 3 aqua.

130. (20.) Feria Tertia.

Ad Laudes.

1. Aetas perducitur
ad David tertia,
Huic est similis
adulescentia,
Interpres sapiens
diei tertio
Utramque comparat
aetatem merito.

2. Aquas ab arida
lux illa removet,
Et fluxa saeculi
lex data inhibet,
Ne deprimentibus
nos libidinibus
Concupiscentiis
se mergat animus.

3. Haec aetas populum
per legem genuit
Et patrem Abraham
multorum statuit
Et, quasi prima sit
haec terrae suboles,
Nascuntur hodie
cum terris arbores.

4. Perenni Domino
perpes sit gloria,
Ex quo sunt, per quem sunt,
in quo sunt omnia:
Ex quo sunt, pater est,
per quem sunt, filius,
In quo sunt, patris et
filii spiritus.

B fol. 85b.

131. (21.) Feria Tertia.

Ad Vesperas.

1. Post fidem atque spem
timor incutitur,
Quo mercenarius
aut servus agitur,
Dum hunc sollicitant
sperata commoda
Vel illum stimulant
flagella condita.

2. Antiquum timor hic
possedit populum,
Legis pollicitis
et minis subditum,
Dum lex promitteret
haec bona cupidis,
Reos afficeret
poenis gravissimis.

3. Ex terra vivere
plantas agnoscimus,
Creatas hodie,
quas esse legimus,
Et vitam Israël
terrenam duxerit,
Cuius promissio
terrena fuerit.

4. Perenni Domino
perpes sit gloria,
Ex quo sunt, per quem sunt,
in quo sunt omnia:
Ex quo sunt, pater est,
per quem sunt, filius,
In quo sunt, patris et
filii spiritus.

B fol. 85b.

132. (22.) Feria Quarta.

Ad Laudes.

1. Quarta lux decorat,
caelum sideribus,
Quorum perpetuus
vigor est igneus,
Quae nunquam excidit,
sic fervet caritas,
Quae sibi vindicat
sedes aethereas.

3. Virtutum caritas
est consummatio,
Virilis virium
aetas perfectio,
Ut corpus hominis
hoc implet viribus,
Sic mentem caritas
consummat moribns.

2. Cuius quadrifida
lex evangelium,
Constat ad quattuor
dierum numerum,
Quadrati corporis
est magna firmitas,
Et cuncta sustinet
invicta caritas.

4. Perenni Domino
perpes sit gloria,
Ex quo sunt, per quem sunt,
in quo sunt omnia:
Ex quo sunt, pater est,
per quem sunt, filius,
In quo sunt, patris et
filii spiritus.

B fol. 85b. — 1, 6 sic ferret.

133. (23.) Feria Quarta.

Ad Vesperas.

1. Aetatis saeculi
quartae primordium
Ponunt theologi
regnum Davidicum,
Istius vespera
fit transmigratio
Israëlitici
sub Babylonio.

2. In David caritas
perfecta noscitur,
Quae saevos [amat] et
hostes amplectitur,
Pepercit Saüli,
quem planxit mortuum,
Morte mox puniens
mendacem nuntium.

3. Hostilem religat
praedonem caritas,
Nec erit animae
cum hoc captivitas,
Ubi defuerit,
salus amittitur,
Et nostri pectoris
urbs hosti traditur.

4. Perenni Domino
perpes sit gloria,
Ex quo sunt, per quem sunt,
in quo sunt omnia:
Ex quo sunt, pater est,
per quem sunt, filius,
In quo sunt, patris et
filii spiritus.

B fol. 86a. — 1, 6 sit B. — 2, 2 perfecti.

134. (24.) **Feria Quinta.**

Ad Laudes.

1. Quod aetas saeculi
quinta perducitur
Ad Christi tempora,
a multis traditur,
In mundi senio
novus ad veterem,
Ut eum renovet,
missus est hominem.

3. Iam praeterierat
patrum religio,
Prophetae deerant,
defecit unctio,
Cum hunc inunxerit
divina gratia,
Qui spiritaliter
restaurat omnia.

2. Defectum virium
senectus patitur,
Et mundi senium
hoc recte dicitur,
Ex quo consulere
virtus altissimi
Bonorum omnium
venit defectui.

4. Perenni Domino
perpes sit gloria,
Ex quo sunt, per quem sunt,
in quo sunt omnia:
Ex quo sunt, pater est,
per quem sunt, filius,
In quo sunt, patris et
filii spiritus.

B fol. 86a.

135. (25.) **Feria Quinta.**

Ad Vesperas.

1. Ex aquis hodie
viventes animas
Produci docuit
scripturae veritas,
Quia baptismatis
absente lavacro
Morum non sufficit
catechizatio.

2. Hic mater gratia
sepelit veterem,
Hinc novum pia plebs
suscipit hominem,
Qui sacramentum hoc
primus exhibuit,
Adventum Domini
baptista praevenit.

3. In quintae mittitur
aetatis tempore,
Quintae mysterium
qui pandit feriae,
Qui finis veterum
nova dat lavacra,
Quasi produceret
hinc animantia.

4. Perenni Domino
perpes sit gloria,
Ex quo sunt, per quem sunt,
in quo sunt omnia:
Ex quo sunt, pater est,
per quem sunt, filius,
In quo sunt, patris et
filii spiritus.

B. fol. 86 a.

136. (26.) Feria Sexta.

Ad Laudes.

1. Sexta tam hominum
aetas quam temporum
Meta vel finis est
aetatum omnium,
Finis perficiens
bonorum Christus est,
Aetate saeculi
sexta qui passus est.

2. Ipsius passio
nostra redemptio
Bonorum omnium
et consummatio,
Salutis cetera
sunt adminicula,
Haec est completio
salutis hostia.

3. Hac die conditus
homo se perdidit,
Eadem conditor
ipsum restituit,
Propter quem subiens
crucis suspendium,
Ut servum redimat,
se dedit pretium.

4. Perenni Domino
perpes sit gloria,
Ex quo sunt, per quem sunt,
in quo sunt omnia:
Ex quo sunt, pater est,
per quem sunt, filius,
In quo sunt, patris et
filii spiritus.

B. fol. 86 a. — 2, 3 Bonorum est omnium.

137. (27.) Feria Sexta.

Ad Vesperas.

1. De costa viri fit
sopiti femina,
Ubi Christi sponsa
eius ecclesia,
Mors Christi sopor est,
de cuius latere
Nos mundat prodiens
aqua cum sanguine.

2. Rei cuiuslibet
eius imaginem
Expressam dicimus
similitudinem,
Quod vero quamlibet
rem munus exprimit,
Similitudinis
nomen non refugit.

3. Virum et feminae
praeesse novimus,
Eius de corpore
quam sumpsit Dominus,
Hinc Dei dicimus
virum imaginem
Eiusque feminam
similitudinem.

4. Quo nempe maior est
viri sublimitas
Atque potentiae
praecellit dignitas,
Eo vir amplius
est Deo similis,
Cum hanc et ratio
praeponat ceteris.

5. Perenni Domino
perpes sit gloria,
Ex quo sunt, per quem sunt,
in quo sunt omnia:
Ex quo sunt, Deus est,
per quem sunt filius,
In quo sunt, patris et
filii spiritus.

B fol. 86a. — 3, 7 Eique B. — Dieser Hymnus bildet in der Hs. irrtümlicher Weise mit Nr. 135 (25) nur einen.

138. (28.) Sabbato.

Ad Laudes.

1. Finem ac requiem
laborum omnium
Beatitudinis
imponit bravium,
Ad hanc pertingitur
per praecedentia,
Quae sex significant
dierum opera.

2. Fides, spes illa sunt,
timor, dilectio,
Baptismi gratia
Christique passio,
Huius senarii
beatis gradibus
Beatitudinis
succedit aditus.

3. Per gradus singulos
deduc nos, Domine,
Ut queant membra te,
caput, apprendere,
In veri Sabbati
perenni gloria,
Cuius exsuperant
omne cor gaudia.

4. Perenni Domino
perpes sit gloria,
Ex quo sunt, per quem sunt,
in quo sunt omnia:
In quo sunt, pater est,
per quem sunt, filius,
In quo sunt, patris et
filii spiritus.

B fol. 86b. — 3, 4 apprehendere.

139. (29.) Sabbato.

Ad Vesperas.

1. O quanta, qualia
sunt illa Sabbata,
Quae semper celebrat
superna curia,
Quae fessis requies,
quae merces fortibus,
Cum erit omnia
Deus in omnibus!

2. Vere Ierusalem
est illa civitas,
Cuius pax iugis est,
summa iucunditas,
Ubi non praevenit
rem desiderium,
Nec desiderio
minus est praemium.

3. Quis rex, quae curia,
quale palatium,
Quae pax, quae requies,
quod illud gaudium,
Huius participes
exponant gloriae,
Si, quantum sentiunt,
possint exprimere.

4. Nostrum est interim
mentem erigere
Et totis patriam
votis appetere
Et ad Ierusalem
a Babylonia
Post longa regredi
tandem exsilia.

5. Illic molestiis
finitis omnibus
Securi cantica
Sion cantabimus,
Et iuges gratias
de donis gratiae
Beata referet
plebs tibi, Domine.

6. Illic ex Sabbato
succedet Sabbatum,
Perpes laetitia
sabbatizantium,
Nec ineffabiles
cessabunt iubili,
Quos decantabimus
et nos et angeli.

7. Perenni Domino
perpes sit gloria
Ex quo sunt, per quem sunt,
in quo sunt omnia:
Ex quo sunt, pater est,
per quem sunt, filius,
In quo sunt, patris et
filii spiritus.

B fol. 86 b. — C fol. 39 a. — Cod. Sangallen. 528 saec. 14. S. — 2, 8 omne est C. — 3, 6 exponens C. — 3, 7 sentiens C. — 6, 1 Illic nec. S. — Strophenfolge in S: 1, 3, 2, 5, 6. 4, 7.

Libellus Alter.

Praefatio.

Tripartitum est divini cultus officium. Doctor gentium in epistula ad Ephesios ordinavit dicens: „Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini Spiritu sancto loquentes vobismet ipsis in psalmis et hymnis et canticis spiritualibus, cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino“. Et rursus ad Colossenses inquit: „Verbum Christi habitet in vobis abundanter in omni sapientia docentes et commonentes vosmetipsos in psalmis, hymnis et canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Domino“. Psalmi vero et cantica, quoniam ex canonicis antiquitus praeparata sunt scripturis, nec nostro nec alicuius egent studio, ut modo componantur.

De hymnis vero cum nihil in superpositis distinctum habeatur scripturis, quamvis et nonnulli psalmi nomen hymnorum vel canticorum sanctorum inscriptum titulis habeant, passim a pluribus postea scriptum est, et pro temporum et horarum seu festivitatum varietate quibusque proprii hymni sunt constituti; et hos nunc proprie hymnos appellamus, quamvis antiquitus indifferenter nonnulli tam hymnos quam psalmos dicerent quaelibet divinae laudis cantica rhythmo vel metro composita. Unde Eusebius Caesariensis Ecclesiasticae historiae libri secundi capitulo XVII. disertissimi Iudaei Philonis laudes erga Alexandrinam sub Marco ecclesiam commemorans inter cetera adiecit: „Post pauca rursum etiam de eo, quod psalmos faciant novos, ita scripsit: Itaque non solum subtilium intellegunt hymnos, sed ipsi faciunt novos in Deum, omnibus eos et metris et sonis honesta satis et suavi compage modulantes“. Haud fortassis incongruum est, omnes psalmos Hebraice rhythmo vel metro compositos et melica dulcedine conditos appellari etiam hymnos, iuxta ipsam videlicet hymnorum definitionem, quam in praefatione prima posuimus. At cum iam psalmi ex Hebraeo in aliam linguam translati a rhythmi vel metri lege soluti sint, bene ad Ephesios, qui Graeci sunt, apostolus scribens separatim a psalmis hymnos distinxit sicut et cantica.

De his itaque quoniam nostrum saepe ingeniolum, dilectissimae Christi filiae, multis precibus pulsavistis, addentes insuper, quibus de causis id necessarium vobis videatur, vestrae iam petitioni, prout Dominus adnuerit, ex parte paruimus. Superiori namque libello cotidianos feriarum hymnos, qui toti sufficere possint hebdomadae comprehendimus. Quos ita compositos esse cognoscatis, ut bipartitus sit eorum cantus sicut et rhythmus, et sit una omnibus nocturnis melodia communis atque altera diurnis sicut et rhythmus. Hymnum etiam gratiarum post epulas exsolvendum non praetermisimus, secundum quod in evangelio scriptum est: Hymno dicto exierunt.

Ceteros vero suprapositos hymnos hac consideratione digessimus, ut, qui nocturni sunt, suarum opera feriarum contineant, diurni autem

ipsorum operum allegoricam seu moralem expositionem tradant. Atque ita factum est, ut obscuritas historiae nocti, lux vero expositionis reservetur diei. Superest de cetero vestris me orationibus adiuvari, ut optatum vobis munusculum transmittam.

140. (30.) In Nativitate Domini.

In 1. Nocturno.

1. Verbo verbum
virgo concipiens,
Ex se verus
ortus est Oriens,
A quo vera
diffusa claritas
Circumductas
abduxit tenebras.

2. Felix dies,
dierum gloria,
Huius ortus
quae vidit gaudia!
Felix mater,
quae Deum genuit,
Felix stella,
quae solem peperit!

3. Quam beata
pauper puerpera,
Cuius partus
ditavit omnia!
Pauper, inquam,
sed celsa genere
Pontificum
et regum sanguine.

4. Vitae viam
in via peperit,
Hospitium
non domum habuit,
Regum proles
et caeli domina
Pro cameris
intravit stabula.

5. Obstetrices
in partu deerant,
Sed angeli
pro eis aderant,
Quorum statim
chorus non modica
Huius ortus
edixit gaudia.

6. Defuerunt
fortassis balnea,
Sed, quam lavent,
non erat macula,
Non est dolor,
quam illa relevent,
Nec scissura,
quam illa reparent.

7. In excelsis
sit Deo gloria,
Pacis nobis
in terra foedera,
Quam super his
voces angelicae
Decantasse
noscuntur hodie.

B fol. 37b. — C fol. 29a. — 3, 1 Quem beata B. — 5, 8 eduxit BC. — 7, 3 nobis fehlt B.

141. (31.) In 2. Nocturno.

1. Dei patris
et matris unicus,
In praesaepi
pro cunis positus,
Angustias
praesaepis sustinet,
Quem ambitus
caeli non continet.

2. Excipitur
vili tugurio,
Qui praesidet
caeli palatio;
Quis super hoc,
quis non obstupeat,
Cuius mentem
hoc non commoveat?

3. Pauper Deus,
immo pauperrimus,
Sic factus est
pro nobis omnibus;
Quae sunt grates,
quae retributio
Super istis
a nobis Domino?

4. In praesaepi
vagit ut parvulus,
Qui concutit
caelum tonitribus,
Stratum habet
foeni reliquias,
Qui regibus
largitur purpuras.

5. Bestiarum
infertur pabulo
Angelorum
ipsa refectio,
Instat inde
grex animalium,
Hinc angeli
praebent obsequium.

6. In excelsis
sit Deo gloria,
Pacis nobis
in terra foedera,
Quam super his
voces angelicae
Decantasse
noscuntur hodie.

B fol. 87 b. — C fol. 29 b. — 1, 2 praesaepe. B. — 1, 7 Quam C. — 4, 4 tonitribus B. — 4, 8 purpureas C.

142. (32.) In 3. Nocturno.

1. Quam beatum
stratum hoc straminis,
Tantae latus
quod pressit virginis,
Quo parvulus
nascens excipitur,
Cuius palmo
caelum concluditur.

2. In sericis
reginae ceterae
Summo solent
dolore parere;
Vilis strati
beatus lectulus
Omnis fuit
doloris nescius.

3. Regum satis
in alimonia
Sunt subacta
nutricum ubera,
Educatur
lacte virgineo,
Virgo clauso
quem fudit utero.

4. Nulli regum
inter tot epulas,
Inter tantas
et tot delicias
Concessum est,
ut lacte virginis
Quis de suis
alatur parvulis.

5. Virgo pauper
fortassis esurit,
Quae parvulum
hoc lacte reficit,
Stupent caeli,
mirantur angeli
Obsequio
lactantis seduli.

6. In excelsis
sit Deo gloria,
Pacis nobis
in terra foedera,
Quam super his
voces angelicae
Decantasse
noscuntur hodie.

B fol. 87b. — C fol. 30a. — 1, 3 Quod C. — 2, 7 Omni fuerit B. — 2, 8 dolore B. — 5, 3 Quem B.

143. (33.) Ad Laudes.

1. Gaude, virgo,
virginum gloria,
Matrum decus
et mater, iubila,
Quae commune
sanctorum omnium
Meruisti
conferre gaudium.

2. Patriarchis
sanctis ac regibus
Te filiam
promisit Dominus,
Te figurant
legis aenigmata,
Prophetarum
canunt oracula.

3. Te requirunt
vota fidelium,
Ad te corda
suspirant omnium,
Tu spes nostra
post Deum unica,
Advocata
nobis es posita.

4. Ad iudicis
matrem confugiunt,
Qui iudicis
iram effugiunt,
Supplicare
pro eis cogitur,
Quae pro reis
mater efficitur.

5. Pia mater,
pietas filius,
Ad hoc gignit,
ad hoc est genitus,
Ut salventur
servi per gratiam,
Quam exhibet
haec dies maximam.

6. In excelsis
sit Deo gloria,
Pacis nobis
in terra foedera,
Quam super his
voces angelicae
Decantasse
noscuntur hodie.

B fol. 88a. — C fol. 30b. — 2, 5 fugurantur B. — 4, 5 Quae supplicare B. — 4, 6 prolis eis C. — 4, 7 Quae prolis eis C. — 5, 1 O pia B. — 5, 2 pietatis C.

144. (34.) In Epiphania Domini.

In 1. Nocturno.

1. Nasciturum sive natum
Caeli regem et terrae
Miris signis eo dignis
Praedicarunt utraque.

2. Nam, Auguste, te florente
Solem cinxit corona,
Inundavit, quod manavit
Oleum de taberna.

3. Veniente redemptore
Servis datur libertas,
Servitutis iugum tollis
Et, quem nescis, praesignas.

4. Interdicis nec permittis
Te dominum vocari,
Ut venturo possit Christo
Decus hoc reservari.

5. Iani portas tenet clausas
Pax a Christo praemissa,
Quae prophetae quondam voce
Mundo fuit promissa.

6. Pax in terris, in excelsis
Sit gloria, sit summa
Regi summo, patri, verbo,
Spiritui per saecla.

B fol. 88a. — C fol. 34a. — 1, 1 Rasciturum C. — 2, 3 mandavit B. — 6, 4 saecula BC.

145. (35.) In 2. Nocturno.

1. Angelorum stupent cantum
Admoniti pastores,
Magos nova ducit stella,
Metu languet Herodes.

2. Dat mandata magis stulta
Loquens eis in dolo,
Sic illusus fuit dolus
Fraudulento fraudato.

3. Illi coeptam tenent viam,
Reperiunt, quem quaerunt,
Et oblatis tribus donis
Per haec ipsum describunt.

4. Ad Herodem ne redirent,
Admonentur in somnis,
Et divino documento
Sunt, quid agant, edocti.

5. Pax in terris, in excelsis
Sit gloria, sit summa
Regi summo, patri, verbo,
Spiritui per saecla.

B fol. 88a. — C fol. 34b. — 1, 1 stupent quantum C.

146. (36.) In 3. Nocturno.

1. Consecrandas intrat aquas
Baptizatus a servo,
Qui peccata tollit nostra,
Qui non eget baptismo,

2. Baptizatos qui baptismo
Vere suo baptizat;
Statim caeli sunt aperti,
Quos peccatum claudebat.

3. Revelatus est descensus
Spiritus in columba,
Baptizandis, renascendis
Gratia demonstrata.

4. Est audita vox paterna
Filium protestata
Et renatos facit veros
Filios illa data.

5. Avis blanda, mansueta
Deum monstrat placatum,
Nec divinae quemquam aeque
Gratiae tenet typum.

6. Pax in terris, in excelsis
Sit gloria, sit summa
Regi summo, patri, verbo,
Spiritui per saecla.

B fol. 88a. — C fol. 35a. — 5, 1 Quis blanda B. — 5, 3 aequa B.

147. (37.) Ad Laudes.

1. Qui baptismo nobis suo
Aquas sanctificavit,
Has in merum vertit vinum
Et convivas reficit.

2. Unde clara dies ista
Primo fastu resplendet,
Qua per tanta mundo signa
Mundi salus apparet.

3. Nec post tanta vel maiora
Signa credit Iudaeus,
Quem ad unam statim stellam
Requisivit Chaldaeus.

4. Elementa suum cuncta
Recognoscunt auctorem,
Te nec signa nec lex ipsa
Movent, miser, ad fidem.

5. Si nec signis nec prophetis
Arbitraris credendum,
Exsul longa saltem poena
Tuum disce reatum.

6. Pax in terris, in excelsis
Sit gloria, sit summa
Regi summo, patri, verbo,
Spiritui per saecla.

B fol. 88b. — C fol. 36b. — 1, 4 reficit B. — 2, 3 Quia per B. — 3, 3 Quam C. — 4, 2 actorem C.

148. (38.) In Hypapante Domini.

In 1. Nocturno.

1. Adorna, Sion, thalamum,
Quae praestolaris Dominum,
Sponsum et sponsam suscipe
Cum cereorum lumine.

2. Prudentes illi virgines
Vestras aptate lampades,
Et occurrentes dominae
Surgant adulescentulae.

5. Devota Deo vidua
Eiusque templo dedita,
Pari propheta gaudio
Et confitere Domino.

3. Faces accendant famuli
Veroque mundi lumini
Domus omnis cum omnibus
Occurrat luminaribus.

4. Beate senex, propera,
Promissa comple gaudia
Et revelandum gentibus
Revela lumen omnibus.

6. Deo patri cum filio,
Cum spiritu paraclito,
Ut est una substantia,
Sic et una sit gloria.

B fol. 88b. — C fol. 138a. — 2, 1 illae B. — 3, 3 Domus dis cum omnibus B.

149. (39.) In 2. Nocturno.

1. Parentes Christum deferunt,
In templo templum offerunt,
Legi parere voluit,
Qui legi nihil debuit.

2. Offer, beata, parvulum,
Tuum et patris unicum,
Offer, per quem offerimur,
Pretium, quo redimimur.

3. Procede, virgo regia,
Profer natum cum hostia,
Tollantur aves mysticae,
Tibi vel ipsi congruae.

4. Monstret columba simplicem,
Designet turtur virginem,
Pauper quidem haec hostia,
Sed magna sunt mysteria.

5. Haec quidem erat pauperum,
Cum esset agnus divitum,
Sed agni veri latio
Non eget agno mystico.

6. Deo patri cum filio,
Cum spiritu paraclito,
Ut est una substantia,
Sic et una sit gloria.

B fol. 88b. — C fol. 139a. — 2, 1 Offert C. — 2, 3 Offert C. — 4, 3 est fehlt B. — 5, 4 eget anno C.

150. (40.) In 3. Nocturno.

1. Qui paupertatem admonet,
Hanc in se prius exhibet
Deus dives in omnibus,
Ut nos ditet, pauperrimus.

2. Factis primum exhibuit,
Quod verbis tandem docuit,
A cunis mox incipiens
Et re vocem praeveniens.

3. Hic est ille funiculus
In manu viri lineus,
Subtilis evangelicae
Sermo legis in opere.

4. Hic est mensurae calamus,
Quem gestat manu parvulus,
Ut supra montem positum
Mensuret aedificium.

5. Mensurae quippe calamus
Liber est evangelicus,
Quem manu fertur gerere,
Qui scriptum complet opere.

6. Hoc super ipsum posita
Mensuratur ecclesia,
Dum in hoc quisque percipit,
Quantum crescit et deficit.

7. Deo patri cum filio,
Cum spiritu paraclito,
Ut est una substantia,
Sic et una sit gloria.

B fol. 89a. — C fol. 138b. — 3, 2 ligneus C.

151. (41.) Ad Laudes.

1. Omnis sexus et quaelibet
Aetas plaudat et iubilet,
Monet omnes ad gaudium,
Qui venit salus omnium.

2. Gaude, vir, gaude, femina,
Communi laeti gloria,
Virum, quem Deus induit,
Ignara viri peperit.

3. Congaude, virgo, virgini,
Mater est haec altissimi,
Nupta nuptae congaudeat,
Quae mox conceptum praedicat.

4. Conclusus adhuc utero,
Quo potens, infans gaudio
Vitam mundi, quam senserat,
Mundo statim annuntiat.

5. Hinc senex, inde vidua
Laude Christum prophetica
Confitentes dominicam
Ostenderunt praesentiam.

6. Deo patri cum filio,
Cum spiritu paraclito,
Ut est una substantia,
Sic et una sit gloria.

B fol. 89a.

152. (42.) In Parasceve Domini.

In 1. Nocturno.

1. Haec nox, carissimi,
nox illa flebilis,
Qua comprehenditur
dies a tenebris,
Piis fidelium
est plena lacrimis,
Aquas immanitas
compellit sceleris.

2. Hac nocte proditor
est per se proditus,
Qui lupus fuerat
permixtus ovibus,
Agnus ad victimam
per lupum traditus,
Scelus antidotum
fecit sceleribus.

3. Dum sacrum celebrat
Christus mysterium,
Egressus traditor
sanctum collegium
Ad pravum congregat
pravos consilium,
Ut his in pretio
det mundi pretium.

4. Tu tibi compati
sic fac nos, Domine,
Tuae participes
ut simus gloriae,
Sic praesens triduum
in luctu ducere,
Ut risum tribuas
paschalis gratiae.

C fol. 78a. —

153. (43.) In 2. Nocturno.

1. Mercator omnium,
Iuda stultissime,
Cum mortis emptio
sit vitam vendere,
Ne quid susceptio
prosit pecuniae,
Quem vendis, praevenis
mortis in funere.

2. Ut patientia
probetur traditi,
Monstrat hunc traditor
per signum osculi,
Pioque impie
permixta nomini
Nec salutatio
defuit crimini.

3. Tentus ligatus est
a servis Dominus,
Ut servos solveret
peccati nexibus,
Ut reus traditus
reis iudicibus
Supremus omnium
iudex iustissimus.

4. Tu tibi compati
sic fac nos, Domine,
Tuae participes
ut simus gloriae,
Sic praesens triduum
in luctu ducere,
Ut risum tribuas
paschalis gratiae.

C fol. 78b. — 1, 8 mortem. — 2, 2 tradidi.

154. (44.) In 3. Nocturno.

1. Solus ad victimam
procedis, Domine,
Morti te offerens,
quam venis tollere;
Quid nos miserrimi
possumus dicere,
Qui, quae commisimus,
scimus te luere?

3. Nox ista flebilis
praesensque triduum,
Quo demorabitur
fletus, sit vesperum,
Donec laetitiae
mane gratissimum
Surgente Domino
sit maestis redditum.

2. Nostra sunt, Domine,
nostra sunt crimina,
Qui tua criminum
facis supplicia,
Quibus sic compati
fac nostra pectora,
Ut vel compassio
digna sit venia.

4. Tu tibi compati
sic fac nos, Domine,
Tuae participes
ut simus gloriae,
Sic praesens triduum
in luctu ducere,
Ut risum tribuas
paschalis gratiae.

C fol. 78b. — 3, 2 sic vesperum.

155. (45.) Ad Laudes.

1. Noster et omnium
salvator, Domine,
Tam rex quam pontifex
cunctorum maxime,
Annae iudicium
subis et Caïphae,
Falso pontificis
sumentum nomine.

2. Horum ludibria
priora pateris,
Primas hic alapas
et sputa suscipis,
Velata facie
coram his caederis,
Propheta, clamitant,
quis te percusserit?

3. Quis hoc fidelium
audire perferat,
Aut quis hoc audiens
non homo ingemat?
Quis siccis oculis
hoc scelus audiat,
Quem haec saevitia
saevum non molliat?

4. Tu tibi compati
sic fac nos, Domine,
Tuae participes
ut simus gloriae,
Sic praesens triduum
in luctu ducere,
Ut risum tribuas
paschalis gratiae.

C fol. 79a. — 3, 4 ingemiat; homo fehlt. — 3, 7 Quaeque haec.

156. (46.) Ad Primam.

1. Damnandus, Domine,
Pilato sisteris,
Et ad spectaculum
ut reus traheris,
Coronam spineam,
sceptrum arundinis
Et vile coccinum
sumens illuderis.

3. Qui caesum denique
coactus tradere,
Ut ab hoc animum
purgaret scelere,
Manus abluere
decrevit publice,
Mundum se profitens
a iusti sanguine.

2. Gentilis iudicis
mentem crudelitas
Et innocentiae
commovet puritas,
Flagellis praevenit
mortis angustias,
Ut vel sic parcere
possit impietas.

4. Tu tibi compati
sic fac nos, Domine,
Tuae participes
ut simus gloriae,
Sic praesens triduum
in luctu ducere,
Ut risum tribuas
paschalis gratiae.

C fol. 79a. — 1, 7 ville.

157. (47.) Ad Tertiam.

1. Iam hora tertia
diei venerat,
Cum plebs obtinuit,
quod postulaverat,
Quem crucifigerent,
praesul tradiderat,
Qui crucem baiulans
iam crucem tolerat.

2. Ubi Calvariam
pervenit Dominus,
Qui locus reis est
ad necem deditus,
Amaro poculo
delusum primitus,
Ut crucifigerent,
denudant vestibus.

3. Tu tibi compati
sic fac nos, Domine,
Tuae participes
ut simus gloriae,
Sic praesens triduum
in luctu ducere,
Ut risum tribuas
paschalis gratiae.

C fol. 79b. — 2, 6 premitus.

158. (48.) **Ad Sextam.**

1. Sexta, qua Dominus
crucem ascenderat,
Solis obscuritas
mundum obnubilat,
Tamquam aspicere
scelus abhorreat,
Quod mundus proprium
in solem perpetrat.

2. Dum crucem sustinens
sol verus patitur,
Sol insensibilis
illi compatitur,
Quo summum hominum
scelus arguitur
Et, quantis tenebris
errant, ostenditur.

3. Tu tibi compati
sic fac nos, Domine,
Tuae participes
ut simus gloriae,
Sic praesens triduum
in luctu ducere,
Ut risum tribuas
paschalis gratiae.

C fol. 79b.

159. (49.) **Ad Nonam.**

1. Nona, qua vera lux
poena finierit,
Subtractam lucem hanc
mundo restituit,
Ut beneficio,
quod mundo reddidit,
Promittat veniam
illis, quos terruit.

2. Luce iam reddita
stupent, quod cernitur,
Motu mirabili
terra concutitur,
Cum saxis pariter
et velum scinditur,
Locus, quo dormiunt,
sepulcri panditur.

3. Tu tibi compati
sic fac nos, Domine,
Tuae participes
ut simus gloriae,
Sic praesens triduum
in luctu ducere,
Ut risum tribuas
paschalis gratiae.

C fol. 80a.

160. (50.) Ad Vesperas.

1. Facto iam vespere
cruce depositum
Et aromatibus
conditum Dominum
Diligens sepelit
cura fidelium,
Monstrat, qui fuerat,
pium obsequium.

2. Ingenti lapide
sepulcrum clauditur,
Quod cura maxima
fideque [colitur],
Immundis aditus
sic intercluditur,
Quo mirabilius
resurgat, agitur.

3. Nec minus gloriae
confert Dominicae,
Quod pravi deputant
suos custodiae,
Ut sic iniquitas
victa perspicue
Confusa comprimat
ora blasphemiae.

4. Aut ergo mortuum
reddat custodia,
Ut ei salva sint
promissa praemia,
Aut, quae conspexerit,
fatens magnalia
Nostra sic praedicet
nobiscum gaudia.

5. Tu tibi, compati
sic fac nos, Domine,
Tuae participes
ut simus gloriae,
Sic praesens triduum
in luctu ducere,
Ut risum tribuas
paschalis gratiae

C. fol. 81a. — 3, 8 erat blasphemiae.

161. (51.) Ad Completorium.

1. Pias vigilias
agendo feminae
Viris cedentibus
non norunt cedere,
Custodes positos
vident intrepidae,
Minantes gladios
cernunt tutissime.

2. Facta percussio,
quam pastor tulerat,
Gregis arietes
metu disperserat;
Oves intrepidas
amor servaverat,
Et foras caritas
timorem miserat.

3. Tu tibi compati
sic fac nos, Domine,
Tuae participes
ut simus gloriae,
Sic praesens triduum
in luctu ducere,
Ut risum tribuas
paschalis gratiae.

C fol. 81a. — 2, 2 quaeque pastor.

162. (52.) Sabbato Sancto.

Nocturno.

1. Sexta iam homine
creato feria
Quievit Dominus
cessando septima,
Plena mysteriis
magnis historia
Praesentis temporis
praesignat opera.

2. Heri dominica
facta est passio,
Et consummata est
nostra redemptio,
Ut *Consummatum est*
hoc in mysterio
Dictum intellegi
possit a Domino.

3. Finitis itaque
tantis agonibus,
Quibus diabolum
prostravit Dominus,
Quidam paratus est
quietis lectulus,
Quo requiesceret,
sepulcri loculus.

4. Hoc tibi mortuo,
Ioseph, paraveras,
Tuam et omnium
vitam quo tumulas;
Hunc illi lectulum
terrenum commodas,
Per quem in lectulo
caelesti recubas.

5. Tu tibi compati
sic fac nos, Domine,
Tuae participes
ut simus gloriae,
Sic praesens triduum
in luctu ducere,
Ut risum tribuas
paschalis gratiae.

C fol. 81 a. — 4, 2 paraverat.

163. (53.) Ad Laudes.

1. Dormit hoc triduo
leonis catulus,
Sicut praedixerat
sermo propheticus,
Donec hunc suscitet
rugitus patrius,
Cum dies venerit,
quo fit hoc, tertius.

2. Avis mirabilis
phoenix et unica,
Quam et lux reparat,
ut ferunt, tertia,
Non minus peragit
Christi mysteria
Vel resurgentium
promittit gaudia.

3. Haec, cum in funere
formam resumpserit
Alasque pristinas
rursum induerit,
Volatu solito
se sursum erigit,
Cum caelos etiam
Christus ascenderit.

4. Sexus est comparis
haec avis nescia,
Sicut est unica,
sic semper integra,
Similitudine
Christi plenissima
Transcenditi bestias
et volatila.

5. Tu tibi compati
sic fac nos, Domine,
Tuae participes
ut simus gloriae,
Sic praesens triduum
in luctu ducere,
Ut risum tribuas
paschalis gratiae.

C fol. 81b. — 3, 1 in fehlt. — 3, 3 Alas pristinas.

164. (54.) Ad Primam.

1. Leonis catulum
Iudam quis suscitet,
Iacob interrogat,
cum hinc non dubitet;
Cum ergo quaerit hoc,
super hoc obstupet,
Ut rem mirabilem
nobis insinuet.

2. Ad praedam catulum
dicit ascendere,
Ut in hac etiam,
qua dormit, requie
De lupi faucibus
illam erueret,
Quod fit per animam
defuncto corpore.

3. Tu tibi compati
sic fac nos, Domine,
Tuae participes
ut simus gloriae,
Sic praesens triduum
in luctu ducere,
Ut risum tribuas
paschalis gratiae.

C fol. 82a. — 2, 7 Quod sit per.

165. (55.) Ad Tertiam.

1. Ascensus catuli,
quo praedam eruit,
Fuit, cum Dominus
crucem ascenderit,
In qua nos redimens
cum exspiraverit,
Iustos de tartaro
confestim eripit.

2. Cum iam ascenderit
ad praedam catulus,
Requiescentis est
factus accubitus,
Quia, cum fuerit
cruce depositus,
Sepultus triduo
quievit Dominus.

3. Tu tibi compati
sic fac nos, Domine,
Tuae participes
ut simus gloriae,
Sic praesens triduum
in luctu ducere,
Ut risum tribuas
paschalis gratiae.

C fol. 82a. — 1, 2 praedam eripi.

166. (56.) Ad Sextam.

1. Adhuc ut dormiens
pausat leunculus,
Sed, ut evigilet,
prope est terminus,
Somni quam funeris
dicendus potius,
Velox dominicae
mortis est transitus.

2. Torrentis impetum
istum intellege,
De quo meminimus
psalmistam dicere,
Quod de hoc biberis
in via, Domine,
Mortem videlicet
sceleris calice.

3. Tu tibi compati
sic fac nos, Domine,
Tuae participes
ut simus gloriae,
Sic praesens triduum
in luctu ducere,
Ut risum tribuas
paschalis gratiae.

C fol. 82b. — 2, 7 Mortis.

167. (57.) Ad Nonam.

1. Non naturalis est
sed adventitius,
Quo Christus biberit,
torrentis rivulus,
Quia, qui fuerit
peccati nescius,
Mortis sententiae
non erat subditus.

2. Hoc mortis poculum,
quod per diabolum
Nobis transfusum est
in poenae debitum,
Illud intellege
Goliae gladium,
Quo David stravit hunc
non habens proprium.

3. Tu tibi compati
sic fac nos, Domine,
Tuae participes
ut simus gloriae,
Sic praesens triduum
in luctu ducere,
Ut risum tribuas
paschalis gratiae.

C fol. 83a. — 2, 4 dubitum. — 2, 7 Quod David.

168. (58.) In Paschate Domini.

In 1. Nocturno.

1. Christiani, plaudite,
Resurrexit Dominus,
Victo mortis principe
Christus imperat,
Victori occurrite,
Qui nos liberat.

2. Superato zabulo,
Resurrexit Dominus,
Spoliato barathro
Suos eruit,
Stipatus angelico
Coetu rediit.

3. Fraus in hamo fallitur,
Resurrexit Dominus,
Quae dum carne vescitur
Circumposita,
Virtute transfigitur
Carni insita.

4. Captivatis inferis,
Resurrexit Dominus,
Ditatisque superis
Caelum iubilat,
Hymnis, psalmis, canticis
Terra sesonat.

5. Deo patri gloria,
Resurrexit Dominus,
Salus et victoria
Christo Domini,
Par honor per saecula
Sit spiritui.

B fol. 89a. — C fol. 84b.

169. (59.) In 2. Nocturno.

1. Da Mariae tympanum,
Resurrexit Dominus.
Hebraeas ad canticum
Cantans provocet,
Holocausta carminum
Iacob immolet.

2. Subvertens Aegyptios
Resurrexit Dominus,
Rubri maris alveos
Replens hostibus,
Quos involvit obrutos
Undis pelagus.

3. Dicat tympanistria:
Resurrexit Dominus,
Illa quidem altera
Re non nomine,
Resurgentem merita
Prima cernere.

4. Cantet carmen dulcius,
Resurrexit Dominus,
Reliquis fidelibus,
Mixta feminis
Cum ipsa narrantibus
Hoc discipulis.

5. Deo patri gloria,
Resurrexit Dominus,
Salus et victoria
Christo Domini,
Par honor per saecula
Sit spiritui.

B fol. 89a. — C fol. 85a. — 1, 1 De Mariae C. — 2, 4 Deus replens B. — 5, 1 sqq. Deo patri cum filio cum spiritu paraclito B.

170. (60.) In 3. Nocturno.

1. Golias prostratus est,
Resurrexit Dominus,
Ense iugulatus est
Hostis proprio,
Cum suis submersus est
Ille Pharao.

2. Dicant Sion filiae:
Resurrexit Dominus,
Vero David obviae
Choros proferant,
Victori victoriae
Laudes concinant.

3. Samson noster validus.
Resurrexit Dominus,
Circumsaeptus hostibus
Portas sustulit.
Frustratus allophylus
Stupens ingemit.

4. Ut leonis catulus
Resurrexit Dominus.
Quem rugitus patrius
Die tertia
Suscitat vivificus
Teste physica.

5. Deo patri gloria,
Resurrexit Dominus.
Salus et victoria
Christo Domini,
Par honor per saecula
Sit spiritui.

B fol. 89a. — C fol. 86a.

171. (61.) Ad Laudes.

1. Veris grato tempore
Resurrexit Dominus,
Mundus reviviscere
Cum iam incipit,
Auctorem resurgere
Mundi decuit.

2. Cunctis exsultantibus
Resurrexit Dominus,
Herbis renascentibus
Frondent arbores,
Odores ex floribus
Dant multiplices.

3. Transacta iam hieme
Resurrexit Dominus.
In illa perpetuae
Vitae gaudia,
Nullius molestiae
Quae sunt conscia.

4. Qui restauret omnia,
Resurrexit Dominus,
Tamquam ista gaudia
Mundus senserit,
Cum carne dominica
Iam refloruit.

5. Deo patri gloria,
Resurrexit Dominus,
Salus et victoria
Christo Domini,
Par honor per saecula
Sit spiritui.

B fol. 89b. — C fol. 86b. — 1, 5 Actorem B. — 2, 4 Frondem C. — 2, 5 Odorem BC. — 4, 1 Quae restauret C; in B unleserlich.

172. (62.) In Ascensione Domini.

In 1. Nocturno.

1. In montibus hic saliens
Venit colles transsiliens,
Sponsam vocat
de montis vertice:
Surge, soror,
et me iam sequere.

2. Ad paternum palatium,
Ad patris scandens solium,
Sponsae clamat:
dilecta, propera,
Sede mecum
in patris dextera.

3. Omnis turba te civium,
Te regnum manet patrium,
Tuae tota
cum patre curia
Praesentiae
requirit gaudia.

4. Quae regis sponsae congruant,
Quae reginae conveniant,
Hic intextas
ex auro cyclades
Cum purpuris
gemmatis indues.

5. Sit Christo summo gloria,
Qui scandens super sidera
Cum spiritu,
cum patre supera
Deus unus
regit et infera.

B fol. 89b. — C fol. 95b. — 1, 4 montibus B. — 3, 1 te turba C. — 5, 1 summe C. — 5, 2 supra sidera C.

173. (63.) In 2. Nocturno.

1. Quibusdam quasi saltibus
Superni patris filius
Ad terrena
venit e superis,
Spoliatis
nunc redit tartaris.

2. A sinu venit patrio
Matris susceptus utero,
In sepulcro
de cruce positus
Resurrexit,
per quem resurgimus.

3. Ascendentem ad aethera
Nubes excepit lucida,
Ferebatur
erectis manibus
Benedicens
suis astantibus.

4. Ascendentem cernentibus
Ac super hoc mirantibus
Astiterunt
in albis angeli,
Tam facie
quam veste nitidi.

5. Quid, inquiunt, attoniti
Sic caelum intuemini?
Quem euntem
in caelum cernitis,
Sic veniet
in forma iudicis,

6. Sit Christo summo gloria,
Qui scandens super sidera
Cum spiritu,
cum patre supera
Deus unus
regit et infera.

B fol. 89b. — C fol. 96b. — 4, 2 hoc stupentibus C. — 4, 6 veste viridi C.

174. (64.) In 3. Nocturno.

1. In terris adhuc positam
Sponsam Christus ecclesiam
Ad se rursum
vocat cotidie,
Exhortatur
mente conscendere.

2. Dicat haec: post te trahe me,
Nitenti dextram porrige,
Super pennas
ventorum evolas,
Quis sequetur,
ni pennas conferas?

3. Columbae pennas postulet,
Ut ad quietem properet,
Alas petat
potentis aquilae,
Quibus alta
possit conscendere.

4. Dabit cum alis oculos,
Ut veri solis radios
Irreflexis
possit obtutibus
Intueri,
quo nil felicius.

5. Pennatis animantibus
Ille locus aethereus
Pro meritis
virtutum congruit,
Quibus alas
hic Deus dederit.

6. Sit Christo summo gloria,
Qui scandens super sidera
Cum spiritu,
cum patre supera
Deus unus
regit et infera.

B fol. 89b. — C fol. 96b. — 2, 6 nisi B. — 4, 6 quod nil C. — 5, 6 phas Deus B.

175. (65.) Ad Laudes.

1. Cum in altum ascenderet
Et ima secum traheret
Triumphantis
maiestas Domini,
Circumstabant
victorem eruti.

2. Superna regis civitas
Pompas educit obvias,
Chere cantant
victori angeli
Et *Hosanna*
salvati populi.

3. Illis tamquam quaerentibus
Et super hoc mirantibus
Hi respondent
et alternantibus
Ita cantum
mulcent sermonibus:

4. Quis est iste rex gloriae,
Quod hoc decus victoriae?
Quis est iste
de Edom veniens,
Purpureo
vestitu renitens?

5. Fortis et potens Dominus,
Triumphans victis hostibus,
Manu forti
potens in proelio,
Victor redit
subacto zabulo.

6. Sit Christo summo gloria,
Qui scandens super sidera
Cum spiritu,
cum patre supera
Deus unus
regit et infera.

B fol. 90a. — C fol. 98a. — 1, 1 in altum Deus B. — 1, 2 Et un secum B. — 2, 2 ovias B.

176. (66.) In Inventione sanctae Crucis.

In 1. et 2. Nocturno.

1. Salve, caelestis
Vexillum regis,
Salve, crux sancta,

2. Qua spoliato
Praedone diro
Praeda reducta,

3. Arverni portae
Iacent contritae,
Claustra confracta.

4. Tau beatum,
Quo paenitentum
Fronte signata

5. Interfectoris
Ira crudelis
Est religata.

6. Vile latronum
Quondam tormentum
Eras pro poena,

7. Nunc gloriosum
Frontibus regum
Signum impressa.

8. Tu lignum vitae,
In qua rex ipse
Conscendit, palma,

9. Ut fructu tui
Letalis pomi
Restauret damna.

10. Felici nautae
Qua quasi nave
Fruendo vita

11. Per mare magnum
Hoc navigandum
Est ad superna.

B fol. 90 a. — 6, 1 Vide latronum. — 10, 2 quae quasi.

177. (67.) In 3. Nocturno.

1. Serpens erectus
Serpentum morsus
Conspectu sanat,

2. Antiqui virus
Serpentis Christus
Suspensus curat.

3. Sophia patris
Medelam cunctis
Ex se ministrat.

4. Prophetae virga
Silex bis icta
Aqua redundat.

5. Lignis duobus
Christus appensus
De se nos potat.

6. Bibit Iudaeus,
Sed Christianus
Refectus exstat.

B fol. 90 a.

178. (68.) Ad Laudes.

1. Lignum amaras
Indulcat aquas
Eis immissum.

2. Omnes agones
Sunt sanctis dulces
Per crucifixum.

3. Calix praeclarus
Mortis est potus
Ipsis per ipsum.

4. Quaeque tormenta
Sunt eis grata
Per hoc exemplum.

5. Ut dolor meus
Dolor est nullus,
Attendunt scriptum,

6. Quippe qui cuncta
Portat peccata,
Nescit peccatum.

7. Passo pro cunctis
Est universis
Compatiendum.

B fol. 90a. — 3, 1 Salix. — 6, 2 peccatas.

179. (69.) **In festo Pentecostes.**

In 1. Nocturno.

1. Adventu sancti spiritus
Nostri cordis altaria
Ornans, Deus, virtutibus
Tu tibi templa dedica,
Illa septiformi,
quam habes, gratia
Contra septem
illa daemonia,
Cuius dona
bona sunt omnia.

2. Per timorem nos Domini
Primum a malo liberat,
Ut pauper huius saeculi
Caelum dives introeat;
Tu hanc da, Domine,
da nobis gratiam,
Poenam reis
ne reddas debitam,
Sed nomini
tuo da gloriam.

3. Da pietatis viscera,
Ne superet temptatio,
Mites facit haec gratia,
Quorum terra possessio;
Et hanc da, Domine,
da nobis gratiam,
Poenam reis
ne reddas debitam,
Sed nomini
tuo da gloriam.

4. Apponis et scientiam,
Per quam flenda cognoscimus,
Consolaris per veniam,
Cum hanc primo fecerimus;
Et hanc da, Domine,
da nobis gratiam,
Poenam reis
ne reddas debitam,
Sed nomini
suo da gloriam.

5. Fortitudine roboras
Esuriem iustitiae,
Veri panis saturitas
Viaticum est animae;
Et hanc da, Domine,
da nobis gratiam,
Poenam reis
ne reddas debitam,
Sed nomini
tuo da gloriam.

6. Summum illud consilium
Das de misericordia,
Ut idem reddas praemium,
Vis hanc, non sacrificia;
Et hanc da, Domine,
da nobis gratiam,
Poenam reis
ne reddas debitam,
Sed nomini
tuo da gloriam.

7. Intellectus es spiritus,
Quo videtur divinitas
Mundi cordis luminibus,
Haec est regni sublimitas;
Et hanc da, Domine,
da nobis gratiam,
Poenam reis
ne reddas debitam,
Sed nomini
tuo da gloriam.

8. Das tandem sapientiam,
Per quam fiant pacifici,
Nomen patris sanctificans,
In quo sint Dei filii;
Et hanc da, Domine,
da nobis gratiam,
Poenam reis
ne reddas debitam,
Sed nomini
tuo da gloriam.

9. Apostolorum precibus,
Quos hac in die consecras,
Isdem nos charismatibus
Confirma, quos regeneras
Illa septiformi,
quam habes, gratia
Contra septem
illa daemonia,
Cuius dona
bona sunt omnia.

B fol. 90b. — C fol. 101a. — 1, 1 Adventum C. — 2, 5 sq. Tu hac da nobis Domine gratiam B. — Str. 5 ist in C am Rande nachgetragen. — 6, 3 praemium vel bravium B. — 7, 4 est spiritus regni B. — 8, 4 In quo sunt C. — 9, 1 Populorum precibus B.

180. (70.) In 2. Nocturno.

1. Remissionis numerum
Lux signat quinquagesima,
Quo iubilaeus omnium
Annus relaxat debita.
Summa summo regi
Deo sit gloria,
Cuius cuncta
subsistunt gratia,
Ex quo, per quem,
in quo sunt omnia.

2. Sub hoc dierum numero
Remissionis spiritus
A summi patris solio
Venit, quem misit filius.
Summa summo regi
Deo sit gloria,
Cuius cuncta
subsistunt gratia,
Ex quo, per quem,
in quo sunt omnia.

3. Divinum quippe spiritum
Amorem eius dicimus,
Quo reis hunc propitium,
Quo mitem esse novimus.
Summa summo regi
Deo sit gloria,
Cuius cuncta
subsistunt gratia,
Ex quo, per quem,
in quo sunt omnia.

4. Cuius amoris hodie
Flamma mundus accenditur,
Quem venit Christus mittere,
In terram ignis mittitur.
Summa summo regi
Deo sit gloria,
Cuius cuncta
subsistunt gratia,
Ex quo, per quem,
in quo sunt omnia.

5. In igneis hunc hodie
Linguis super apostolos
Demonstrans legis igneae
Praesignavit hos nuntios.
Summa summo regi
Deo sit gloria,
Cuius cuncta
subsistunt gratia,
Ex quo, per quem,
in quo sunt omnia.

6. Lex vetus tamquam frigida
Servos metu coercuit,
In Christo mater gratia
Filios Deo genuit.
Summa summo regi
Deo sit gloria,
Cuius cuncta
subsistunt gratia,
Ex quo, per quem,
in quo sunt omnia.

7. Apostolorum precibus,
Quos hac in die consecras,
Isdem nos charismatibus
Confirma, quos regeneras.
Summa summo regi
Deo sit gloria,
Cuius cuncta
subsistunt gratia,
Ex quo, per quem,
in quo sunt omnia.

B fol. 90b. — C fol. 101b. — 3, 1 Sivinum B. — 3, 4 mittam C, mittem B. — 7, 1 sqq. fehlen B.

181. (71.) In 3. Nocturno.

1. Tradente legem Domino
Mens tremens metum attulit,
Spiritus in cenaculo
Susceptus illum abstulit.
Summa summo regi
Christo sit gloria,
Cuius cuncta
subsistunt gratia,
Ex quo, per quem,
in quo sunt omnia.

2. Micabant illic fulgura,
Mons caligabat fumigans.
Ilic est flamma multifida,
Non urens sed illuminans.
Summa summo regi
Christo sit gloria,
Cuius cuncta
subsistunt gratia,
Ex quo, per quem,
in quo sunt omnia.

3. Horrendae sonum buccinae
Pavebat illic populus,
Verbum intellegentiae
Sonus hic fuit spiritus.
Summa summo regi
Christo sit gloria,
Cuius cuncta
subsistunt gratia,
Ex quo, per quem,
in quo sunt omnia.

4. Fumus illic caliginem
Obscurae signat literae,
Splendentis ignis speciem
Clarae signum hic accipe.
Summa summo regi
Christo sit gloria,
Cuius cuncta
subsistunt gratia,
Ex quo, per quem,
in quo sunt omnia.

5. Terroris ac caliginis
Illic plena sunt omnia,
Curat hic ex contrariis,
Paraclitus contraria.
Summa summo regi
Deo sit gloria,
Cuius cuncta
subsistunt gratia,
Ex quo, per quem,
in quo sunt omnia.

6. Omnes aufert molestias
Divina consolatio,
Cordis exarat tabulas,
Ut reparetur ratio.
Summa summo regi
Deo sit gloria,
Cuius cuncta
subsistunt gratia,
Ex quo, per quem,
in quo sunt omnia.

7. Apostolorum precibus,
Quos hac in die consecras,
Isdem nos charismatibus
Confirma, quos regeneras.
Summa summo regi
Deo sit gloria,
Cuius cuncta
subsistunt gratia,
Ex quo, per quem,
in quo sunt omnia.

B fol. 90b. — C fol. 102b. — 4, 1 Tumus C. — 4, 3 sq. Splendentis in speciem ignis clare B. — 7, 1 sqq. fehlen B.

182. (72.) Ad Laudes.

1. Apostolorum pectora
Divinus replens spiritus
Corda ditat sententia,
Linguas loquelis omnibus.
Summa summo regi
Deo sit gloria,
Cuius cuncta
subsistunt gratia,
Ex quo, per quem,
in quo sunt omnia.

2. Ut superbos disperserat
Linguae quondam divisio,
Sic humiles nunc aggregat
Diversarum collectio.
Summa summo regi
Deo sit gloria,
Cuius cuncta
subsistunt gratia,
Ex quo, per quem,
in quo sunt omnia.

3. Laudari linguis omnibus
Et praedicari debuit
In cunctis mundi partibus,
Qui has, qui cuncta condidit.
Summa summo regi
Deo sit gloria,
Cuius cuncta
subsistunt gratia,
Ex quo, per quem,
in quo sunt omnia.

4. Ioelis testimonium
Completum esse novimus,
Petrus calumniantium
Quod opponit latratibus.
Summa summo regi
Deo sit gloria,
Cuius cuncta
subsistunt gratia,
Ex quo, per quem,
in quo sunt omnia.

5. Divinorum completio
Festorum haec festivitas,
Divini consummatio
Promissi fit haec largitas.
Summa summo regi
Deo sit gloria,
Cuius cuncta
subsistunt gratia,
Ex quo, per quem,
in quo sunt omnia.

6. Qui verum omne doceat,
Promissus hic est spiritus,
Hic est, qui cuncta suggerat,
Quae suis dixit filius.
Summa summo regi
Deo sit gloria,
Cuis cuncta
subsistunt gratia,
Ex quo, per quem,
in quo sunt omnia.

7. Apostolorum precibus,
Quos hac in die consecras,
Isdem nos charismatibus
Confirma, quos regeneras.
Summa summo regi
Deo sit gloria,
Cuius cuncta
subsistunt gratia,
Ex quo, per quem,
in quo sunt omnia.

B fol. 91 a. — C fol. 103 b. — 4, 4 opposuit C. — 5, 4 sit haec B. — 6, 2 hic est spiritus fehlen B. — 7, 1 sqq. fehlen B.

183. (73.) In Dedicatione Ecclesiae.

In 1. Nocturno.

1. Sacra Ierosolymis
Facta sunt encaenia,
Cum lux esset celebris
Domini praesentia.

2. Ipse nostris hodie
Festis assit, quaesumus,
Praesentis basilicae
Basileon proprius.

3. Nostri templum pectoris
Ipse sibi consecret
Et signis extrinsecis
Res internas aggreget.

4. Quae fiunt exterius,
Intus ipse compleat,
Mundi penetralibus
Qui cordis inhabitat.

5. Deo patri gloria,
Par sit honor filio,
Compar sit spiritui
Gratiarum actio.

B fol. 91 a. — 3, 2 consecrat.

184. (74.) In 2. Nocturno.

1. Spiritalis signum est
Templum hoc visibile,
Et in illo totum est,
Quod in hoc fit mystice.

2. Aqua benedicitur.
Salis fit commixtio,
Templum his conspergitur
Circumvectis tertio.

3. Accenduntur interim
Intus luminaria,
Numero duodecim
In gyro disposita.

4. Aspergendo circuit
Templum ter episcopus,
Portae frontem percutit
Virga ter superius.

5. Aperiri praecipit,
Ut rex intret gloriae,
Quod cum ter expleverit,
Patefiunt ianuae.

6. Ingressus basilicam
Preces offert Domino,
Pro se primum hostiam,
Deinde pro populo.

7. Alphabeti duplicis
Dum figuras exprimit,
Cancellatis lineis
Crucis signum imprimit.

8. Quae fiunt exterius,
Intus ipse compleat,
Mundi penetralibus
Qui cordis inhabitat.

9. Deo patri gloria,
Par sit honor filio,
Compar sit spiritui
Gratiarum actio.

B fol. 91a.

185. (75.) In 3. Nocturno.

1. Ad altare pontifex
sacrandum se praeparat,
Aquae salem, cinerem
atque humum sociat.

2. Bis intincto digito
per altaris cornua
Signum crucis imprimit
consecrantis dextera.

3. De hysopo deinde
tenens aspersorium
In altare septies
aspergit circumdatum.

4. Rigatis ter deinceps
intus parietibus
Orat, ut exaudiat
ibi quosque Dominus.

5. Ad altare praesul his
peractis convertitur,
Psalmus cum antiphona
praeeunte dicitur.

6. Ad altaris funditur
basim aquae reliquum,
Quo extergi debeat,
mundum adest linteum.

7. Tus antistes adolet
super ipsum Domino,
Tam ipsum quam anguli
consignantur oleo.

8. Unctione chrismatis
altare perfunditur,
Et simul antiphona
decantanda sumitur.

9. Cruces hinc duodecim
chrismantur parietum,
Altare contegitur
et fit sacrificuim.

10. Quae fiunt exterius,
intus ipse compleat,
Mundi penetralibus
cordis qui in habitat.

11. Deo patri gloria,
par sit honor filio,
Compar sit spiritui
gratiarum actio.

B fol. 91b. — 4, 1 Ligatis. — 4, 2 inter. — 4, 4 quosque vel vota.

186. (76.) Ad Laudes.

1. Ecce, domus Domini,
en, fidelis populus,
Psalmis, hymnis, canticis
vacans spiritalibus.

2. Christus, cuius domus est,
ipsam sibi protegat
Et ovile proprii
gregis pastor muniat.

3. Canum spiritalium
tutelam adhibeat,
Lupos invisibiles
super illos arceat.

4. Angelorum praesidens
semper in custodia
Ad fidelis populi
vigilet praesidia.

5. Ad superbum zabulon
conterendum Michael,
Ad medendum sauciis
dirigatur Raphael.

6. Corda titubantium
Gabriel corroboret
Et perseverantia
stantes idem adiuvet.

7. Nusquam, cum sit regis hoc
caelestis palatium,
Ministris caelestibus
decet esse vacuum.

8. Horum ministerio
disponantur omnia,
Qui norunt, quae Domino
sint vel non sint placita.

9. Christi vota populi
ipsi preces offerant,
Et, quid ipse voveat,
quid precetur, doceant.

10. Nihil cassis precibus,
nihil votis irritis
Hic fideles postulent
vel sibi vel aliis.

11. Quisquis hic fidelium
preces Deo fuderit,
Impetrasse gaudeat
se, quidquid petierit.

12. Giezita nullus hic,
nullus Simoniacus
Corrumpat haereticis
gregem Christi pestibus.

13. Quos a domo propria
per semet expulerit,
Iram eius sentiat,
quisquis hos reduxerit.

14. Deo patri gloria,
par sit honor filio,
Compar sit spiritui
gratiarum actio.

B fol. 91b. — 6, 2 Gabriel. — 10, 2 vocis. — 11, 1 Quis hic fidelium. — 12, 1 Hiezita —

Libellus Tertius.

Praefatio.

Superioribus duobus libellis cotidianos feriarum hymnos et sollemnitatum divinarum proprios digessimus. Nunc vero superest ad caelestis gloriam regis et communem fidelium exhortationem ipsam quoque superni curiam palatii debitis hymnorum, prout possumus, efferre praeconiis. In quo quidem opere ipsi me praecipue adiuvent meritis, quorum gloriosae memoriae qualiumcunque laudum munuscula cupio persolvere juxta quod scriptum est „*Memoria iusti cum laude*" et iterum „*Laudemus viros gloriosos.*"

Vos quoque obsecro, sorores carissimae Christoque dicatae, quarum maxime precibus hoc opus agressus sum, vestrarum adiungite devotionem orationum, illius memores beatissimi legislatoris, qui plus orando quam populus potuit dimicando. Et ut caritatem vestram in orationum copia largam inveniam, pensate diligenter, quam prodigam vestra petitio nostram habeat facultatem. Dum enim divinae gratiae laudes pro nostri ingenioli [modo] prosequi studeremus, quod de ornatu deest eloquentiae, recompensavimus hymnorum multitudine, singulis videlicet singularum sollemnitatum nocturnis proprios componentes hymnos, cum unus solummodo hucusque hymnus in festis quoque sicut in feriis ad nocturnos praecineretur.

Quattuor itaqua hymnos singulis festivitatibus ea ratione decrevimus, ut in unoquoque trium nocturnorum proprius decantetur hymnus et laudibus insuper matutinis non desit suus. Ex quibus rursus quattuor instituimus, ut duo in vigilia pro uno conjungantur hymno, et duo reliqui similiter ad vesperas ipso die sollenni recitentur, aut ita bini et bini in singulis vesperis dividantur, ut cum duobus prioribus psalmis unus, cum duobus reliquis alius decantetur. De cruce autem, memini, quinque conscripti sunt hymni, quorum primus singulis praeponatur horis, invitans diaconem crucem de altari tollere et in medio chori afferre atque ibidem eam quasi adorandam ac salutandam statuere, ut in eius quoque praesentia tota per singulas horas peragatur sollemnitas.

187. (77.) In Festis Beatae Mariae.

In 1. Nocturno.

1. Deus, Dei verbum,
Patri coaeternum,
Mens ex Deo nata,
Nata non creata.

2. Per quam factus mundus,
Per quam reparatus,
Votis supplicantum
Intende servorum.

3. Iudex noster, Christe,
Nostri miserere,
Ignosce nunc bonus,
Ne condemnes iustus.

4. Esto nobis natus,
Esto nobis passus,
Qui das spem salutis
In utroque nobis.

5. Ne sit nasci vanum,
Ne sit pati cassum,
Nec insultet hostis
Nobis in te fisis.

6. Uni sit et trino
Perpes Deo honor,
Ex quo, per quem cuncta,
In quo sunt creata.

B fol. 92a. — C fol. 129b. — Brev. ms. Gorziense saec. 13/14. Cod. Spinalien. 204 (97). S. — 2, 1 Per quem BS. — 2, 2 Per quem BS. — 2, 3 supplicantium B. — 3, 4 iustum B. — In S steht dieser und die folgenden Hymnen „In Conceptione BMV."

188. (78.) In 2. Nocturno.

1. Mater pietatis,
Assis pia nobis
Nec spe sua fraudes
De te praesumentes.

2. Per te Dei factus
Ad nos est descensus,
Per te conscendendum
Nobis est ad ipsum.

3. Per te reducamur,
Qui te profitemur
Eius ad nos portam
Et ad eum nostram.

4. Uni sit et trino
Perpes honor Deo,
Ex quo, per quem cuncta,
In quo sunt creata.

B fol. 92a. — C fol. 130a. — Brev. ms. Gorziense saec. 13/14. Cod. Spinalien. 204 (97). S. — 2. 2 est fehlt B. — 3, 4 Et ad Dominum nostram S. — 4, 1 Cui (falsche Initiale) B. — In S unmittelbar mit Nr. 186 (76) verbunden.

189. (79.) In 3. Nocturno.

1. Mater salvatoris,
Vide, quid dicaris,
Pensa singularem
Nominis honorem.

2. Comple dictum facto
Sed labore nullo,
Quod vis, una prece
Reos absolvente.

3. Iure quippe matris,
Quidquid postulabis,
Apud tam benignum
Impetrabis natum.

4. Sanctam matrem iustus
Non offendet natus,
Nec ferent repulsam
Tuae preces ullam.

5. Virtus sanctitatis
Et potestas matris
Quantumcumque magnum
Obtinebunt donum.

6. Preces supplicantis
Non contemnet matris,
Qui parere patri
Iubet sive matri.

7. Uni sit et trino
Perpes honor Deo,
Ex quo, per quem cuncta,
In quo sunt creata.

B fol. 92b. — C fol. 130a. — Brev. ms. Gorziense saec. $\frac{13}{14}$. Cod. Spinalien. 204 (97). S. — 2, 3 Quodvis S: Quamvis B. — 3, 1 Aure quippe B. — 5, 3 sq. und 6. 1 fehlen S.

190. (80.) **Ad Laudes.**

1. Singularis mater,
Quia virgo semper,
Mater, et hoc Dei,
Ad te clamant rei.

2. Ad te nos clamantes,
Ad te suspirantes
In districta causa
Iuves advocata.

3. Opem quodam modo
Toti debes mundo,
Quam velut ex iure
Postulamus a te.

4. Totum id honoris
Nacta es pro nobis,
Ut sis vitae porta
Sicut mortis Eva.

5. Ad hoc es creata,
Ad hoc praeelecta,
Causam recognosce
Et effectum comple.

6. Mundo debes opem,
Mundus tibi laudem,
Spes post Deum nostra,
Nobis Deum placa.

7. Uni sit et trino
Perpes honor Deo,
Ex quo, per quem cuncta,
In quo sunt creata.

C fol. 130b. — Brev. ms. Gorziense saec. $\frac{13}{14}$. Cod. Spinalien. 204 (97). S. — 1, 3 Et haec Dei; Mater fehlt S. — 2, 4 vives C. — 3, 4 ad te S. — 4, 2 Nata es CS. — 4, 3 sic in te porta. C.

191. (81.) **In festis ss. Angelorum.**

In 1. Nocturno.

1. Angelorum hominumque
factor et dispositor,
Immo rerum quarumcunque
tam rector quam conditor,
Id, quo vivit, quisque perdit
tuae laudis immemor.

2. Illi sursum, hi deorsum
iuges agant gratias,
Caeli summa, terrae ima
laudes reddant consonas,
Nullas laude fas sit esse
partes mundi vacuas.

3. Nullum tempus, nullus locus
creatoris omnium
Laude vacet, cuius nunquam
cessat beneficium,
Malis quoque quibuscumque
finem servans optimum.

4. Ex quo, per quem, in quo cuncta,
perpes ipsi gloria,
Cuius regnum sine fine
regna regit omnia,
Ad adventum cuncta suum
disponuntur saecula.

C fol. 186b. — 1, 5 id quod vivit. — 2, 1 hic deorsum. — 2, 2 agunt. — 4, 3 Cuius regni. — 4, 5 Et adventum.

192. (82.) In 2. Nocturno.

1. Mulieris decem drachmas
designavit Dominus,
Quarum una sit amissa
novem remanentibus,
Quo beati distinguuntur
a lapsis spiritibus.

2. Novem esse supernorum
ordines spirituum
Expletisque locis sacrum
tradidit eloquium,
Nec cum suis inde lapsum
praeterivit zabulum,

3. Quorum quidem detrimentum
tamquam drachmam perditam
Restaurare Deus volens
et ovem centesimam
Reportare pius pastor
nos elegit decimam.

4. Ex quo, per quem, in quo cuncta,
perpes ipsi gloria,
Cuius regnum sine fine
regna dedit omnia,
Ad adventum cuncta suum
disponuntur saecula.

C fol. 186b.

193. (83.) In 3. Nocturno.

1. Quam felices supernorum
agminum exercitus,
Quorum summum regem Deum
Sabaoth hinc dicimus!
Pollet in his proeliator
Michael magnificus.

2. Quo pugnante cum dracone
fit in caelo proelium,
Donec ille pulsus inde
casum ferat maximum,
Atque Deo persolvatur
gratiarum canticum:

3. Facta salus est et virtus,
regnum et potentia
Dei nostri sive Christi
pulsa iam nequitia,
Fratres nostros incessanter
accusare solita.

4. Ex quo, per quem, in quo cuncta,
perpes ipsi gloria,
Cuius regnum sine fine
regna regit omnia,
Ad adventum cuncta suum
disponuntur saecula.

C fol. 188b. — 2, 5 persolvantur. — 3, 3 Omni nostri sive Christi.

194. (84.) Ad Laudes.

1. Quis ut Deus, tam virtute
protestans quam nomine,
Hic bellator Dei fortis
et contritor Satanae,
Intumentem calcans anguem
os transfigit cuspide.

2. Huius nobis bellatoris
opem postulantibus,
Quos infestat incessanter
idem adversarius,
Nostra, Deus, spes et salus,
non differri quaesumus.

3. Quo pro nobis dimicante
victus cedat zabulus
Et cum suis hoc expulso
pravis satellitibus
Mens quieta tibi vacet
et exsultet spiritus.

4. Ex quo, per quem, in quo cuncta,
perpes ipsi gloria,
Cuius regnum sine fine
regna regit omnia,
Ad adventum cuncta suum
disponuntur saecula.

C fol. 188 b. — 2, 6 deferri.

195. (85.) In festis Apostolorum.

In 1. Nocturno.

1. Apostolici
culmen ordinis
Novis recreat
mundum gaudiis,
Quem exhilarat
festis annuis.

3. Tamquam pedites
sancti reliqui
Abstinentiae
longae dediti
Non deficiunt
castris Domini.

2. Hi signiferi
sunt ecclesiae,
In dominica
duces acie,
Post hos martyrum
laus militiae.

4. Perpes gloria
regi perpeti,
Exercituum
Christo principi,
Patri pariter
et spiritui.

B fol. 92 b. — C fol. 207 b. — 2, 1 Alii signiferi B. — 4, 5 Pariter patri B.

196. (86.) In 2. Nocturno.

1. Apostolicis
recte laudibus
Cunctis intonat
mundus partibus,
Per quos cunctis est
Deus cognitus.

3. Ad hoc omnium
linguis praediti
Et miraculis
erant splendidi,
Verbo pariter
et re maximi.

2. Apud Israel
notum antea
Nomen Domini,
nunc ad omina
Per hos prodiit
mundi climata.

4. Perpes gloria
regi perpeti,
Exercituum
Christo principi,
Patri pariter
et spiritui.

B fol. 92 b. — C fol. 207 b. — 2, 5 progigis B.

197. (87.) **In 3. Nocturno.**

1. Regum solia,
philosophici
Celsas cathedras
magisterii
Hi subiciunt
iugo Domini.

2. Vires bellicas
plebs invalida,
Eloquentiam
lingua rustica,
Mundum subigit
turba modica.

3. Inde gladiis
reges dimicant,
Hinc philosophi
verbis intonant,
Sed miraculis
victi supplicant.

4. Perpes gloria
regi perpeti,
Exercituum
Christo principi,
Patri pariter
et spiritui.

B fol. 92b. — C fol. 209a. — 1, 3 Celsas modo B. — 2, 1 Sires bellicas B. — 2, 5 subigi C.

198. (88.) **Ad Laudes.**

1. Stulta saeculi,
mundi infima
Christus eligens
sapientia
Quaeque conterit
et sublimia.

2. Nil urbanitas
hic rethoricae,
Nil verbositas
agit logicae,
Sed simplicitas
fidei sacrae.

3. Eloquentia
cessit Tullii,
Tace, dictum est
Aristoteli,
Leges proferunt
mundo rustici.

4. Perpes gloria
regi perpeti,
Exercituum
Christo principi,
Patri pariter
et spiritui.

B fol. 92b. — C fol. 209a. — 2, 4 agit fehlt B.

199. (89.) **De ss. Petro et Paulo.**

Hymnus prior.

1. Piscatoria
modo linia
Imperatoris
saepe genua
Deo supplicant
procumbentia.

2. Non impar Paulus
vitae merito
Diademate
pollet gemino,
Virgo candido,
martyr rubeo.

3. Beatissimos
mundi principes,
Bello socios,
morte comites,
Haec ad superos
transmisit dies.

4. Perpes gloria
regi perpeti,
Exercituum
Christo principi,
Patri pariter
et spiritui.

B fol. 93a. — 1, 1 Piscatoris. — 2, 6 rybes.

200. (90.) Hymnus alter.

1. Princeps apicis
apostolici,
Pastor ovium
gregis Domini,
Has custodia
serva vigili.

3. Prote claviger
aulae caelicae,
Fores aperi,
manum porrige,
Quos ad Dominum
ducis, suscipe.

2. Arte melius
utens pristina,
Piscans homines
trahe retia,
Complens Domini
sic pollicita.

4. Perpes gloria
regi perpeti,
Exercituum
Christo principi,
Patri pariter
et spiritui.

B fol. 93 a. — C fol. 143 a. — 1, 5 custodias C. — 3, 1 Fonte clavier B. — 3, 6 ducit C.

201. (91.) De sancto Paulo.

1. Tuba Domini,
Paule, maxima,
De caelestibus
dans tonitrua,
Hostes dissipans
cives aggrega.

3. Mane Beniamin
praedam rapuit,
Escas vespere
largas dividit,
Vitae ferculis
mundum reficit.

2. Doctor gentium
es praecipuus,
Vas in poculum
factus omnibus,
Sapientiae
plenum haustibus.

4. Hic rhinoceros
est indomitus,
Quem ad aratrum
ligans Dominus,
Glebas vallium
frangit protinus.

5. Perpes gloria
regi perpeti,
Exercituum
Christo principi,
Patri pariter
et spiritui.

B fol. 93 a. — C fol. 134 b. — 4, 1 Sic (falsche Initiale) B.

202. (92.) De s. Iohanne Evangelista.

1. Caelo celsius
volans aquila,
Ad dominici
sinus abdita
Nidi contulit
habitacula.

2. Solis intuens
illic radios
Summo iubare
beatissimos
Visum reficit,
pascit oculos.

3. Ex substantia
solis ignea
Calor prodiens
et lux genita
Oblectamina
praebet maxima.

4. Perpes gloria
regi perpeti,
Exercituum
Christo principi,
Patri pariter
et spiritui.

B fol. 93 a

203. (93.) In festo Evangelistarum.

In 1. Nocturno.

1. Quadrigae Christi vehiculum
Torcular gestat dominicum,
Quo botrus pressus in poculum
Reficit corda fidelium.

2. Scripturae textum dominicae
Quadrigae corpus intellege,
Qua Dei verbum innumerae
Delatum tenent ecclesiae.

3. Quadrigae rotae volumina
Quattuor sunt evangelica,
Quorum scriptores clarissima
Promeruere sollemnia.

4. Gloria patri et filio
Spirituique paraclito,
Uni tam Deo quam Domino,
Cum sint personae tres numero.

B fol. 93 a. — C fol. 205 a. — 2, 1 testum B. — 3, 2 evangelia C.

204. (94.) In 2. Nocturno.

1. Torcular crux est dominica,
Botrum hic Christum considera,
Vecte suspensum hunc mystica
Praefiguravit historia.

2. Hunc deferentes ad populum
Fertilitatis indicium
Hi sunt, qui crucis mysterium
Mundi salutem aperiunt.

3. Prior non videns, quem baiulat,
Christi prophetas significat,
Is qui succedit, ut videat,
Visa narrantes hos denotat.

4. Gloria patri et filio
Spirituique paraclito,
Uni tam Deo quam Domino,
Cum sint personae tres numero.

B fol. 93a. — C fol. 205a. — 1, 3 Vestel.

205. (95.) In 3. Nocturno.

1. Quattuor haec animalia
Variis formis distantia,
Visio refert prophetica
Apocalypsisque mystica.

2. A dextris homo concipitur,
Eique leo coniungitur,
Vitulo laeva conceditur,
Aquila superextollitur.

3. Alis quaternis hae praedita
Vel faciebus sunt singula,
Oculis plena sunt corpora,
Ut nec his dorsa sint vacua.

4. Gloria patri et filio
Spirituique paraclito,
Uni tam Deo quam Domino,
Cum sint personae tres numero.

B fol. 93b. — C fol. 207a. — 1, 1 Quatuor sunt haec B. — 1, 2 distentia C. — 3, 4 sunt C.

206. (96.) Ad Laudes.

1. Eunt cum illis euntibus
Atque stant rotae cum stantibus,
Levantur cum se levantibus,
Cum iis vitae sit spiritus.

2. Pedes eorum pedes recti,
Plantaque pedis ut vituli,
Tamquam ex aere sint candenti,
Scintillae visae sunt progredi.

3. Carbonum instar ardentium,
Lampadum habent splendentium,
In modum visa micantium
Ire, redire sunt fulgurum.

4. Gloria patri et filio
Spirituique paraclito,
Uni tam Deo quam Domino,
Cum sint personae tres numero.

B fol. 93b. — C fol. 207a. — 1, 1 Sunt cum illis B. — 1, 3 cum elevantibus B. — 1, 4 Cum his B; Cum hiis C. — 2, 3 ex fehlt C. — 3, 4 fulgorum BC.

207. (97.) In festis Martyrum.

In 1. Nocturno.

1. Scutum Deus omnium
Et corona martyrum,
Tam causa certaminum
Quam palma certantium.

Per inermes dimicas
Et armatos superas,
Intus arma fabricas.
Quibus pugnat caritas.

His confisa
bene virtus
Nudum hosti
praebet pectus,
Quam a dextris
Et sinistris,
Muniunt
A laesuris
Universis
Protegunt,
In hanc pugnae
Quantaecunque
Saeviunt
Spes securam.
Fides certam
Faciunt.

2. Per hanc pectus martyris
Turris fortitudinis,
In cunctis periculis
Persistit immobilis.

Eriguntur machinae
Hinc illinc innumerae,
Diriguntur saxeae
Moles in hanc undique.

Pugnat totus
mundus extra,
Salvat unus
Deus intra,
Ferro, flammis
Caecus hostis
Saeviens,
Nescit, intus
Quae sit virtus
Protegens.
Crebros ictus
Dat assultus
Vehemens,
Sed est intus
Dei virtus
Praevalens.

3. Multae sunt,
magna sunt
In sanctos proelia,
Pauca vel
parva sunt,
Quantum ad praemia;
Cuius haec
dona sunt,
Regi sit gloria.

B fol. 94a. — C fol. 184a. — 1, 1 Acutum Deus C. — 2, 6 illic C. — 2, 9 Pugnat thoris B. 2, 13 Ferro flaminis C. — 2, 14 secus hostis B. 2, 16 Noscunt intus B.

208. (98.) **In 2. Nocturno.**

1. Exquiruntur omnia
Tormentorum genera,
Ut probetur maxima
Martyrum constantia.

Fornax aurum excoquit
Sicque purum efficit,
Vim sinapis accipit,
Dum quis eam atterit.

Exercentur
ferramenta.
Damno suo
parant cuncta.
Consumuntur,
Dum tunduntur
Lapides,
Hebetantur,
Dum dolantur
Arbores,
Illis malos,
Istis bonos
Compares,
Cum affligi
Vides Christi
Milites.

2. Probra, carcer, vincula,
Flagella, spectacula,
Nuditas, inedia
Poenae sunt praeludia.

Flammis, aquis, gladio,
Ungulis, eculeo
Omnique patibulo
Pugnatur in ultimo.

Sed ut poena
protendatur,
Poenae finis,
mors differtur,
Optant mori
Diu torti
Martyres,
Sed, qui necant,
Mori vetant
Principes;
Delicatae
Viris mixtae
Virgines,
Ut in poena
Sunt in palma
Comites.

3. Multa sunt,
magna sunt
In sanctis proelia,
Pauca vel
parva sunt,
Quantum ad praemia;
Cuius haec
dona sunt,
Regi sit gloria.

B fol. 94b. — C fol. 184b. — 1, 7 Sinapis vim B. — 1, 8 quis eans B. — 1, 14 tontuntur B. — 1, 23 videns B. — 2, 5 Flaminis C.

209. (99.) In 3. Nocturno.

1. Pugnant mundi principes,
Daemonum satellites,
Vincunt Christi milites
Voti sui compotes.

Nec huic militiae
Vel tantae victoriae
Praemiique gloriae
Desunt quoque feminae.

Sicut fortis
sic infirmus
Pugnat et tri-
umphat sexus,
Ut haberent
summi regis acies
Suas quoque
cum viris amazones,
Quae, quo magis
natura sunt debiles,
Palmae harum
magis sunt mirabiles.

2. Viri cum uxoribus,
Fratres cum sororibus,
Filii cum matribus
Belli stant congressibus.

Virum uxor animat,
Natos mater roborat
Et caelo regenerat,
Quos terra genuerat,

Ipsos statim
secutura
Holocaustum
Christo facta.
Soror fratrem
provocat, ut dimicet,
Et tam verbis
quam exemplis admonet;
Quid hic agant,
nisi pugnent, iuvenes,
Cum bellantes
intuentur virgines?

3. Multa sunt,
magna sunt
In sanctos proelia,
Pauca vel
parva sunt,
Quantum ad praemia;
Cuius haec
dona sunt,
Regi sit gloria.

B fol. 94 b. C fol. 185 a. — 2, 17 hic fehlt B. — 2, 20 intuantur C.

210. (100.) Ad Laudes.

1. Turris his Davidica
Certa dat praesidia,
Habens ad munimina
Scuta, propugnacula.

Armatura fortium
Omnis haec est omnium,
Ad quorumvis hostium
Propulsandum impetum.

Hinc athletae
pugnant Christi
Et irrident
hostes tuti.
Adamante
bitumen robustius
Nec securis
dissipat nec malleus,
Circumsaeptus
miles hic ab hostibus
Cassis horum
insultat conatibus.

2. Hac nos quoque, Domine,
Turre semper protege,
Vallo nos et aggere
Tuo vallans undique.

Ne quis hosti pateat
Aditus, quo feriat,
Hic te quisquis invocat,
Tutos somnos capiat.

Et quo sumus
plus ignavi,
Ope muni
nos maiori.
Qui si palma
non pollemus militum,
Vice quadam
assistamus peditum;
Si victorum
non meremur bravium,
Evasisse
satis sit periculum.

3. Multa sunt,
magna sunt
In sanctis proelia,
Pauca vel
parva sunt,
Quantum ad praemia;
Cuius haec
dona sunt,
Regi sit gloria.

B fol. 94b. — C fol. 185b. — 1, 1 Curris C. — 1, 3 Habent B. — 2, 14 Non pollemus nostrum B.

211. (101.) In festo Innocentum.

In 1. Nocturno.

1. Ad caelestis
Ortum regis
Rex terrenus
Ius aufferri
Sibi timet
Principatus.

2. Inauditum
Stellae signum
Ubi narrant,
Civitatem
Atque regem
Magi turbant.

3. Hinc commotus
Rex iniquus
In infantes,
Ut infantum
Perdat unum,
Perdit plures.

4. Propter unum
Multi Christum
Sunt perempti,
Sed per unum
Omnes Christum
Coronati.

B fol. 93b. - C fol. 26a.

212. (102.) **In 2. Nocturno.**

1. Rex tyrannos
Universos
Supergressus
Et plus ipsis
Quoque feris
Inhumanus

2. In infantes
Ut in hostes
Castra cogit
Et in nullos
Nisi suos
Arma vertit.

3. Furor irae
Nec ferinae
Comparandus
Perdit eos,
Quos arreptos
Fovet lupus.

4. Ad mandatum
Regis datum
Generale
Nec ipsius
Infans tutus
Est a caede.

5. Ad Augustum
Hoc delatum
Risum movit,
Et rex mitis
De immitti
Digne lusit:

6. Malum, inquit,
Est Herodis
Esse natum,
Prodest magis
Talis regis
Esse porcum.

B. fol. 93b. — C fol. 26a. — 5, 2 dilatur B.

213. (103.) **In 3. Nocturno.**

1. Ad lactantum
Sinus matrum
Ut ad castra
In lactantes
Ruit omnes
Plebs armata.

2. Ad micantem
Infans ensem
Laetabundus
Irruenti
Ridet hosti
Perimendus.

3. Quid est dictu
Vel auditu
Tam stupendum,
A natura
Quid humana
Tam remotum?

4. Quid, Herodes,
Metu langues
Super Christo?
Non est meum,
Inquit, regnum
De hoc mundo.

5. In aeternis
Non caducis
Iste regnat,
Non haec tollit
Neque cupit,
Qui dat illa.

B fol. 93b. — C fol. 28a. — 1, 1 laetandum B. — 3, 3 Tamquam stupendum B. — 3, 4 sqq. Quid a natura humana tam remotum B. — 4, 4 sqq. Non meum inquit regnum est de hoc mundo B.

214. (104.) Ad Laudes.

1. Est in Rama
Vox adita
Rachel flentis,
Super natos
Interfectos
Eiulantis.

2. Lacerata
Iacent membra
Parvulorum
Et tam lacte
Quam cruore
Rigant humum.

3. His incumbens
Orba parens
Eiulando
Recollecta
Fovet frusta
Sinu pio.

4. Tundit pectus,
Scindit sinus
Caecus furor,
Quem maternus
Et humanus
Facit amor.

5. Interfecti
Sunt inviti,
Sed pro vita;
Meritorum
Fuit nullum,
Merces multa.

6. Merces ipsa
Fuit vita,
Quam et ipsi
Moriendo,
Non loquendo
Sunt confessi.

B fol. 94a. — C fol. 28a. — 1, 6 epilantes B. — 3, 5 frustra BC. — 3, 6 Sic cupio B. — 4, 1 Fundit pectus B. — 4, 2 sinus scindit B.

215. (105.) De sancto Dionysio.

Hymnus prior.

1. Ave, praesul, laus praesulum,
Ave, martyr, laus martyrum,
Philosophorum maxime,
Galliarum apostole.

2. Per te Gallorum populum
Insolentem, indomitum
Virtus superna domuit
Hisque iugum imposuit,

3. Tu vero, tu miraculis
Hos convertens ab idolis
Abstulisti diabolo,
Quos mancipasti Domino.

4. Ora, pater, pro omnibus,
Dionysi, fidelibus,
Sed pro regno praecipue,
Quod acquisisti sanguine.

5. Laus patri sit ingenito,
Laus eius unigenito,
Paraclito par gloria
Super tam grata victima.

C fol. 193a. — 3, 3 Abstulit. — 5, 3 per gloria.

216. (106.) Hymnus alter.

1. O vere Christi militem,
Deo dignum antistitem,
Cuius dum agis proelia,
Factus es eius hostia.

2. Ipsi te sacrificium
Obtulisti gratissimum,
Qui pro se cunctis unicam
Obtulit patri victimam.

3. Nec tanti sacrificii
Missae desunt discipuli,
Cum quibus sacras hostias
Tractare consueveras.

4. Ius amittit mortalitas.
Dum caput tuum baiulas,
Caput recisum gladio,
Ut offeras hoc Domino.

5. Laus patri sit ingenito,
Laus eius unigenito,
Paraclito par gloria
Super tam grata victima.

C fol. 193a. — 3, 4 consueverat.

217. (107.) De sancto Aigulpho.

1. Aigulphi martyris
sunt natalitia,
Stella cum oritur,
in caeli rutila
De terris evolat,
sidus ad sidera,
Soli perpetuo
sedens in dextera,

2. Dextram martyribus
dignum est cedere,
Quam ipsi proprio
merentur sanguine.
Qui in palatio
terrenae curiae,
Illi regi primi sunt,
quos ornant purpurae.

3. Triumphat duplici
victor martyrio:
Vita monastica
primum, post gladio,
Christi vestigia
secutus plurimum,
Passus a filiis
consummat praemium.

4. Sed, quod delinquitur
a falsis monachis,
Devoti redimunt
eiusdem ordinis,
Privigni super hoc
testis est oppidum,
Beati corporis
talento praeditum.

C fol. 180a.

218. (108.) De sancto Eustachio.

Hymnus prior.

1. Exaltent curiae
caelestis milites,
Ipsis qui cupiunt
adiungi, comites,
Quorum collegio
martyr egregius
Adiunctus hodie
fulget Eustachius.

2. Magister militum
in terris praeerat,
Nunc gemma martyrum
in caelis emicat,
Alter Cornelius
piis operibus
Gentilis meruit
addi fidelibus.

3. Venantem Dominus
illum venatus est,
Credens in Dominum
mox baptizatus est,
Coniunx cum coniuge
duoque liberi
Sacri participes
facti sunt lavacri.

4. Percepta lavacri
confestim gratia
Summos examinat
summa miseria,
Ut aurum offerant
Deo se purius,
Quod mortem praevenit,
fit morte gravius.

5. Cuius cor saxeum
horum temptatio,
Quod pectus ferreum
non mollit passio,
Quem non continuo
movet ad lacrimas
Tam miserabilis
horum calamitas?

6. Sed quod ad lacrimas
compellet pietas,
Aeternae relevet
palmae felicitas,
Et inter lacrimas,
inter suspiria,
Ad quae sic ventum est,
occurrent gaudia.

7. Laus iugis Domino
perpesque gloria,
Cuius sunt martyres
invicti gratia,
Ad quem dum cupiunt
per mortem [tendere],
Post mortem inchoant
perenne vivere.

C fol. 199b.

219. (109.) Hymnus alter.

1. Temptavit Satanas
Iob multo levius,
Quam Christi martyrem,
si scriptis credimus;
Cum rebus liberos
Iob quidem perdidit,
Sed ad solacium
uxorem habuit.

2. Iob inter cognitos
et caros perstitit,
Quibus miseriam
levare potuit,
Hic rebus omnibus
privatus exsulat
Et trahens coniugem
parvulos baiulat.

3. Pro naulo coniugem
nauta retinuit,
Arreptis parvulis
vir maerens abiit,
Doloris cumulo
quod solum decrat,
Captis et parvulis
temptator aggregat.

4. Nam ei paulo post
hunc lupus abstulit
Leoque alterum,
praesens id prospicit,
Rebus et coniuge
natisque perditis
Magister militum
servit rusticolis.

5. Job sua Dominus
duplo restituit
Et dies amplius
iucundos praebuit.
Sunt huic redditi
coniunx et liberi,
Palmae martyrii
ne desint socii.

6. O vere Domino
grata societas,
O ineffabilis
divina pietas!
Cum viro coniugem
simul ac liberos
Fides et passio
misit ad superos.

7. Laus iugis Domino
perpesque gloria,
Cuius sunt martyres
invicti gratia,
Ad quem dum cupiunt
per mortem [tendere].
Post mortem inochant
perenne vivere.

C fol. 200 a. — 2, 2 lavare. — 6, 7 et fehlt.

220. (110.) In festis Confessorum.

In 1. Nocturno.

1. Iustorum memoriam,
dignam laudibus,
Psalmis, hymnis, canticis
spiritalibus
Mater ovans
celebrat ecclesia,
Quorum fidens
postulat suffragia.
Summe pater,
Tibi grates
Et sollennes hostiae
De collatis
Tuae donis
Exsolvuntur gratiae,
Per quem sunt,
iusti quicunque sunt,
Per quem sunt,
beati quique sunt.

2. Horum bona dona sunt
tuae gratiae,
Horum laudes hymni sunt
tuae gloriae,
Laudat, quisque
laudat hos veraciter,
Te in ipsis,
ipsos in te pariter.
Horum festa
Celebrandi
Summa non est alia,
Nisi quaedam
Recitandi
Tua beneficia,
Per quem sunt,
iusti quicunque sunt,
Per quem sunt,
beati quique sunt.

3. In sanctis mirabili
Deo gloria,
Ex quo, per quem, in quo sunt,
quae sunt, omnia,
Cuius agit,
quidquid vult, potentia
Optimeque
disponit prudentia.
Quem et velle
Geri bene
Disponique singula,
Dubitari
Non permittit
Eius summa bonitas;
Per quem sunt,
iusti quicunque sunt,
Per quem sunt,
beati quique sunt.

B fol. 95a. — C fol. 177b. — 1, 6 celebret C. — 1, 7 fides C. — 1, 12 extolluntur gratiae C. — 1, 16 beati quicunque B; darüber: vel sine quo beati nulli sunt. — 2, 6 hos fehlt C. — 3, 1 mirabilis C. — 3, 4 quae sunt fehlen C. — 3, 6 quidquid ultra potentia C. — „In festo SS. Aegidii et Lupi" C.

221. (111.) In 2. Nocturno.

1. Tu, quae carnem edomet,
abstinentiam,
Tu, quae carnem decoret,
continentiam,
Tu velle, quod bonum est,
his ingeris,
Ac ipsum perficere
tu tribuis.
Instrumenta
Sunt hi tua,
Per quos mira peragis
Et humana
Moves corda
Signis et prodigiis,
Per quem sunt,
iusti quicunque sunt,
Per quem sunt,
beati quique sunt.

2. Obsessos daemonibus
ab his liberant,
Audacter languoribus
cunctis imperant,
Verbo paralyticis
subveniunt,
Leprae fert oratio
remedium.
Caecis visum,
Claudis gressum.
Vitam reddunt mortuis,
Quidquid petunt,
Per te possunt,
Qui, quae iubes, perficis;
Per quem sunt,
iusti quicunque sunt,
Per quem sunt,
beati quique sunt.

3. In sanctis mirabili
Deo gloria,
Ex quo, per quem, in quo sunt,
quae sunt, omnia,

Cuius agit,
quidquid vult, potentia,
Optimeque
disponit prudentia.
Quem et velle
Geri bene
Disponique singula,
Dubitari
Non permittit
Eius summa bonitas;
Per quem sunt,
iusti quicunque sunt,
Per quem sunt,
beati quique sunt.

B fol. 95a. — C fol. 178b. — 1, 1 edomant B.

222. (112.) **In 3. Nocturno.**

1. Praesens vita fuit his
sexta feria.
Qua Christo compassi sunt
abstinentia,
Sicut ipse
tolli crucem praecipit
Et se Paulus
crucifixum asserit.
Post hanc quies
animarum
subit tamquam sabbatum,
Stolam tandem
ab octava
reddes illis corporum.
Per quem sunt,
iusti quicunque sunt,
Per quem sunt,
beati quique sunt.

2. Persequentis gladius
illis defuit,
Sed paratus animus
huic adfuit,
Si non tulit
corpus ictus gladii.
Palmam tamen
habet mens martyrii.
Cesset lictor,
cessent cuncta
tormentorum genera,
Tu, qui cordis
es inspector,
ad hoc refers praemia.
Per quem sunt,
iusti quicunque sunt,
Per quem sunt,
beati quique sunt.

3. In sanctis mirabili
Deo gloria,
Ex quo, per quem, in quo sunt,
quae sunt, omnia;
Cuius agit,
quidquid vult, potentia,
Optimeque
disponit prudentia.
Quem et velle
Geri bene
Disponique singula,

Dubitari
Non permittit
Eius summa bonitas;
Per quem sunt,
iusti quicunque sunt,
Per quem sunt,
beati quique sunt.

B fol. 95a. — C fol. 178b. — 1, 8 crucifixus B. — 2, 4 habuit adfuit B. — 2, 7 Palam B.

223. (113.) **Ad Laudes.**

1. Iustorum exsequiae
laudes exigunt,
Impiorum funera
luctus ingerunt,
Hos ad vitam
mors aeternam evehit,
Illos duplex
mors in morte conterit.
Gravis ista
Sanctis vita
Carcer est et vincula,
His contritis
Ad te fugit
Erepta hinc anima;
Per quem sunt,
iusti quicunque sunt,
Per quem sunt,
beati quique sunt.

2. Ad te cum pervenerit
felix anima,
Quis narrare sufficit
eius gaudia?
Quae maiestas
illa sit, quam conspicit,
Quae circumstans
curia, quis dixerit?
Nemo miser
Illam potest
Gloriam conspicere,
Qua laetaris
Cum electis,
Ad quam et nos pertrahe;
Per quem sunt,
iusti quicunque sunt,
Per quem sunt,
beati quique sunt.

3. In sanctis mirabili
Deo gloria,
Ex quo, per quem, in quo sunt,
quae sunt, omnia,
Cuius agit,
quidquid vult, potentia,
Optimeque
disponit prudentia.
Quem et velle
Geri bene
Disponique singula,
Dubitari
Non permittit
Eius summa bonitas;
Per quem sunt,
iusti quicunque sunt,
Per quem sunt,
beati quique sunt,

B fol. 95a. — C fol. 179b. — 1, 12 erecta C. — 2, 7 circumstans cum stans B. — 2, 12 laetare B.

224. (114.) In Nativitate S. Iohannis Baptistae.

In 1. Nocturno.

1. Iohannis nativitas,
Praecursoris Domini,
Ad promissa gaudia
Corda monet populi.

2. Quantus iste fuerit,
Tradunt evangelia,
Et quam sanctis ceteris
Praesit excellentia.

3. Aliis tricesimum
Fructum afferentibus
Sive sexagesimum
Ditat hunc centesimus.

4. Deo patri gloria,
Par sit honor filio,
Cum patre spiritui
Compar veneratio.

C fol. 160a. — 4, 2 Pax sit.

225. (115.) In 2. Nocturno.

1. Huius ortum nuntians
Missus est archangelus
Idem, qui dominici
Postmodum fit nuntius.

2. Promissis incredulus
Pater mox obmutuit,
Donec natus parvulus
Usum linguae reddidit.

3. Domini praesentiam
Clausus adhuc utero,
Quam voce non poterat,
Prophetavit gaudio.

4. Deo patri gloria,
Par sit honor filio,
Cum patre spiritui
Compar veneratio.

C fol. 160a.

226. (116.) In 3. Nocturno.

1. Senex hunc et sterilis,
Illum virgo genuit,
In utroque gratia
Naturae praevaluit.

2. Duram eremiticae
Vitam solitudinis
Aetas eius tenera
Praemonstravit posteris.

3. Tantus hinc enituit
Tam verbo quam opere,
Ut eum praesumeret
Mundus Christum credere.

4. Quem prophetis omnibus
Christus ipse praetulit,
Quo maiorem neminem
Surrexisse docuit.

5. Deo patri gloria,
Par sit honor filio,
Cum patre spiritui
Compar veneratio.

C fol. 160b. — 3, 4 Christo. — 4, 1 Quam prophetis.

227. (117.) Ad Laudes.

1. Ad parandam Domino
Viam hic praemissus est,
Solus, ut et Dominum
Baptizaret, dignus est.

2. Huius testimonio
Veritas enituit,
Huius se praeconio
Commendari voluit.

3. Virginis et martyris
Stola pollens gemina,
Agni, quem exhibuit,
Institit vestigia.

4. Deo patri gloria,
Par sit honor filio,
Cum patre spiritui
Compar veneratio.

C fol. 160 b.

228. (118.) De sancto Benedicto.

1. Victimam nostrae tibi, Christe, laudis
Sanctitas eius faciat placentem,
Cuius hanc lucem facit esse lucis
Lucida vita.

2. Ipse pro nobis tibi supplicando
Impetret nobis veniam reatus,
Cuius ad laudem modulamur hymnum
Carminis huius.

3. Victor antiqui memorandus hostis
Nos sui fecit memores merendo;
Per preces eius memor esto nostri,
Christe benigne.

4. Voce praesaga Benedictus ante,
Postmodum nomen cumulavit ex te,
Gratiam tandem meritumque iungunt
Gaudia palmae.

5. Qualis in vita fuerit vir iste,
Quantus in signis, quibus et per illum
Terra doctrinis repleatur omnis,
Novimus omnes.

6. Terra delictis maledicta nostris
Proferens spinas tribulosque nobis
Uberes fructus benedicta reddit
Per Benedictum.

7. Ad quod et quendam quasi spiritalem
Sarculum mira fabricavit arte,
Regulam vitae speculumque verae
Philosophiae.

8. Gloriam summo super his parenti,
Gloriam verbo super his paterno,
Gloriam sanctum tibi neuma cuncti
Dent super istis.

C fol. 145a. — 5, 2 Quantus insignus.

229. (119.) De sancto Gilda.

1. Lucerna posita
super candelabrum
Gildae prudentia
vitaeque speculum
Verbis nos instruunt,
exemplis provocant,
Errantes corrigunt,
torpentes excitant.

2. Lucernam nobis hanc
lux vera contulit,
Quam non sub modio
concludi pertulit,
Stellam hanc naufragis
sol verus posuit,
Per quam ad patriam
ducatum praebuit.

3. Hic indeficiens
est tamquam Hesperus
Extremis imminens
terrarum partibus,
Ubi Britanniam
cingens Oceanus
Immensis aridam
contundit fluctibus.

4. Has partes incolens
gens armis strenua,
Cum his imminerint
belli discrimina,
Pro signo bellico
Gildae clementia
Tuta per gladios
procedunt agmina.

5. Cuius est [Ruia]
usa suffragiis,
Fides intrepida
stat et in proeliis.
Super his gloria
simul et aliis
Divinae gratiae
sit beneficiis.

C fol. 137a. — 1, 4 vitaque. — 4, 3 eminerint. — 4, 6 Gildam.

230. (120.) In Festis Virginum.

In 1. Nocturno.

1. Sponsa Christi
tam virgo quam martyr est,
Cuius palma
celebris haec dies est;
Palma duplex
festum praesens germinat,
Virgo carnem,
martyr hostem superat;
Hinc igitur
psalmi resonent,
Lectiones
inde concrepent.

2. Haec in viris
duplex palma rarior
Eminet in
feminis uberior,
Ut quo sexus
harum est infirmior,
Sit ipsarum
virtus mirabilior,
Et ipsarum
tanto gratior
Fit hostia,
quanto purior.

3. Integra tam
spiritu quam corpore,
Holocaustum
verum fit ex virgine;
Ad incensum
huius refer hostiae
Rufae typum
et tenellae vitulae;
Illic umbra,
sed hic veritas,
Si res signis
bene conferas.

4. Quae cor Deo
per se consecraverat,
Per lictorem
nunc et corpus consecrat;
Consecratus
Deo primum animus
Hosti corpus
exponit intrepidus.
Ipsi decus,
ipsi gloria,
Qui tot fecit
mirabilia.

B fol. 96a. — C fol. 218b. — 1, 2 quam mater est B. — 2, 5 quo fehlt B; quod C. — 2, 7 Sic B. — 4, 9 Christe decus B.

231. (121.) In 2. Nocturno.

1. Cum in sanctis
Deus sit mirabilis,
Praeminet in
martyrum victoriis,
Sed cum dat et
feminis victoriam,
Quis non cunctis
praeferat hanc gratiam,
Ut quo sexus
est fragilior,
Hoc sit virtus
mirabilior?

2. Exquisita
tormentorum genera
Feminarum
superat constantia,
Aut istarum
virtus est mirabilis,
Aut agonum
horum poena facilis;
Sed utrumque
geri melius
Disponente
Deo credimus.

3. Valida est
sicut mors dilectio,
Nec istius
ignis est instinctio,
Aquae multae
non possunt exstinguere
Caritatis
flammam invictissimae,
Nec est unquam
cum hac debilis
Sexus quantum-
cumque fragilis.

4. Quid barbati
dicturi sunt iuvenes,
Delicatae
cum haec ferant virgines?
Erubescat
ad haec sexus fortior,
Ubi tanta
sustinet infirmior.
Ipsi decus,
ipsi gloria
Qui tot fecit
mirabilia.

B fol. 96a. — 1, 2 sit Deus. — 1, 3 sq. in meritum victoriis. — 1, 5 et fehlt. — 1, 8 hanc fehlt. — 1, 9 quo fehlt.

232. (122.) In 3. Nocturno.

1. Quantum sponso
fidelis haec fuerit,
Tam ipsius
vita quam mors docuit,
Illa corpus
integrum custodiens,
Haec ipsius
holocaustum offerens;
Virgo sponsa,
virgo sponsus est,
Sponsa martyr,
sponsus martyr est.

2. Talem sponsum
talis sponsa decuit,
Quae secuta
sit, quocunque ierit,
Quos nec sacrae
carnis decor dividat,
Nec in morte
dispar amor pateat;
Subsequuntur
sponsum ceterae,
Haec incedit
iuncto latere.

3. Et regina
sponsi tenens dexteram,
Subsequentem
turbam habet ceteram,
In vestitu
deaurato renitet
Et coronas
supradictas possidet;
Certe aurum
hoc est optimum,
Incorruptum
est et rutilum.

4. Sertum rosis
intextum et liliis
Sunt insigne
martyris et virginis,
In odorem
Christo suavissimum
Martyr rosam,
virgo profert lilium.
Indumenta
dant insignia,
Candens byssus,
rubra purpura.

5. Pulchri gressus
eius sunt in calceis,
Quos et sponsus
collaudat in canticis,
Quis sit eius
ornatus, praedictum est,
Quo sit eius
progressus, dicendum est.
Ipsi decus,
ipsi gloria,
Qui tot fecit
mirabilia.

B fol. 96 b. — 1, 1 Quanto. — 2, 12 iucto. — 3, 7 Et quae coronas. — 3, 9 Ceterarum.

233. (123.) Ad Laudes.

1. Ut aurora
consurgens progreditur,
Quae caelestis
sponsi thoro iungitur,
Hic ut sponsa
foederata fuerat,
Illic tamquam
uxor iam cohabitat;
Hic in fide
facta foedera,
Illic in re
perpes copula.

2. Paranymphos
illic habet angelos,
Quos custodes
habuit hic proprios,
Ad superna
thalamorum gaudia
Illam pompa
deducit angelica;
Hinc obviam
virgo virgines,
Illinc martyr
habet martyres.

3. Cum ad sponsum
sic deducta venerit
Et in eius
complexu quieverit,
Qua fruatur
gloria, quis dixerit,
Quae mens tanta
gaudia conceperit?
Ad haec certe
nemo sufficit,
Nisi forte,
cum haec senserit.

4. Haec sunt illa,
quae non vidit oculus
Nec humanis
capi possunt cordibus,
Quae se Deus
praebet diligentibus,
Ab aeternis
parata temporibus.
Ipsi decus,
ipsi gloria,
Qui tot fecit
mirabilia.

B fol. 96 b. — C fol. 220 a. — 1, 4 choro C; iunguntur B. — 1, 5 Sicut sponsa B. — 1, 6 fecerit B. — 1, 9 Sic in fide B. — 2, 2 habent B. — 2, 4 habemus B. — 2, 8 deduxit C. — 2, 11 mater B. — 4, 2 oculos B.

234. (124.) In Festis SS. Mulierum.

In 1. Nocturno.

1. Ab utroque
sexu plagam traximus,
Ab utroque
medelam suscepimus,
Virum Deus
induit in virgine,
Quo salventur
tam viri quam feminae;
Orta salus
est ex femina,
Unde culpa,
coepit gratia.

2. Quo post culpam
sexus hic abjectior,
Per naturam
fuerat inferior,
Hoc nimirum
divina clementia
Hunc maiori
sublimavit gratia;
Quod ab eius
matre virgine
Per singulos
gradus inspice.

3. Quis sanctarum
eam aemulantium
Numerare
possit choros virginum?
Post has esse
quis nescit innumeras
Sacrum votum
amplectentes viduas.
Nec deesse
matrimonio,
Quae flagrent hoc
desiderio?

4. Post has omnes
si scorta respiciam
Magdalenae
iungens Aegyptiacam,
Ubi culpa
prius abundaverat,
Cerno, quia
virtus post exuberat.
Ipsi decus,
ipsi gloria,
Qui tot facit
mirabilia.

B fol. 95a. — 1, 8 tam vitae quam. — 2, 7 maiora. — 4, 4 ungens. — 4, 8 exhiberat.

235. (125.) In 2. Nocturno.

1. Post honorem
singularem virginis,
Quae sic pollet,
ut sit Dei genetrix,
Qua virtute
vel honore praediti
Sint istius
gradus sexus singuli,
Multiplici
rerum specie
Sacrae docent
nos historiae.

2. Paradisi
primus Adam incola
Extra factus
fuit intus femina,
Ut et locus
ipse sit indicio,
Quam excellens
harum sit creatio,
Quae de costa
viri conditae,
Fortes essent
velut osseae.

3. Haec in multis
fortitudo irruit,
Cum virorum
virtus exaruerit,
In exemplo
perstat iudex Debora
Et, quae stravit
Holofernem, vidua,
Sollemnemque
missam merita
Septem fratrum
mater inclita.

4. Iephte nata
victoris in proprium
Patris dextram
animavit iugulum,
Mori magis
eligens quam gratiam
Voto pater
fraudet sibi praestitam.
Ipsi decus,
ipsi gloria,
Qui tot facit
mirabilia.

B fol. 95 b.

236. (126.) **In 3. Nocturno.**

1. Si cum viris
feminas contendere
De virtute
liceat constantiae,
Quis virorum
mentis fortitudine
Adaequari
possit Iephte filiae,
Quae ne voti
pater reus sit,
Se victimam
patri praebuit?

3. Multi viri
factis excellentibus
Liberarunt
fideles ab hostibus,
Hesther sola
liberando populum
Hinc festivum
meruit praeconium,
Ut scilicet,
quam emineat
Feminarum
virtus, pateat.

2. Quid fecisset
in agone martyrum,
Si negare
cogeretur Dominum,
Unde tanta
virginis constantia
Quadam pollet
spiritali gratia,
Ut sollennes
hymni virginum
Virgineum
colant exitum.

4. Quantum quippe
sexus hic est fragilis,
Eo virtus
ipsius mirabilis
Maius laudis
exigit praeconium,
In praecelsum
erigenda titulum.
Ipsi decus,
ipsi gloria,
Qui tot facit
mirabilia.

B fol. 95 b.

237. (127.) **Ad Laudes.**

1. Ut ad nostra
veniamus tempora,
Quae divina
superfudit gratia,
Quis in ista
feminas praecellere
Non valebit
ex multis colligere,
Post Mariam
Annam intuens,
Elisabeth
quoque contuens?

2. Christi pedes
capit unguens mulier,
Christum eum
fecit corporaliter;
Sacerdotis
et regis mysteria
Suscepisse
constant hunc a femina,
Et qui eum
sexus peperit,
Sacramenta
quoque tradidit.

3. Et sepulto
ferens hic aromata
Resurgentis
prius vidit gaudia,
Et ex culpa
vilis magis femina
In hac omnes
antecessit gratia,
Ut pateat,
quanto gaudio
Peccantium
sit conversio.

B fol. 96b. — 3, 6 vile magis.

238. (128.) De S. Maria Magdalena.

Hymnus prior.

1. Peccatricis
beatae sollemnitas
Peccatores
maxime laetificat,
Post hanc nemo
desperet de venia,
Quantumcunque
praecedant flagitia,
Si lamenta
paenitentiae
Subsequentur
loco victimae.

2. Cor contritum,
tribulatus spiritus
Holocaustis
gratius est omnibus,
Ibi quisque
mactat intus vitia,
Hic mactantur
foris animalia;
Ibi quisque
se sacrificat,
Hic aliud
pro se immolat.

3. Ibi rerum
est ipsarum veritas
Hic figurae
quaedam [adest] falsitas,
Ibi corpus
hic est umbra corporis,
Illud manet,
cum haec evanuerit;
Hoc exhibens
felix meretrix
Res pro signis
ipsas obtulit.

4. Lacrimarum
pingue sacrificium,
Medullatum
holocaustum fletuum,
Multa brevi
consummarunt tempora
Impetrata
statim indulgentia.
Ipsi decus
ipsi gloria,
Super eius
tanta gratia.

B fol. 96b. — C fol. 163a. — 1, 3 bis Schlufs fehlen B. — 3, 6 hic est membra C.

239. (129.) Hymnus alter.

1. Paenitentum
severa correptio
Et eorum
longa satisfactio
Crebris carnem
edomant ieiuniis
Asperisque
cruciant ciliciis,
Et eiectos
ab ecclesia
Cunfundit
erubescentia.

2. In hac nihil
actum est hoc ordine,
Mitiorem
sensit Deum homine,
Rex et iudex
idem legem temperat
Nec attendit,
qui cor vere iudicat,
Tam temporis
longitudinem
Quam doloris
magnitudinem.

3. Pharisaeus
Domini clementiam,
Quam ignorat,
credit ignorantiam,
Et intra se
dum super hanc murmurat,
Iudex cordis
murmur hoc diiudicat,
Ut collatis
multis dixerit,
Cur veniam
haec meruerit.

4. Quam multorum
peccatorum vinculis
Quasi septem
absolvens daemoniis,
Quanti fides,
quanti sit dilectio,
Tam felici
docuit indicio.
Ipsi decus
ipsi gloria,
Super eius
tanta gratia.

C fol. 165a. — 3, 9 Et collatis.

240. (130.) In festo omnium Sanctorum.

In 1. Nocturno.

1. Sanctorum sollemnitas
Omnium,
Festiva iuncunditas
Hominum,
Fidelem laetificat
Populum.

2. Quod minus impendimus
Singulis,
Quas per annum colimus
Feriis,
In his laudum solvimus
Hostiis.

3. Sanctorum laus omnium.
Domine,
At te tamquam talium
Capite
Laudis sit exordium
Debitae.

4. Tuae sunt potentiae
Subdita,
Tuae sapientiae
Pervia,
Tuae cuncta gratiae
Gloria.

C fol. 198b.

241. (131.) **In 2. Nocturno.**

1. Porta caeli, siderum
Ianua,
Tam matrum quam virginum
Gloria,
Votis esto supplicum
Pervia.

2. Supernorum milites
Agminum,
Sic depellant acies
Daemonum,
Ut sit iugis requies
Hominum.

3. Quos nostrae custodiae
Deputas,
Horum nos iuvamine
Protegas,
Ut ad te nos, Domine,
Dirigas.

4. Tuae sunt potentiae
Subdita,
Tuae sapientiae
Pervia,
Tuae cuncta gratiae
Gloria.

C fol. 198b. — 1, 3 Tam martyrum quam. — 2, 3 Sic te pellant.

242. (132.) **In 3. Nocturno.**

1. Communis celebritas
Omnium
Iustorum memorias
Veterum
Natalibus aggregat
Martyrum.

2. Horum est parietum
Medius
Tam vatum quam martyrum
Maximus,
Laude Christi plurimum
Praeditus.

3. Post hunc sunt ecclesiae
Principes,
Post hos tui, Domine,
Milites,
Post utrosque denique
Pedites.

4. His chorus adiungitur
Virginum
Et rosis intexitur
Lilium,
Flos insignit croceus
Medium.

5. Trina florum talium
Specie
Sertum odoriferum,
Domine,
In te nitet omnium
Capite.

6. Tuae sunt potentiae
Subdita,
Tuae sapientiae
Pervia,
Tuae cuncta gratiae
Gloria.

C fol. 199a.

243. (133.) **Ad Laudes.**

1. Eversis altariis
Daemonum
Pantheon est idolis
Erutum,
Sanctorum memoriis
Deditum.

2. Huc plebs annis singulis
Confluens
Et cum clero pontifex
Veniens
Est in laudum hostiis
Vehemens.

3. Quod illic a capite
Coeptum est,
Ad membra rectissime
Tractum est,
Sicut et hic hodie
Patens est.

4. Quorum simul colimus
Gaudium
Laudantes pro omnibus
Dominum,
Adiuvemur precibus
Omnium.

5. Haec tuae militia
Curiae
Per sua suffragia,
Domine,
Sub tuo nos protegat
Nomine.

6. Tuae sunt potentiae
Subdita,
Tuae sapientiae
Pervia,
Tuae cuncta gratiae
Gloria.

C fol. 199a. — 2, 1 Hunc plebs. — 2, 5 in fehlt. — 5, 6 Domine.

B. Abaelardi Planctus.

244. (134.) **Planctus Dinae, filiae Iacob.**

1a. Abrahae proles,
Israel nata,
Patriarcharum
sanguine clara.

1b. Incircumcisi
viri rapina,
Hominis spurci
facta sum praeda,

1c. Generis sancti
macula summa,
Plebis adversae
ludis illusa.

R. Vae mihi miserae,
Per memet proditae!

2a. Quid alienigenas
Iuvabat me cernere?
Quam male sum cognita
Volens has cognoscere!

R. Vae mihi miserae,
Per memet proditae!

2b. Sichem, in exitium
Nate tui generis,
Nostris in opprobrium
Perpes facte posteris,

R. Vae tibi misero,
Per temet perdito!

2c. Frustra circumcisio
Fecit te proselytum,
Non valens infamiae
Tollere praeputium;

R. Vae tibi misero,
Per temet perdito!

3a. Coactus me rapere
Mea raptus specie,

3b. Quovis expers veniae
Non fuisses iudice.

4 a. Non sic fratres censuistis
Simeon et Levi,

4 b. In eodem facto nimis
Crudeles et pii.

5 a. Innocentes coaequastis
In poena nocenti,

5 b. Quin et patrem perturbastis
Ob hoc exsecrandi.

6 a. Amoris impulsio,
Culpae satisfactio

6 b. Quovis sunt iudicio
Culpae diminutio.

7 a. Levis aetas iuvenilis
Minusque discreta
Ferre minus a discretis
Debuit in poena.

7 b. Ira fratrum ex honore
Fuit lenienda,
Quem his fecit princeps terrae
Ducta peregrina.

8 a. Vae mihi,
Vae tibi,
Miserande
Iuvenis!

8 b. In stragem
Communem
Gentis tantae
Concidis.

1, 4 sunt. — 5 a, 2 nocente. — 7 b, 4 Ducta, nicht aucta Hs.

245. (135) Planctus Iacob super filios suos.

1 a. Infelices filii,
Patre nati misero,
Novi, meo sceleri
Talis datur ultio,
Cuius est flagitii
Tantum damnum passio,
Quo peccato merui
Hoc feriri gladio.

1 b. Ioseph, decus generis,
Filiorum gloria,
Devoratus bestiis
Morte ruit pessima;
Simeon in vinculis
Mea luit crimina,
Post matrem et Beniamin
Nunc amisi gaudio.

2 a. Ioseph, fratrum invidia,
Divina pollens gratia,
Quae, fili mi, praesagia
Fuerunt illa somnia?

2 b. Quid sol, quid luna, fili mi,
Quid stellae, quid manipuli,
Quae mecum diu contuli
Gerebant in se mystici?

3 a. Posterior
natu fratribus,
Sed amore
prior omnibus,
Quem moriens
mater Bennomin,
Pater gaudens
dixit Beniamin,

3 b. Blanditiis
tuis miserum
Relevabas
patris senium,
Fratris mihi
reddens speciem
Et decorae
matris faciem.

4 a. Pueriles naeniae
Super cantus omnes
Orbati miseriae
Senis erant dulces,

4 b. Informes in facie
Teneri sermones,
Omnem eloquentiae
Favum transscendentes.

5 a. Duorum solacia
Perditorum maxima
Gerebas in te, fili,
Pari pulchritudine
Repraesentans utrosque
Reddebas sic me mihi.

5 b. Nunc tecum hos perdidi
Et plus iusto tenui
Hanc animam, mi fili,
Aetate tu parvulus,
In dolore maximus
Sicut matri, sic patri.

6. Deus, cui servio,
Tu nos nobis facito
Vel apud te coniungi!

2 a, 4 somnia. — 4 a, 2 omnes cantus. — 5 b, 3 fili mi.

246. (136.) Planctus virginum Israel de filia Iephtae Galaaditae.

1 a. Ad festas
Choreas
Caelibes,

1 b. Ex more
Venite,
Virgines!

2 a. Ex more
Sint odae
Flebiles

2 b. Et planctus
Ut cantus
Celebres.

3 a. Incultae
Sint maestae
Facies

3 b. Plangentum
Et flentum
Similes!

4 a. Auratae
Sint longe
Cyclades,

4 b. Et cultus
Sint procul
Divites!

5 a. Galaditae
Virgo Iephtae
Filia,
Miseranda
Patris facta
Victima.

5 b. O stupendam,
Plus quam flendam
Virginem!
O quam rarum
Illi virum
Similem!

Annuos
virginum elegos
Et pii
carminis modulos,
Virtuti
virginis debitos,
Per annos
exigit singulos.

Ne votum
sit patris irritum
Promisso-
que fraudet Dominum,
Qui per hunc
salvavit populum,
In suum
hunc urget iugulum.

6 a. Victor hic de proelio
Dum redit cum populo,
Prior haec cum gaudio
Occurrit cum tympano.

Quam videns
Et gemens
Pater anxius
Dat plausum
In planctum
Voti conscius,
Triumphum
In luctum
Vertit populus.

Decepisti, filia,
Me, dux ait, unica,

Et decepta gravius
Nostra lues gaudia,
Quamque dedit Dominus,
Perdet te victoria

Illa refert: utinam
Meam innocentiam
Tantae rei victimam
Aptet sibi placitam!

. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

Immolare filium
Volens Abraham
Non hanc apud Dominum
Habet gratiam,
Ut ab ipso puerum
Vellet hostiam.

Puerum qui respuit,
Si puellam suscipit,

Quod decus
Sit sexus
Mei percipe
Uteri-
que tui
Fructus, inspice.
Quid mihi,
Quid tibi
Sit hoc gloriae.

6 b. Ut sexu sic animo
Vir esto, nunc obsecro,
. . . . . .
. . . . . .

Nec meae
Nec tuae
Obstes gloriae,
Si tuae
Praeferre
Me vis animae
Exemplo-
que pravo
Cunctos laedere.

Si natae dilectio
Praeferat hanc Domino,

Unaque tu Dominum
Offendes cum populo
Amittes et populum
Displicendo Domino.

Non est hic crudelitas,
Sed pro Deo pietas,
Qui, ni vellet hostiam,
Non daret victoriam.

Solvens ergo debitum
Placa, pater, Dominum,
Ne forte, cum placitum
Erit, non sit licitum.

Quod ferre non trepidat
Virgo tenera,
Inferre sustineat
Viri dextera,
Sponsio quem obligat
Voti propria.

Sed duorum mensium
Indulgebis spatium,

Quo valles
Et colles
Cum sodalibus
Peragrans
Et plorans
Vacem planctibus,
Quod sic me
Semine
Privet Dominus,

7. Sitque legis sanctio
Mea maledictio,

Nisi sit remedio,
Mundae carnis hostia,
Quam nulla pollutio
Nulla novit macula.

8 a. His gestis rediit
ad patrem unica,

8 b. Secreti thalami
subintrans abdita

8 c. Lugubris habitus
deponit tegmina.

9 a. Quae statim ingressa
balneum
Circumstante choro
virginum
Fessam se refovet
paululum,

9 b. Et corpus pulvere
squalidum
Laboreque viae
languidum
Mundat ac recreat
lavacrum.

10 a. Varias unguenti
species
Auratae continent
pyxides,
Quas flentes adferunt
virgines.

10 b. His illam condiunt
aliae,
Capillos componunt
reliquae
Vel vestes praeparant
dominae.

11 a. Egressa post paululum
Virgo lota balneum
Mittit patri nuntium,
Ut aram exstruat,
ignem acceleret,
Dum ipsa victimam
interim praeparet,
Quae Deo convenit,
principem condecet.

11 b. O quantis ab omnibus
Istud eiulantibus
Nuntium excipitur!
Urget dux populum,
ut haec accelerent,
Et illa virgines,
ut cultum properent
Et tamquam nuptiis
morti se praeparent.

12 a. Illa byssum propriis
Madefactam lacrimis,

12 b. Porrigit haec humidam
Fletu suo purpuram.

13 a. Auro gemmis
Margaritis
Variatum est monile,
Quod sic pectus
Ornat eius,
Ut ornetur magis inde.

Inaures et annulum
Cum armillis aureum
Virginis tenerrimum
Onerant corpusculum.

13 b. Rerum pondus
Et ornatus
Moram virgo iam non ferens
Lecto surgit
Et repellit,
Quae restabant, ita dicens:

Quae nupturae satis sunt,
Perituraе nimis sunt;
Mox, quem patri detulit,
Ensem nudum arripit.

14 a. Quid plura,
Quid ultra
Dicimus,
Quid fletus,
Quid planctus
Ginnimus?

Ad finem,
Quod tamen
Coepimus,
Plangentes
Et flentes
Ducimus.

14 b. Collectis
Circa se
Vestibus
In arae
Succensae
Gradibus

Traditus
Ab ipsa
Gladius
Peremit
Hanc flexis
Genibus.

15 a. O mentem
Amentem
Iudicis,
O zelum
Insanum
Principis!

O patrem,
Sed hostem
Generis,
Unicae
Quod nece
Diluit!

15 b. Hebreae
Dicite
Virgines,
Insignis
Virginis
Memores,

Inclitae
Puellae
Israel,
Hac valde
Virgine
Nobiles.

6 a, 21 ignocentiam. — 6 a, 40 qui sui. — 6 b, 14 Sinat te dilectio. — 6 b, 17 offendens. — 6 b, 18 Amittas.

247. (137.) Planctus Israel super Samson.

I.

1 a. Abyssus vere multa
Iudicia,
Deus, tua,
Eo plus formidanda,
Quo magis sunt occulta
Et quo plus est ad illa
Quaelibet vis infirma.

1 b. Virorum fortissimum,
Nuntiatum
Per angelum,
Nazareum inclitum,
Israelis clipeum,
Cuius cor vel saxeum
Non fleat sic perditum?

2 a. Quem primo Dalida
Sacra caesarie,
Hunc hostes postea
Privarunt lumine.

2 b. Exhaustis viribus
Orbatus oculis
Molae fit deditus
Athleta nobilis.

3 a. Clausus carcere
Oculorumque lumine
Iam privatus,
Quasi geminis
Ad molam sudans tenebris
Est oppressus,
Ludos Martios
Plus exercere solitos
Frangit artus.

3 b. Hos cibario
Vix sustentans edulio
Iumentorum,
Quod et nimius
Labor hic et insolitus
Sumit rarum,
Crebris stimulis
Agitatur ab aemulis
Ut iumentum.

3 c. Quid tu, Dalida,
Quid ad haec dicis impia,
Quae fecisti?
Quaenam munera
Per tanta tibi scelera
Conquisisti?
Nulli gratia
Per longa manet tempora
Proditori.

II.

1 a. Renatis iam crinibus
Reparatis[que] viribus
Temulentis hostibus
Lusurus inducitur,
Ut morte doloribus
Finem ponat omnibus.

1 b. A iocis ad seria
Fertur mens diu concita,
Tam laeva quam dextera
Columnis adplicita
Hostium et propria
Miscet dolor funera.

2 a. O semper fortium
Ruinam maximam
Et in exitium
Creatam feminam!

2 b. Haec patrem omnium
Deiecit protinus
Et mortis poculum
Propinat omnibus.

3 a. David sanctior,
Salomone prudentior
Quis putetur?
At quis impius
Magis per hanc vel fatuus
Reperitur?
Quis ex fortibus
Non ut Samson fortissimus
Enervatur?

3 b. Adam, nobile
Divinae plasma dexterae,
Mox haec stravit,
Quam in proprium
Acceperat auxilium,
Hostem sensit;
Ex tunc femina
Virorum tela maxima
Fabricavit.

3 c. Sinum aspidi
Vel igni prius aperi,
Quisquis sapis,
Quam femineis
Te committas illecebris,
Nisi malis
Ad exitium
Properare certissimum
Cum praedictis.

I 3c steht vor 3b. — 3b, 5 Labor hii et. — 3b, 8 Agitatur et ab.
II 3a, 4 Aut quis. — 3a, 8 Sicut Samson.

248. (138.) **Planctus David super Abner, filio Ner, quem Ioab occidit.**

1 b. Abner fidelissime,
Bello strenuissime,

1 b. Amor ac deliciae
Militaris gloriae,

2 a. Quod vis non praevaluit,
Dolus in te potuit;
Per quem peris proditus
Par eius sit exitus,
Nullis dignus fletibus,
Quos tuus dat omnibus.

2 b. Dolus exsecrabilis,
Casus miserabilis
Cogunt ad continuas
Hostem quoque lacrimas,
Dissolvitque pietas
Mentes adamantinas.

3 a. Hostis regni
Dum fuisti
Manifestus,
Semper claris
Es triumphis
Sublimatus.

3 b. Multis damnis
Nos multasti
Nulla passus,
Armis potens,
Sensu pollens,
Vir perfectus.

4 a. Israelis
Murus fortis,
Iudae metus,
Inimicus
Et amicus
Eras summis.

4 b. Tandem nostris
Cedens votis
Inis foedus
Et spe pacis
Arma ponis
Male tutus.

5 a. Dum timendum
tibi credidisti,
Periculis
cunctis providisti;

5 b. Fide nostra
fidens corruisti,
Quam de tua
vir verax pensasti.

6 a. Armati qui horruit
Nomen Abner,
Inermi praevaluit
Tibi, Abner,

6 b. Nec in via congredi
Tecum ausus,
Portas urbis polluit
Per hoc scelus.

7 a. Milites, militiae
Ducem tantum
Lacrimantes plangite
Sic prostratum!

7 b. Principes iustitiae
Sumant zelum
In tam exsecrabile
vindicandum.

2 a, 4 Pars eius. — 4 b, 3 in his foedus.

249. (139.) **Planctus David super Saul et Ionatha.**

1 a. Dolorum solacium,
Laborum remedium,
Mea mihi cithara

1 b. Nunc, quo maior dolor est
Iustiorque maeror est,
Plus est necessaria.

2 a. Strages magna populi,
Regis mors et filii,
Hostium victoria,

2 b. Ducum desolatio,
Vulgi desperatio
Luctu replent omnia.

3 a. Amalech invaluit,
Israel dum corruit;
Infidelis iubilat
Philistaea,
Dum lamentis lacerat
Se Iudaea.

3 b. Insultat fidelibus
Infidelis populus,
In honorem maximum
Plebs adversa,
In derisum omnium
Fit divisa.

4 a. Quem primum his praebuit,
Victus rex occubuit,
Talis est electio
Dei sui,
Talis consecratio
Vatis magni!

4 b. Insultantes inquiunt;
Ecce, de quo garriunt,
Qualiter hos prodidit
Deus suus,
Dum a multis occidit
Dis prostratus.

5 a. Saul, regum fortissime,
Virtus invicta Ionathae,
Qui vos nequivit vincere,
Permissus est occidere.

5 b. Quasi non esset oleo
Consecratus dominico,
Scelestae manus gladio
Iugulatur in proelio.

6 a. Plus fratre mihi, Ionatha,
In una mecum anima,
Quae peccata, quae scelera
Nostra sciderunt viscera!

6 b. Expertes, montes Gelbae,
Roris sitis et pluviae,
Nec agrorum primitiae
Vestro succurrant incolae,

7 a. Vae, vae tibi, madida
Tellus caede regia,
Qua et te, mi Ionatha,
Manus stravit impia,

7 b. Ubi Christus Domini
Israelque incliti
Morte miserabili
Sunt cum suis perditi!

8 a. Tu mihi, mi Ionatha,
Flendus super omnia,
Inter cuncta gaudia
Perpes erit lacrima.

8 b. Planctus, Sion filiae,
Super Saul sumite,
Largo cuius munere
Vos ornabant purpurae.

9 a. Heu, cur consilio
Adquievi pessimo,
Ut tibi praesidio
Non essem in proelio
Vel confossus pariter
Morerer feliciter,
Cum, quid amor faciat,
Manus hoc non habeat
Et me post te vivere
Mori sit assidue,
Nec ad vitam anima
Satis sit dimidia.

9 b. Vicem amicitiae
Vel unam me reddere
Oportebat tempore
Summae tunc angustiae,
Triumphi participem
Vel ruinae comitem,
Ut te vel eriperem
Vel tecum occumberem,
Vitam pro te finiens,
Quam salvasti totiens,
Ut et mors nos iungeret
Magis quam disiungeret.

9 c. Infausta victoria
Potitus interea
Quam vana, quam brevia
Hinc percepi gaudia!
Quam cito durissimus
Est secutus nuntius,
Quem in suam animam
Locutum superbiam,
Mortuos quos nuntiat.
Illata mors adgregat,
Ut doloris nuntius
Doloris sit socius.

10 a. Do quietem fidibus,
Vellem, ut et planctibus
Sic possem et fletibus.

10 b. Laesis pulsu manibus,
Raucis planctu vocibus
Deficit et spiritus.

4 b, 3 perdidit. — 4 b, 6 Diis. — 6 b, 4 Vestros. — 7 b, 4 perdidi. — 9 c, 4 Hic. — 9 c, 9 sq. Constr.: Illata mors adgregat [iis], mortuos quos nuntiat.

Petrus Venerabilis,

Abbas Cluniacensis,

† 1156.

Petrus mit dem Beinamen der Ehrwürdige entstammte der adeligen Familie de Montboissier in der Auvergne. Sein Vater hiefs Maurice, weshalb er auch Petrus Mauritii genannt ward, seine Mutter Ringardis. Seine Geburt fällt in das Jahr 1092 (oder 94). Zwei seiner Brüder, Dissutus und Eustachius, gehörten dem ritterlichen, vier dem geistlichen Stande an: Jordanus, Abt von Chaise-Dieu, Pontius, Abt von Vezelai, Armannus, Abt von Manlieu, Heracleus, Propst zu Brioude. Er selbst wurde infolge Gelöbnisses seiner Eltern in dem Priorat Boucilange erzogen und trat 1109 in noch jugendlichem Alter in die Abtei von Cluny ein, zu deren Abte er den 22. August 1122 gewählt wurde, erst 30 Jahre alt. Nach Wiederherstellung der klösterlichen Zucht (1122), welche durch die Rückkehr des abgesetzten Abtes Pontius nochmals in Frage gestellt ward (1126), wurde der hervorragende Prälat eines so hervorragenden und einflufsreichen Stiftes wie Cluny, welches selbst in Palästina Töchterklöster besafs, mehr und mehr in die Staat und Kirche bewegenden Ereignisse verwickelt, denen er sich nur zeitweise durch Flucht in die Einsamkeit zu entziehen vermochte. Bekannt ist der Streit, den der heilige Bernhard in seiner temperamentvollen Art gegen den Abt und den Orden von Cluny erhob, aus dem aber Petrus als der moralische Sieger hervorging: bekannt auch das gastliche Asyl, das er dem, am leidenschaftlichsten von Bernhard, verfolgten Abälard zuteil werden liefs. Er starb, nachdem er 35 Jahre, vier Monate und vier Tage der Abtei vorgestanden, am Weihnachtsfeste des Jahres 1158.

Aufser zahlreichen theologischen Schriften und einer Sammlung von Briefen, welche für die Geschichte seiner Tage Quellenwert beanspruchen, hinterliefs Petrus der Ehrwürdige auch eine Anzahl religiöser Dichtungen. So berichtet ein auf ihn verfafstes altes Epitaph (Migne PP. LL. 189, 42) von ihm:

> Tractatus scribens nec non volumina multa,
> Sermones varios, *dictamina prosa metroque*,

d. h. er befleifsigte sich sowohl der quantitierenden als auch der rhythmischen Dichtung. Eine Anzahl seiner Poesien werden uns in einer alten Synopse seiner Schriften (Migne l. c. 31) mit den Worten aufgezählt: Scripsit idem rhythmum in laude salvatoris (Nr. 13), rhythmum de sancto Hugone (Nr. 14), rhythmum de sancto Benedicto (scheinbar verloren), item rhythmum de resurrectione Domini (ebenso). Fecit hymnum in honore sanctae Mariae Magdalenae (Nr. 10), item alium hymnum in honore matris Domini (unbekannt). Fecit prosam de eadem virgine Maria gloriosa (Nr. 4, 5 oder 6).

Quellen für seine Dichtungen sind vor allem eine Handschrift von Anchin aus dem 12. Jahrhundert (jetzt Douai 381), die nur seine und seines Sekretärs Petrus von Poitiers WW. enthält; dann ein Sammelband des Cluniacenser Priorates Saint-Martin-des-Champs in Paris aus dem Ende des 12. Jahrhunderts (jetzt Parisin. 17716), der uns Prosen unseres Autors mit deren Singweisen erhalten hat. Diese Quelle enthält auch eine Historia Transfigurationis mit dem Anfange Assumens Iesus Petrum et

Iacobum und der Angabe: „A domno Petro Venerabili Cluniacensi composita." Das Officium ist in Prosa geschrieben: die zu demselben gehörigen Hymnen aber O nata lux de lumine und O sator rerum, reparator aevi sind nicht von Petrus Mauritii verfafst, da sie bereits in Handschriften des 10. und 11. Jahrhunderts nachgewiesen werden können. Die Handschriften von Donai und Paris bieten uns zu mehreren Prosen des Abtes von Cluny auch die Singweisen. Einige derselben können von dem Dichter herrühren, der, wie wir von Petrus Pictaviensis erfahren, auch ausübender Musiker war:

Musicus, astrilogus, arithmeticus et geometra,
Grammaticus, rhethor et dialecticus est.

---

250. (1.) Prosa in Nativitate Domini.

1 a. Caelum, gaude, terra, plaude,
Nemo mutus sit a laude,
Ad antiquam originem
Redit homo per virginem.

1 b. Virgo Deum est enixa,
Unde vetus perit rixa,
Perit vetus discordia,
Succedit pax et gloria.

2 a. Tunc de caeno surgit reus,
Cum in feno iacet Deus,
Tunc vile celat stabulum
Caelestis escae pabulum.

2 b. Nutrit virgo creatorem,
Ex se factum redemptorem,
Latet in pueritia
Divina sapientia.

3 a. Lac stillant matris ubera,
Lac fundunt nati viscera,
Dum gratiae dulcedinem
Per assumptum dat hominem.

3 b. Ergo dulci melodia
Personemus, o Maria,
Religiosis vocibus
Et clamoris affectibus:

4 a. Salve, virgo benedicta,
Quae fugasti maledicta,
Salve, mater altissimi,
Agni sponsa mitissimi.

4 b. Tu serpentem evicisti,
Cuius caput contrivisti,
Cum Deus ex te genitus
Eius fuit interitus.

5 a. Tu caelorum imperatrix,
Tu terrarum reparatrix,
Ad quam suspirant homines,
Quam nequam tremunt daemones.

5 b. Tu fenestra, porta, vellus,
Aula, domus, templum, tellus,
Virginitatis lilium
Et rosa per martyrium.

6 a. Hortus clausus, fons hortorum,
Sordes lavans peccatorum,
Inquinatos purificans
Et mortuos vivificans.

6 b. Dominatrix angelorum,
Spes post Deum saeculorum,
Regis reclinatorium
Et deitatis solium.

7 a. Stella fulgens Orientis,
Umbras fugans occidentis,
Aurora solis praevia
Et dies noctis nescia.

7 b. Parens nostri tu parentis
Et genetrix nos gignentis,
Piae matris fiducia
Natos patri concilia.

8. Ora, mater, Deum natum,
Nostram solvat ut reatum
Et post concessam veniam
Det gratiam et gloriam.

Collect. ms. Aquicinctiense saec. 12. Cod. Duacen. 381. A. — Orat. ms. Parisiense(?) saec. 15/16. Cod. Parisin. 3639. B. — Migne PP. LL. 189. 1018. C. — 1 a, 2 a fehlt C. — „Eiusdem“ (d. h. Petri Cluniacen.) B; die Singweise in A.

251. (2.) Prosa de Nativitate Domini.

1. Voce iucunditatis,
Alleluia,

2 a. Veritas de terra
orta est,
Cum Christus carne
natus est.

2 b. Nova fit in caelis
gloria,
Nova sint in terris
gaudia.

3 a. Auctor rerum creaturam
Miseratus perituram
Adfuit

3 b. Atque dextram libertatis
Iam ab hoste captivatis
Praebuit.

4 a. Caelum terrae fudit rorem,
Terra gignit salvatorem,

4 b. Chorus cantat angelorum,
Cum fit infans rex caelorum.

5 a. Venter ille virginalis,
Dei cella specialis,
Fecundatur spiritu,

5 b. Et, ut virga parit florem,
Sic et virgo redemptorem
Carnis tectum habitu.

6 a. Alitur matris intactae
Puer Deus sacro lacte,
Res stupenda saeculis!

6 b. Esca vivit aliena
Per quem cuncta manent plena,
Nullis par miraculis.

7 a. Pastu carnis enutritur,
Vitam carni qui largitur,
Matris habet gremium,
Quem et patris solium.

7 b. Virgo natum consolatur
Et ut Deum veneratur,
Nobiscum Emmanuel,
Salutare Israel.

8 a. Mens et vox et oculi
Christiani populi

8 b. Te, mater, suscipiunt,
Per te natum sitiunt

9 a. Habere propitium
Et tutum refugium.

9 b. Ergo, mundi domina,
Pia flecte lumina
Dissolvendo crimina.

10. Fugetur nequitia
Iesu Christi gratia.

Collect. ms. Aquicinctiense saec. 12. Cod. Duacen. 381. A. — Orat. ms. Parisinum(?) saec. $^{15}/_{16}$. Cod. Parisin. 3639, B. — Migne PP. LL. 189, 1017 sq. C. — 4b, 2 Cum sit BC. — 6b, 3 gehört dem Sinne nach zu 6a, 3. — 8b, 1 Lies suspiciunt? — 9b, 3 ist entweder zu tilgen, oder es fehlt 9a eine Zeile. — A bietet die Singweise der Sequenz aber nur bis 7b incl.

252. (3.) Prosa de Pascha.

1. Mortis portis
Fortis vim intulit,
Trucem ducem
Illius perculit.

Lumen clarum tenebrarum
Sedibus resplenduit,
Dum salvare, recreare,
Quod creavit, voluit.

Hinc creator, ne peccator
Moreretur, moritur,
Cuius morte nova sorte
Vita nobis oritur.

Inde Satan maestus gemit,
Unde victor nos redemit;
Illud illi fit letale,
Quod est homini vitale,
Qui, dum capit, capitur
Et, dum mactat, moritur.

2. Raptis captis
Inferni carcere
Dolet, solet
Qui nulli parcere.

Sic decenter, sic potenter
Rex devincens inferos,
Linquens ima die prima
Rediit ad superos.

Resurrexit et revexit
Secum Deus hominem
Reparando, quam creando
Dederat, originem.

Per auctoris passionem
Ad amissam regionem
Primus redit nunc colonus,
Unde laetus fit hic sonus
Resurgenti cantica
Decantando rhythmica.

Collect ms. Aquicinctense saec. 12. Cod. Duacen. 381. A. — Collect. ms. Emmeramense saec. $^{14}/_{15}$. Clm. Monacen. 14676. B. — Migne PP. LL. 189, 1017. C. — 1, 3 Crucem ducem BC. — 1, 8 creare B. — 1, 17 captat BC. — 2, 1 Captis, captis B: Raptis fehlt C. — 2, 3 Olet solet B; Dolet fehlt C. — 2, 4 Que nulli B. — 2, 7 Linquens una B. — 2, 15 reddit B. — 2, 17 und 18 fehlen BC. — „Prosa de Pascha" A; „Petri Cluniacen." B.

Diese Prose ist, rhythmisch betrachtet, ein Leich, und ist als solcher hier gedruckt, musikalisch eine Sequenz, wie die in A erhaltene Singweise lehrt. Der Melodie zufolge müfste die Sequenz abgeteilt werden wie folgt, wobei nur 10a und 10b verschiedene Melodie haben, also auch mit 11 in eine sechszeilige Schlufsklausel kontrahiert werden könnten:

1a. Mortis portis
Fortis vim intulit,

1b. Trucem ducem
Illius perculit.

2a. Lumen clarum
Tenebrarum
Sedibus resplenduit

2b. Dum salvare,
Recreare,
Quod creavit, voluit.

3a. Hinc creator,
Ne peccator
Moreretur, moritur.

3b. Cuius morte
Nova sorte
Vita nobis oritur.

4a. Inde Satan
maestus gemit.

4b. Unde victor
nos redemit.

5 a. Illud illi fit
letale,
5 b. Quod est homini
vitale.

6 a. Qui, dum capit,
capitur
6 b. Et, dum mactat,
moritur.

7 a. Raptis captis
Inferni carcere
7 b. Dolet, solet
Qui nulli parcere.

8 a. Sic decenter
Sic potenter
Rex devincens inferos
8 b. Linquens ima
Die prima
Rediit ad superos.

9 a. Resurrexit
Et revexit
Secum Deus hominem
9 b. Reparando,
Quam creando
Dederat, originem.

10 a. Per auctoris passionem
Ad amissam regionem
10 b. Primus redit nunc colonus,
Unde laetus fit hic sonus

11. Resurgenti cantica
Decantando rhythmica.

253. (4.) Prosa de sancta Maria.

1 a. Orbis totus,
Unda lotus
Christiani lavacri,
1 b. Ad Mariam,
Matrem piam,
Voce clamat alacri:

2 a. Matrem illam,
Quae mamillam
Praebuit altissimo,
2 b. Collaudemus,
Decantemus
Cantu iucundissimo.

3 a. Mater Dei,
Per quam rei
Redeunt ad veniam,
3 b. Seda diram
Clemens iram
Ac refunde gratiam.

4 a. Hostes arce,
Servis parce
Tibi famulantibus
4 b. Et felicem
Genetricem
Dei te fatentibus.

5 a. Sis adiutrix,
Dei nutrix,
Christiani populi,
5 b. Cuius votis
Ad te totis
Diriguntur oculi.

6 a. Natum ora
Et implora,
Ne plebs eius pereat,
6 b. Sed ductrice
Genetrice
Te ad vitam redeat.

7 a. Dic, dic ei:
Fili Dei,
Sed et meus unice,
7 b. Nate meus
Atque Deus,
Exorantem respice.

8 a. Recordare,
Quis et quare
Matrem habes virginem,
8 b. Causa nota
Est et tota,
Ut salvares hominem.

9 a. En, ancilla,
Cuius stilla
Te lactavit parvulum,

9 b Per hanc audi
Et exaudi
Te colentem populum.

10 a. Memor esto,
Quando maesto
Blandiebar osculis

10 b. Teque flentem
Vel ludentem
Nutriebam saeculis.

11 a. Hac spe ducta
Nec seducta
Te ut natum alui

11 b. Et orando,
Venerando
Sicut Deum colui.

12 a. Ergo, fili
Puerili
Deum tegens tegmine,

12 b. Quem fovebam,
Quem mulcebam
Latentem sub homine,

13. Exaudias pro hac familia,
Oro mater matris fiducia.

Collect. ms. Aquicinctiense saec. 12. Cod. Duacen. 381. mit Mel. A. — Collect. ms. S. Martini a Campis saec. 12 in. Cod. Parisin. 17716. B. — Prosar. ms. Marchianense saec. 15. Cod. Duacen. 123. C. — 1 b, 3 clamet C. — 4 a, 3 supplicantibus C. — 4 b, 1 Ac C. — 7 a, 3 et meus fehlt C. — 7 b, 2 fehlt C. — 7 b, 3 Supplicantes C; aus 7 a und 7 b ist mit diesen Auslassungen eine Schlufsklausel gebildet; das weitere fehlt C.

254. (5.) Prosa de sancta Maria.

1. Gabrieli, caelesti nuntio,
Iungatur haec contio,

2 a. Dicens: Ave, Maria,
Cuius ad imperia
Caelum, terra, maria
Genu flectunt.

2 b. Stupent tuum uterum
Profudisse tenerum,
Deum tamen, puerum,
Mater virgo.

3 a. Quis te cernens hunc lactare
Fletus posset temperare
Dono tactus pueri?

3 b. Quam praedulces illae mammae,
Quarum stillis dirae flammae
Restinguntur inferi!

4 a. Mirantur aethera,
Panni tergunt scelera,

4 b. Infantis lacrimae
Sordes lavant animae.

5 a. O puer, o lactens,
O fili virginis,
Dei patris unice,

5 b. Qui es lux, qui es dux,
Qui es pax hominis,
Supplicantes respice.

6 a. Clarum sidus navigantum,
Callis rectus non errantum,
Redde gratae ac beatae
Nos patriae.

6 b. In qua regem in decore
Et te matrem in splendore
Sempiternae contemplemur
Gloriae

7. Per aeterna saecula.

Collect. ms. Aquicinctiense saec. 12. Cod. Duacen. 381. ohne Mel. A. — Collect. ms. S. Martini a Campis saec. 12/13. in. Cod. Parisin. 17716. mit Mel. B. — Orat ms. Parisiense saec. 15/16. Cod. Parisin. 3639. C. — 2a, 4 flectunt omnia C. — 3a, 2 posset C. — 3b, 3 Restringuntur C. — 6b, 4 Gloriae fehlt C. — Vgl. auch Anal. VIII, 48 sq.

255. (6.) Prosa de sancta Maria.

1. Benedicta sit beata Maria,
Deitas aeterna gratia
Quam replevit supera.

2a. Deo credidit,
Natum edidit
De sancto neumate,
Permanens
Integra puerpera.

2b. Quibus laudibus,
Quam sollennibus
Mariam recolam,
Quam tremunt
Terra, pontus, aethera?

3a. Nam constat virgo fecunda,
Quam sancti spiritus unda
Rigavit caelitus retinens
Pudoris signacula.

3b. Haec namque mater est illa,
Cuius praedulcis mamilla
Iesu infudit labiolis
Pia lactis pocula.

4a. Alti patris theoria
Te perfudit
totam, o Maria.

4b. Operanteque sophia
Neumatis ob-
umbravit gratia.

5a. Et nos, quos supera
Signavit trinitas
Tibi damus haec praeconia

5b. Quatenus aeterna
Tecum in caelo
Possimus obtinere gaudia.

6a. Ultimoque
nos in examine
Deleto crimine
~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~
Tua salvet clementia,

6b. Quo libere
potentis dominae
Freti iuvamine
Sequamur quocunque
Visa agni vestigia.

7a. Angelorum, te rogamus
supplices, domina,

7b. Ut in nos illa dulcia
dirigas lumina.

8a. Haec namque devote
venerandis
Tuis assistit laudibus
Et supplicat turmula,

8b. Cum supernis ange-
lorum choris
Ut te collaudet
Per omnia saecula.

Collect. ms. S. Martini a Campis saec. 12/13. Cod. Parisin. 17716. Mit Mel. — 3b, 3 infundis. — Diese Prose folgt der Melodie Benedicta semper, Anal. VII, Nr. 96, und stellt den Versuch dar eine Prose erster Epoche in eine Sequenz zweiter umzuformen, wie wir einen solchen schon oben bei Nr. 2 beobachten konnten. Die Umdichtung zeigt daher dieselben Unregelmäſsigkeiten wie das Original in 6a, 4 und 8a, 3.
~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

256. (7.) Prosa de sancto Hugone.

1 a. Regis aeterni regia
Sanctum Hugonem hodie

1 b. Recepit cum laetitia
In largo sinu gloriae.

2 a. Nobilis genere,
Sed moribus nobilior
Nihil degenerat,

2 b. Cum Christo vivere
Vult, ut sit generosior,
Christum desiderat.

3 a. Mundum habens in odium,
Purus a pueritia,

3 b. Cluniaci coenobium
Intrat cum Dei gratia.

4 a. Leve Dei onus
Libens sustinuit
Et regulariter

4 b. Cunctis aeque bonus
Cunctis complacuit
Universaliter.

5 a. Rector factus demum
Dicti coenobii

5 b. Cum Bariona remum
Sumpsit remigii.

6 a. Dum est abbas factus,
Coepit ostendere

6 b. Spiritales actus
Verbo et opere.

7 a. Fulgens miraculis
Renovat omnia,

7 b. Patet prae oculis
Praesens ecclesia.

8 a. Ergo prece, qua possumus

8 b. Nos tui servi quaesumus:

9 a. Sancte Hugo,
pater egregie,

9 b. Esto tuae
memor ecclesiae.

10 a. Et quia metum incutit
Et nos undique percutit
Persecutionum gladius,

10 b. Opem confer et operam,
Ne declinet ad vesperam
Religionis radius.

11 a. Iam felix felicem cursum
Fecisti, iam regnas sursum
In paradisi gloria,

11 b. Per te nobis tribuatur
Pax et adaperiatur
Regis aeterni regia.

Collect. ms. S. Martini a Campis saec. 12/13. in. Cod. Parisin. 17716. mit Mel. — 11 b, 2 aperiatur.

257. (8.) De sancto Patre Benedicto Hymnus.

Ad Vesperas.

1. Inter aeternas superum coronas,
Quas sacro partas retinent agone,
Emicas celsis meritis coruscus,
O Benedicte.

2. Sancta te compsit puerum senectus,
Nil sibi de te rapuit voluptas,
Aruit mundi tibi flos ad alta
Mente levato.

3. Hinc fuga lapsus patriam, parentes
Deseris, fervens eremi colonus
Edomas carnem subigisque Christo
Tortor acerbus.

4. Ne diu tutus latebras faveres,
Signa te produnt operum piorum,
Spargitur felix celeri per orbem
Fama volatu.

5. Fracta restauras prece praepotenti,
Frangis oblatum cruce mortis haustum,
Currit ignarus monachus per undas,
Patre iubente.

6. Verberas fratrem, fugit hostis atrox,
Ad manus ferrum redit e profundo,
Praecipis rupi, vomit illa rivos
Arva rigantes.

7. Ales agrestis sibi iussa complet,
Lora constricti pie visa solvis,
Conspicis mundum radio sub uno
Raptus ad astra.

8. Mortuum vitae revocas precando,
Corda multorum penetras propheta,
Cernis ad caelos animas levari
Clarificatus.

9. Laudet exsultans, deitas creatrix,
Te chori nostri iubilus perennis,
Quem poli iungas superis choreis,
Quaesumus omnes.

Hymn. ms. Hermetisvillan. anni 1553. Cod. Grisen. 23. A. — Antiph. ms. Wellerhadense anni 1671. Cod. Pragen. XIV D 4 i. B. — Brev. Casalis Benedicti imp. Parisiis 1586. C. — Migne PP. LL. 189. 1019 sq. D. — Lesarten keine. — Nach Str. 4 Divisio. — „Hymnus Petri Venerabilis, Abbatis Cluniacensis“ C.

258. (9.) **De Translatione et Illatione eiusdem Patris hymnus.**

1. Claris coniubila, Gallia, cantibus,
Laeteris Benedicti patris ossibus,
Felix, quae gremio condita proprio
Servas membra celebria.

2. Miris Italiae fulserat actibus,
Gallos irradiat corpore mortuus,
Signis ad tumulum crebrius emicat
Illustrans patriam novam.

3. Hinc vatum veterum facta resuscitat,
Morti, quod libuit, mortuus imperat,
Extinctum propriis ossibus excitat,
O quam mira potentia!

4. Navis per fluvium nat sine remige,
Mirando glaciem desecat impetu,
Sancti membra ferens obvia flumini
Undas retro reverberat.

5. Eductum fluvio sensit ut arida,
Non curans gelidi frigora temporis
Vestit cuncta novis illico floribus
Mutata facie soli.

6. Iam caelo residens, o pater optime,
Divinis famulos imbue regulis,
Angustum per iter scandere largiens
Dona regna perennia.

7. Cunctorum dominans omnipotentia,
Quae de sede poli conspicis omnia,
Psallentum placide suscipe cantica
Votis, voce precantia.

Antiph. ms. Conchacense saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Parisin. Nouv. acq. 443. add. saec. 12. A. — Hymn. ms. Hermetisvillan. anni 1553. Cod. Griesen. 23. B. — Brev. Fontebraldense imp. Parisiis 1545. C. — Clichtovaeus, Elucidatorium Ecclesiasticum, Parisiis 1548. I p. 242. D. — Migne PP. LL. 189, 1520. E. — Str. 6 und 7 fehlen A. — 3, 1 Hic vatum CD. — „In translatione sancti Benedicti hymnus, cuius auctor fuit Petrus Mauritius, cognomento Venerabilis, abbas Cluniacensis, et virtute et doctrina clarissimus“ C; „Auctor Petrus Venerabilis“ D.

259. (10.) Hymnus de s. Maria Magdalena.

1. Magdalenae Mariae meritis
Magna dies micat et celebris,
Laudet in hac Mariae dominum
Angelicus chorus et hominum.

2. Carcere libera corporeo,
Splendida lumine sidereo
Deserit exsilii tenebras
Atque domos adit aethereas.

3. Christus eam sibi consociat
Et genitoris in arce locat,
Spem miseris tribuens veniae,
Dum miserans dat eam Mariae.

4. Namque pedes Domini lacrimis
Laverat haec lacrimando nimis,
His sua crimina cuncta lavans
Vanaque gaudia flendo pians.

5. Tergere crinibus hos meruit
Nec minus ungere digna fuit,
Oscula dat Domini pedibus,
Atque sibi veniam Dominus.

6. Ergo, Maria, precare Deum
Nostra precata ferens ad eum,
Pondere quo scelerum gravidos
Exonerans levet ad superos.

7. Adnuat et precibus populi,
Obsequii memor ipse tui,
Gaudia cum superis tribuens
Dansque bonum sine fine manens.

8. Gloria, laus, pie Christe, tibi
Spirituique Deoque patri,
Qui super astra levans Mariam
Caeligenis facis hanc sociam.

Collect. ms. Aquicinctiense saec. 12. Cod. Duacen. 381. A. — Migne PP. LL. 189, 1019. B. — 6, 3 quos A. — „Hymnus eiusdem de sancta Maria Magdalena.“ A.

260. (11.) De sancta Maria Responsorium.

R. Flos oritur roseus de virga virginitatis,
Fit puer ipse Deus, fit et haec mater deitatis;
Sic miseris nobis subvenit fons pietatis.
V. Hic super alta poli te, mater sancta, levavit
Confugiumque reis te, virgo beata, paravit.

Collect. ms. Aquicinctiense saec. 12. Cod. Duacen. 381. mit Melodie.

261. (12.) De beata Maria Virgine Antiphona ad Magnificat.

Ave, stella matutina,
Peccatorum medicina,
Mundi princeps et regina,
Virgo sola digna dici,
5. Contra tela inimici
Clipeum pone salutis
Tuae titulum virtutis.
Tu es enim virga Iesse,
In qua Deus fecit esse
10. Aaron amygdalum,
Mundi tollens scandalum.
Tu es area compluta,
Caelesti rore imbuta
Sicco tamen vellere.
15. Tu nos in hoc carcere
Solare propitia,
Dei plena gratia.
O sponsa Dei electa,
Esto nobis via recta
20. Ad aeterna gaudia
Et nos semper aure pia
Dulcis exaudi Maria.

Collect. ms. S. Martini de Campis saec. $^{12}/_{13}$. Cod. Parisin. 17716. A. — Trop. ms. Martialense saec. 11—14. Cod. Parisin. 1139. add. saec. 13. B. — Orat. ms. Maioris Carthusiae saec. $^{14}/_{15}$. Cod. Gratianopolitan. 181. C. — Orat ms. Traunkirchense anni 1523. Cod. Vindobonen. 4090. D. — Collect. ms. Lunaelacense saec. 16. Cod. Vindobonen. 4100. E. — Brev. Vivariense imp. in oppido Privacii 1503. F. — 4 Salve virgo mater digna dici D. — 8 bis 18 fehlen DE. — 21 sq. fehlen DE. — Der Grund, warum ich diese Antiphon Petrus Venerabilis zuweise, ist einerseits ihr Vorkommen in A, in welchem mehrere Dichtungen von ihm sich finden, andererseits, dafs ihr Stil dem seinigen verwandt erscheint.

262. (13.) **Rhythmus in Laude Salvatoris.**

1. A patre mittitur,
In terris nascitur
Deus de virgine,
Humana patitur
Docet et moritur
Libens pro homine.

2. Per lignum vetitum
Sumpsit interitum
Nostra mortalitas,
Ligni patibulo
Redditur saeculo
Amissa dignitas.

3. Fructus comeditur,
Quo vita perditur,
De mortis arbore,
Sanguis effunditur,
Qui fide sumitur,
De Christi corpore.

4. Draco perimitur,
Mundus redimitur
Sanguinis pretio;
Huic mortem intulit,
Sed vitam contulit
Nobis haec potio.

5. Exsul a propria
Proiectus patria
Mundum incoluit,
Qui tumens impia
Deo superbia
Subesse noluit.

6. Cuius periculis
Clemens a saeculis
Deus condoluit,
Propter quem filium
Mortis supplicium
Subire voluit.

7. At ille proprio
Missus a solio
Mox carnem induit,
In qua dum caeditur
Et crucifigitur,
Nil Deo minuit.

8. Nec diu distulit,
Sed statim contulit
Vitam de funere;
Opus mirabile,
Cui nil simile
Divino munere!

9. Adam eicitur,
Latro reducitur,
Mira mutatio!
Tunc primum claruit,
Quid mundo profuit
Auctoris passio.

10. Cruce deponitur,
Sepulcro conditur
Sumpta mortalitas,
Inferni torrida
Fortis et splendida
Subit divinitas.

11. Aeternas tenebras
Et caecas latebras
Fulgens irradiat,
Sanctorum hominum
Cognoscens Dominum
Chorus tripudiat.

12. Remugit inferus,
Tremiscit Cerberus,
Auctor nequitiae,
Atris in sedibus
Fulgere stupidus
Solem iustitiae.

13. Dira repagula,
Vectes et pessula
Potenter conterit,
Ingenti gloria,
Summa victoria
Superbum proterit.

14. Tunc draco ferreum
Sensit aculeum,
Quem caro texerat;
Tunc primum doluit,
Tunc primum gemuit,
Quia voraverat.

15. Nil Deo fortius,
Nil sapientius,
Nunc tandem didicit,
Dum vires viribus
Et artes artibus
Devictas perspicit.

16. Hic cito labitur,
Dum praeceps graditur,
Insana caecitas;
Sic caesum currere,
Currentem ruere
Permisit deitas.

17. Quem lapsum ignea
Retrusit cavea,
Quo se demerserat,
Nec mora, miseros
Solvit innumeros,
Quos ille ceperat.

18. Potenti dextera
Disrupit viscera
Vetusti carceris;
Multum timuerant,
Quae massam ceperant
Humani generis.

19. Scrutatur omnia
Regis victoria
Mortis latibula,
Dissolvit fortia
Forti potentia
Reorum vincula.

20. Haec Christus spolia
Victor post proelia
Vexit ab inferis,
Haec adgaudentibus
Supernis civibus
Invexit superis.

21. Peracto triduo
Vitam in mortuo
Reformans corpore
Surgit continuo,
Nullo iam denuo
Passurus tempore.

22. Ionam glutiverat,
Sed non consumpserat
Marina bellua,
Quem ut traiciens,
Ita reiciens
Remansit vacua.

23. Sic Christus gentibus
Emergens fluctibus
Salutem praedicat,
Tunc mundus timuit,
Timens paenituit
Ed culpas abdicat.

24. Hinc formidantibus
Et desperantibus
Suis apparuit
Atque visibilem
Et contrectibilem
Illis se praebuit.

25. Sed admirantibus
Et non credentibus
Illis prae gaudio
Se vere vivere
Et carnem gerere
Monstrat convivio.

26. Agnoscunt protinus,
Quod esset Dominus,
Qui resurrexerat,
Nec tardant credere,
Quem cernunt vivere,
Sicut praedixerat.

27. Postquam sat luminis
Creator hominis
Terris infuderat,
Parat ascendere
Secumque vehere,
Quod inde sumpserat.

28. Sed coram testibus
Ista fidelibus
Disponens agere,
Sumit familiam,
Ducit Bethaniam
Haec illi pandere,

29. Ut per discipulos
Virtus per populos
Tanti miraculi
Vere claresceret
Et sibi subderet
Tumorem saeculi.

30. Ascendens igitur
In altum tollitur
Suis videntibus,
Nube suscipitur
Nec ultra cernitur
Ab assistentibus.

31. Fertur ad aethera,
Transscendit sidera
Nostrumque hominem
Super angelicum
Et totum caelicum
Provexit ordinem.

32. Tunc moles gravior
Est facta levior,
Cum caro terrea,
Prius inferior,
Nunc est superior
Vi facta ignea.

33. Gaude, mortalitas,
Redit aeternitas,
Qua reparaberis!
Quidquid de funere
Soles metuere,
Iam ne timueris.

34. Dat certitudinem
Vita per hominem
Et Deum reddita,
Quam in se praetulit
Ac tibi contulit
Morte deposita.

35. O nova dignitas!
Dat locum deitas
Humano pulveri,
Nullum se praeferet
Opus vel conferet
Huic tanto operi.

36. Limus calcabilis,
Nunc adorabilis
Super caelestia,
Summis virtutibus
Contremiscentibus
Gubernat omnia.

37. Quod in principio
Pravo consilio
Perverse voluit,
Nunc per iustitiam,
Non per superbiam
Adam obtinuit.

38. Deus, dum timuit,
Esse non potuit,
Quod concupierat;
Factus est humilis,
Fit Deo similis,
In caelis imperat.

39. Hic umbris horrida,
Hic flammis torrida
Sedes, quam habuit
Per Dei filium
Paternum solium
Tenere meruit.

40. Hortor, ne lugeas,
Homo, sed gaudeas,
Quem caelis intulit,
Quem mirabilius
Quemque sublimius
In Deum extulit.

41. Antiqui gemitus,
Cessate funditus!
Non est miseriae
Iam locus penitus,
Nam tempus caelitus
Advenit gratiae.

42. Et vos, o superi,
Iam vestri numeri
Damna ne plangite,
Sed novis sociis
Expulsis impiis
Gaudere discite!

43. Magnum miraculum,
Magnum spectaculum
Tunc vobis praebuit
Deus, cum tegmine
Carnis pro homine
Tectus apparuit.

44. Hunc novum ordinem,
Praelatum hominem
Summis spiritibus
Digne miramini
Nec dedignamini
Benignis mentibus.

45. Huic tamen canitis,
Huic genu flectitis
Vos in caelestibus,
Qui carnem luteam
Ut vestem trabeam
Fert de terrestribus.

46. Hinc requirentibus,
Cur tinctis vestibus
De Bosra venerit,
Sermo propheticus,
Semper veridicus,
Narrat, quid dixerit.

47. Uva dum premitur,
Vinum elicitur
Sub preli pondere,
Caro dum patitur,
Sanguis effunditur
Sub crucis onere.

48. Calcantis tingitur
Vestis, dum tangitur
Vini rubedine,
Quo Deus tegitur,
Corpus inficitur
Effuso sanguine.

49. Hic rubor vestium
Signat supplicium,
Quod sponte pertulit,
Quod tamen gloriam
Atque victoriam
Devincens retulit.

50. Quid ultra referam?
Patris ad dexteram
Iam Christus residet,
Unde caeligenis
Atque terrigenis
Ut Deus praesidet.

51. Quid de discipulis?
Assistunt oculis
Alta rimantibus
Et ad insolitum
Stupent intuitum
Suspensis mentibus.

52. Sublatum visibus,
Susceptum nubibus
Ducunt affectibus
Spiritualibus
Ipsis corporibus
Pene sequentibus.

53. Tunc viri splendidi
Vesteque candidi
Missi ab aethere
Haec contemplantibus
Et admirantibus
Coeperunt dicere:

54. O quid suspicitis?
Iste, quem cernitis
Caelos transscendere,
Descendet iterum
Cunctorum operum
Causas discernere.

55. Sicut ascensio
Fiet regressio,
Quando iudicium
Commotis omnibus
Caeli virtutibus
Erit mortalium.

56. Illum, cum veniet,
Nubes suscipiet,
Sicut susceperat,
Quando videntibus
Et obstupentibus
Vobis ascenderat.

57. Istud iudicium
Per Dei filium
Tunc adimplebitur,
Cum a fidelibus
Et infidelibus
Iudex videbitur.

58. Hic primum humilis
Et contemptibilis
Vobis apparuit,
Cum sub velamine
Carnis de virgine
Suscepto latuit.

59. Sed tunc quae fuerit
Et quae latuerit
Omnipotentia,
Monstrabunt iudicis
Nutum ac vindicis
Cuncta trementia.

60. Tunc terror pessimus
Et horror maximus
Orbem concutiet,
Tunc, quidquid firmius
Atque stabilius
Erit, diffugiet.

61. Caelum plicabitur,
Mare siccabitur,
Terra deficiet,
Iam nihil seminis
Nihilque germinis
Ultra parturiet.

62. Ut unda labilis
Nutat instabilis
Longaeva firmitas,
Ut cera solvitur
Igne, dissolvitur
Terrae soliditas.

63. Tunc latex fontibus,
Cursus fluminibus
Prorsus negabitur
Et via navibus,
Volatus avibus
Tunc prohibebitur.

64. Tunc decus nemorum,
Tunc fructus arborum.
Quaeque virentia
Adustis floribus
Delectabilibus
Marcent arentia.

65. Non aqua piscibus,
Non aer avibus
Tunc famulabitur,
Sed nec mortalibus
Calcari pedibus
Tellus dignabitur.

66. Flagrabunt aethera,
Nigrescent sidera
Fugato lumine,
Tunc nox perpetua,
Nox lucis vacua,
Dira caligine,

67. Ventis et turbine
Nullo iam ordine
Mundum operiet,
Tunc hians puteus
Ille sulphureus
Os adaperiet

68. Et de flammigero
Profundens utero
Flammarum maria
Ima cum superis,
Summa cum inferis
Exuret spatia.

69. Illud incendium
Sicut diluvium
Replebit omnia,
Mundus damnabitur,
Noe salvabitur
Tota familia.

70. Tunc tuba caelica,
Vox archangelica
Superne resonans
Et cum clamoribus,
Diris fragoribus
Horrendum pertonans,

71. Clamabit populis,
Qui sunt in tumulis:
Omnes consurgite,
Iunctis spiritibus
Suis corporibus
Vitam resumite

72. Et Christi solio
Iustus cum impio
Simul assistite
Et, quidquid gesserat
Quisque, dum vixerat,
Modo recipite!

73. Hoc ab altissimo
Die novissimo
Vox ut sonuerit,
Nullum comprimere
Quolibet aggere
Terra iam poterit.

74. Quod ante latuit,
Nunc tandem patuit,
Cum terrae viscera,
Quae diu texerant
Atque celaverant,
Reddunt cadavera.

75. Quod canis roserat,
Fera contriverat,
Vermis depaverat,
Ignis absumpserat,
Aqua diluerat,
Aer disperserat,

76. Ad statum pristinum
Redit per Dominum,
Qui sicut facere
Scivit per gratiam,
Sic per potentiam
Novit reficere.

77. Quaeris, cum pereat,
Unde post redeat
Carnis substantia?
Est tota ratio
Caelestis iussio
Sive potentia.

78. Vide, quid fuerit,
Antequam fecerit
Caelum et terrea,
Unde substiterit,
Unde processerit
Moles corporea.

79. Cum non exsisteret,
Unde quid faceret,
Creavit omnia
Nulla consilium,
Nulla subsidium
Dante materia.

80. Qui sicut potuit,
Statim ut voluit,
Hoc in principio,
Mox ut voluerit,
Confestim poterit
Hoc in iudicio.

81. Tunc carnes ossibus
Et cutis carnibus
Superinduitur,
Tunc quantitatibus
Et qualitatibus
Corpus induitur.

82. Et illa corpora,
Per longa tempora
Quae prius fecerat,
Dicto velocius,
Quo nil celerius,
Ut surgant, imperat.

83. Momento temporis
Humani corporis
Fit resurrectio,
In ictu oculi
Novi miraculi
Fit exhibitio.

84. Tunc Deo proximae
Supernis animae
Relictis sedibus,
Ubi sublimius,
Ubi splendidius
Nitent sideribus,

85. Incorruptibili
Nec ultra fragili
Carnis huic vasculo
Non dissolubili,
Sed semper stabili
Iungitur vinculo.

86. Tunc Satan territus
Emittit spiritus
De caecis caveis,
Quos prius ceperat,
Quos adligaverat
Catenis igneis,

87. Non infelicium
Solvens supplicium,
Sed acta nequiter
Ut cum corporibus
Et cum spiritibus
Luant dupliciter.

88. Sic et aethereis,
Sic et tartareis
Exhaustis domibus
Sola mirabitur,
Quando replebitur
Tellus hominibus.

89. Nam ex innumeris,
Quos matrum uteris
Paullatim fuderat,
Omnes insolito,
Quoniam subito,
Partu regenerat.

90. O quam terribilis
Et formidabilis
Haec dies irruet,
Heu, heu, quam luridum,
Heu, heu, quam turbidum
Tunc vultum induet!

91. Haec luctum regibus,
Haec planctum gentibus
Dirum incutiet,
Cum prae doloribus,
Mentis angoribus
Quisque deficiet.

92. Caelis ardentibus,
Terris trementibus
Iudex adveniet,
Quem admirabilem
Atque terribilem
Orbis conspiciet.

93. Tunc cruce praevia
Mortis insignia
De caelis adferet,
Ea volentibus
Atque nolentibus
Terrenis inferet.

94. Videbit populus,
Et omnis oculus
Hunc admirabitur,
Et qui crediderat
Et qui deriserat,
Hunc contemplabitur.

95. Iudaee, respice,
En, Iesus, despice
Quem olim spreveras,
En, tibi cognitus
Et quondam subditus
Homo, quem videras.

96. En, cuncta temperat,
En, caelis imperat,
Quem blasphemaveras,
Cunctorum pariter
Nunc sedet arbiter,
Quem crucifixeras.

97. Regem caelestium
Atque terrestrium
Iesum considera,
Cuius imperium,
Cuius iudicium
Tremiscunt aethera.

98. Credis adhuc Deum,
Cum sis iam per eum
Tradendus inferis,
A quo iam flammea
Clauderis cavea
Coniunctus miseris?

99. Christe, Deus meus,
Ad te clamo reus,
Quem spero iudicem,
Ut tunc clementiam,
Non iram sentiam
Malorum vindicem.

100. Tunc, cum in solio
Tanto iudicio
Parato sederis,
Oves ad dexteram,
Hoedos ad alteram
Partem posueris,

101. Tunc ovi ultimae
Tu, pastor optime,
Locum ne deneges
Neque a gregibus
Illis felicibus
Me, quaeso, segreges.

102. Cluniacensium
Sis memer ovium
In tanto turbine
Et ad perpetua
Duc ea pascua,
Benigne Domine.

103. Tua vox ultima
Mergit in intima
Flammantis putei
Satan cum perditis,
In pastum traditis
Ignis sulphurei.

104. Post haec ad patrium
Regressus solium
Decorem indues
Atque christicolas
Terrarum incolas
Caelis restitues.

105. Hoc, quod promiseras
Et diu texeras,
Tunc revelabitur,
Quando sine fine
Summus ab homine
Deus videbitur.

Collect. ms. Aquicinctiense saec. 12. Cod. Duacen. 381. A. — Collect. ms. Emmeramense saec. 14/15. Clm. Monacen. 14676. B. — Vgl. Migne PP. LL. 189, 1012 ff. C. — 2, 4—6 fehlen B. — 10, 6 Subdit C. — 12, 2 Tremescit B. — 13, 3 contexit B. — 13, 6 protexit B. — 14, 1 ferevet B. — 14, 5 O tunc primum B. — 15, 6 Divictas B. — 16, 6 Promisit B. — 17, 6 cepit B. — 18, 5 massam deperant B. — 20, 1 Christo B. — 24, 5 contradictibilem B. — 26, 1 Dignoscunt B. — 27, 3 infunderat B. — 33, 2 Reddit B. — 33, 6 timuere B. — 34, 4 pertulit C. — 37, 2 concilio B. — 38, 5 Sit B. — 40, 3 Quid caelis B. — 42, 1 nos o. B. — 42, 2 nostri B. — 42, 5 Exemplis impiis B. — 43, 2 spiraculum C. — 44, 1 Nunc C. — 45, 3 Nos in B. — 46, 2 Tibi tinctis B. — 47, 1 Una B. — 47, 2 Vinum obicitur C. — 47, 3 Et preli C. — 48, 2 tingitur C. — 48, 4 Quod B. — 49, 3 protuli B. — 49, 6 retuli B. — 50, 1 Quod B; referam fehlt B. — 52, 3 Duxit B. — 54, 1 aspicitis C. — 59, 1 qui B. — 59, 3 Potentia B. — 61, 5 graminis C. — 64, 6 arent B. — 66, 1 Fragrabunt C. — 67, 2 Multo iam C. — 67, 6 aperiet B. — 75, 4 assumpserat C. — 76, 2 Reddit B. — 77, 5 visio B. — 81, 3 Superinduetur B. — 84, 2 Superius B. — 85, 1 Incorruptibile C. — 85, 4—6 fehlen C. — 86, 2 Emit B. — 93, 4—6 fehlen B. — 94, 4 quis B. — 102, 2 ovium fehlt B. — 105, 4 Si sine B.

„Incipit rhythmus domini Petri Venerabilis, Cluniacensis abbatis, in laude salvatoris“ A. — „Rhythmus Domini Petri, Cluneri abbatis, in laude salvatoris“ B. — Am Schlusse: „Explicit ei[u]sdem de sancto Hugone“ B; der Hymnus auf Hugo fehlt indes in B.

263. (14.) **De sancto Hugone, abbate Cluniacensi, rhythmus.**

1. Hugo, pius pater, clarus prosapia
Exstat, praeclarior virtutum gratia,
Clausus adhuc latet matris in utero,
Immolat hostiam sacer pro puero.

2. Index in calice magni miraculi
Imago cernitur ipsius parvuli,
Si quaerat aliquis, quid inde sentiam,
Praesignat hostia futura hostiam.

3. Hinc puer nascitur et natus alitur,
Aetatis ordine vires assequitur,
Corporis viribus sat iuvenilibus
Ardenti studio studet virtutibus.

4. Contemnit saeculum et eius gaudia
Cognoscens omnia cito labentia,
Mundo renuntiat, se Deo sociat,
Sic terram fugiens caelo adpropiat.

5. Divino postmodum adflatus spiritu
Mutato pectore mutatur habitu,
Intra dominica manet ovilia
Christi cum ovibus ovis egregia.

6. Pastoris nutibus oboedit sedula
Nil horum praeterit, quae iubet regula,
Forti conamine calcat superbiam
In sapientia vincens malitiam.

7. Tulit iustitiae sanctam esuriem,
Beatam sequitur Christi pauperiem,
Processu temporis crescens virtutibus
Ipsis apparuit mirandus senibus.

8. Mundo iam mortuus Christo se vivere
Sancto mortalibus demonstrat opere;
Hinc pastor moritur, ovis praeficitur,
Pastoris strenue vices exsequitur.

9. Edocet subditos verbis et actibus
Se donans specimen bonorum omnibus,
Dirus ad scelera misericorditer
Utrumque temperans fit aequus arbiter.

10. Ut prudens medicus perunget languida,
Quae salus abicit, praecidit putrida,
Non illum extulit sedes superior,
Qui mente permanet cunctis inferior.

11. Magister mitium, pater humilium,
Locat hunc humilem loco sublimium,
Ex dono spiritus augetur sanctitas,
Legis perfectio non deest caritas.

12. Aluntur pauperes mente promptissima,
Quae dentur, dat Deus manu largissima,
Vestitur nuditas Christi vel pauperum,
Adcrescit cumulus bonorum operum.

13. Hic venerabile Cluniacensium
Plus priscis patribus ditat coenobium,
Illius studio crevit religio
Crevit et numerus fratrum collegio.

14. Hanc domum Dominus rebus amplificat,
Sic, quantum diligat Hugonem, indicat,
Beata servitus tot parans reditus.
Dum servit, imperat vir Deo subditus.

15. Non tantum studio contentus practicae
Intendit otio vitae theoricae,
Marthae sollicitus implet officium,
Audit cum Maria Christi colloquium.

16. Cum Lia filios Deo multiplicat,
Quos Dei cultibus devotus adplicat,
Cum Rachel sterili, sed pulchra facie
Subtili caelica rimatur acie.

17. Iugi silentio iungitur lectio,
Nec deest lacrimis fervens oratio,
Sacrant frequentia hunc sacrificia,
Quae dum sacrificat, ipse fit hostia.

18. Quae addam amplius eius operibus,
Cum haec plus niteant cunctis sideribus?
Nam eius opera sunt velut sidera,
Quae propter numerum manent innumera.

Collect. ms. Aquicinctiense saec. 12. Cod. Duacen. 381. A. — Migne PP. LL. 189, 1020 sqq. B. — „Rhythmus eiusdem de vita sancti Hugonis, abbatis Cluniacensis“ A.

Adalbertus III. de Tournel,

Episcopus Mimatensis,

† 1187.

Adalbert oder Aldebert III., Bischof von Mende, entstammte einer adeligen Familie der Landschaft Gévaudan im südlichen Frankreich, woselbst er mehrere Schlösser (Capion, Mons Tegulosus, Mons Fortis) besafs, und war ein Verwandter der Gräfin von Auvergne, Anne de Nevers, der Gemahlin Wilhelms III. von Auvergne. Er war regulierter Chorherr, wurde dann Probst und 1151 Bischof von Mende, mit welcher Würde er die eines Domherrn von Le Puy verband, machte unter Eugen III. eine Reise ad limina, leistete 1161 zu Paris dem Könige das homagium, das seine Vorfahren verweigert hatten, wohnte unter Alexander III. 1163 dem Konzil von Tours bei und entdeckte 1169 oder 1170 die Gruft des hl. Privatus (Vgl. Nr. 9, Str. 1 ff.; 3, 1 sq.). Ein, wie es scheint, unebenbürtiger Bruder des Bischofes befehdete diesen, bemächtigte sich des Schlosses Capion und sogar der Person des Bischofes, der 1187 im Gefängnisse starb.

Wir besitzen von Adalbert vier Briefe (Duchesne, Scriptt. hist. Franc. IV, 651, 656, 670, 688), sowie einen sechsteiligen Traktat de inventione corporis S. Privati. Bei diesem Traktate befinden sich die hier mitgeteilten liturgischen Dichtungen. Eine Abschrift der Inventio und der Dichtungen besitzt die Bibliothek der Bollandisten mit der Aufschrift: Epitome operum Aldeberti III., episcopi Mimatensis, auctore Petro Hieronymo, ecclesiae Mimatensis diacono; hierin befinden sich als Liber VII: "Prosae quaedam in honorem S. Privati, concinnatae a Domno Aldeberto (es sind die nachstehend mitgeteilten) und als Liber VIII. ein Officium S. Privati (prosaisch). Eine andere Kopie von einem Abbé Baldit herrührend und nach einer Handschrift des XIII. Jahrhunderts gefertigt, über deren Herkunft und Verbleib nichts weiteres bekannt, sah und benutzte Léopold Delisle, Revue des Societés Savantes des Départements, Deuxième série, VIII, 51 ff. Delisle teilt noch die folgenden Verse mit, die in der Brüsseler Abschrift sich nicht finden:

Mimas, mihi optata civitas
Mea nutrix, mea (semper) iucunditas,
Tu me gratis dilexisti
Et in patrem elegisti.

Me parentes reliquerunt
Et me tibi reddiderunt,
Tu me gratis assumpsisti
Et ut tuum custodisti.

Grates tibi, quas possum, refero
Et me tibi, me totum offero,
Et quamdiu sum in hoc saeculo,
Te diligam animo sedulo.

Die Abfassung der hier mitgeteilten Prosen durch Adalbert III. steht aufser Zweifel. Vgl. über ihn aufser Delisle a. a. O. auch Hist. lit. de la France XIV, 623.

264. (1.) In Festo S. Privati.

Prosa I.

1. O Private, nunc cantemus,
Nos qui tibi congaudemus
Speciali gratia.

2 a. Gaude, Mimas, et exsulta,
Cane tuba et resulta
In Privati gloria;

2 b. In patronum tibi datus
Fuit sanctus vir Privatus,
Hoc sit in memoria.

3 a. Illa dies sit in laude,
Canat chorus, plebs adplaude,
Dies est laetitiae!

3 b. Sanctus martyr sublimatur
Et in caelis collocatur,
Coronatur hodie.

4 a. Sprevit mundum blandientem
Et contempsit saevientem
Sancta fultus gratia;

4 b. Sprevit mortem et tormenta,
Huius mundi blandimenta
Sprevit ut inania.

5 a. Vis audire, quam amandus
Atque quantum venerandus
Vir hic est egregius?

5 b. Vir per saecla reverendus
Et a cunctis iam colendus
Te docet Ogidius,

6 a. Qui hunc fecit in patronum;
Magnum fuit Dei donum,
Magnum privilegium.

6 b. Huius preces quaerit viri,
Huius prece vult muniri
Vir, Dei armarium.

7 a. Ex quo tantus, tam excellens,
Tantis miris iam praecellens,
Huius vult suffragia,

7 b. Nos ad illum nunc canamus
Et pro posse extollamus
Illius magnalia.

8 a. Vere fuit pastor bonus,
Nam deponit carnis onus
Ovi iam compatiens,

8 b. Soli Christo adhaerebat,
Solum Christum diligebat,
Solum Christum sentiens.

9 a. Est laudandus, nam amavit
Et vivendo collaudavit
Sanctam sapientiam,

9 b. Satis leve venerari,
Magnum eius imitari
Fidem, patientiam.

10 a. Qui [sui] pontificatus
Curam gerit sublimatus,
Sic spernebat saeculum,

10 b. Quod vivebat eremita
Et illius erat vita
[Cunctis] in miraculum.

11 a. Venit tortor, indignatur,
Furit, torquet et minatur
Dicens: diis immola;

11 b. Sanctus vero, fide fortis,
Spretis huius minis mortis
Surda spernit idola.

12 a. Inde flammis cruciatur,
Novis poenis laceratur
Ob fidem catholicam,

12 b. Victis mundi blandimentis,
Victis poenis et tormentis
Aulam intrat caelicam.

13 a. Sancte noster advocate,
Tu da nobis, o Private,
Soli Deo vivere,

13 b. Nos, qui tibi hinc cantamus,
Fac cum Deo, ut speramus,
In excelsis canere.

265. (2.) In Festo S. Privati.

Prosa II.

1 a. In prosis et concentibus
Est congaudendum omnibus
In Privati praeconio,

1 b. Dux Gavalorum bravium
Adeptus est, ad gaudium
Congaudet summa contio.

2 a. Praesul, lucerna patriae,
Totius virtus gratiae,
Constructor vitae caelitus

2 b. Aspirans ad caelestia
Sprevisti transitoria,
Repletus dono spiritus.

3 a. Novis poenae generibus
Multatus es et fustibus
Propter fidem catholicam,

3 b. Tyranni poenas negligis
Et, dum hanc mortem subigis,
Aulam subintras caelicam.

4 a. Retro transactis saeculis
Quantis fulges miraculis,
Quis adnarrare sufficit?

4 b. Sic solebas retundere
Audentes tuos laedere,
Quod audire me reficit.

5 a. Vir celebris memoria,
Pravorum fessis rabie
Succurre tuis precibus,

5 b. Tu nostrum es solacium,
Exsurge in auxilium
Nobis ad te clamantibus.

6 a. Fac [vincere] haec saecula,
Reviviscant miracula
Tuae mirae potentiae,

6 b. In sancta Dei gratia
Responde de iustitia
Donanti se calumniae.

7 a. Res tuas multi rapiunt,
Fac, ut discant, qui nesciunt,
Quae tua sit potentia;

7 b. Hos tuo tunde gladio,
Quibus gratis est odio
Tibi data familia.

8 a. Fac, plebs tua cognoscere
Te sciat et diligere
Et sursum quaerat gaudia;

8 b. Fac tuis servitoribus
Donetur tuis precibus
Hic pax et post haec gloria.

2 a, 3 Construxit. — 4 a, 2 fulget.

266. (3.) In Festo Sancti Privati.

Prosa III.

1 a. Iustus noster
ut palma floruit,
Flos in fructum
formari meruit,
Flos in cursu,
fructus in bravio,
Spes in aestu,
res in denario.

1 b. Hostis culpae,
cultor iustitiae,
Hospes mundi,
concivis gloriae,
Tulit pondus
et aestum vineae,
Viae cursum,
trituram areae.

2 a. O beatum pontificem,
Suis exemplar subditis,
Qui praesulatus apicem
Summis ornavit meritis!

2 b. Vectis in arca foederis,
Basis in tabernaculo,
Perfecti lignum operis
In Salomonis ferculo.

3 a. In nave Petri navita
Ventos et undas pertulit,
Pro plebe sibi credita
Lupo se pastor obtulit.

3 b. Dum tenetur grex obsessus,
Invenitur pastor gregis,
Regem suum qui professus
Canit laudes sui regis.

4 a. De rupe vico proxima
Vir beatus educitur,
O quam fidelis anima,
Quae nulla sorte frangitur!

4 b. Furit tortor in Privatum,
Poenis urget, prece rogat,
Ut subiectos per praelatum
Servitutem ferre cogat.

5 a. Negat hoc posse fieri
Fidelis pastor ovium,
Ut Christi Iesu liberi
Servi sint infidelium.

5 b. Clamant agresti rabie
Cultores immunditiae:
Adora, senex, idola
Et adoratis immola.

6 a. Verbis admiscent verbera
Persecutores barbari,
Blanda transit et aspera
Mente Privatus hilari.

6 b. Martyr perseverantiae
Ritus immundos abdicat,
Gedeonis in acie
Inter trecentos dimicat.

7 a. Mente certat immobili,
Tuba salutis praedicat,

7 b. Confracto vase fictili
Lucerna vasis emicat.

8 a. Vicit hostes vir invictus,
Vicit plagas, vicit ictus;
O quam felix hic afflictus,
Ubi vicit veritas!

8 b. De Privato tuo gaude,
Laudans virum dignum laude
Et in laude eius plaude,
Mimatensis civitas.

9 a. O Private, pastor bone,
Pater plebis et patrone,
Regno Christi nos impone,
Quod humana ratione
Fugit et scientia.

9 b. Iesu Christe, rex Privati,
Iesu regni rex beati,
Nos ascribe civitati,
Cuius cives sunt fundati
Pacis in concordia.

3b, 4 canat. — 8b, 3 in laudes. — Vielleicht bilden 7a und b nur eine Halbstrophe, und ist eine ebensolche ausgefallen.

267. (4.) In Festo Sancti Privati.

Prosa IV.

(In Crypta.)

1 a. Exsultet nostra curia,
In Privati memoria
Est congaudendum omnibus,

1 b. Gaudendum cunctis comiter,
Sed nobis specialiter
Gaudendum Minatensibus.

2 a. Nobis Dei clementia
Donavit in solacia
Sanctum Privatum caelitus,

2 b. Huic debemus canere,
Hunc semper debet sapere
Mens, lingua nostra penitus.

3 a. Private, gemma praesulum,
Nobis datus in speculum,
Vicisti mundi rabiem,

3 d. Adeptus Dei gratiam
Sprevisti mundi gloriam
Velut immundam scabiem.

4 a. Post adepta martyria
In ista parva regia
Tuum corpus hic ponitur;

4 b. Hic, quae tua potentia
Et quae tua sit gratia,
A populo cognoscitur.

5 a. Hic in tui memoriam
Per te rogamus veniam,
Fac, ut Deus nos audiat;

5 b. Fac, Deus tuis precibus
Det pacem hic orantibus,
Fac, Deus nos exaudiat.

268. (5.) In Festo Sancti Privati.

Prosa V.

(In Cava.)

O Private, dum vivebas,
In hac cava hic manebas,
Hic orando, ieiunando,
Hic, o bone, lacrimando
Tuum corpus affligebas,
Soli Christo adhaerebas,
Mundi spretis deliciis
Dei vivebas studiis.
Hic erat tua curia
In tantum ad sollemnia;
Hinc barbarorum rabie
Abstractus per martyrium,
Palma vestitus gloriae
Scandisti caeli solium.
Hic Deus nostris saeculis
Nos visitat miraculis,
Hic in tui memoriam
Per te rogamus veniam.
Fac, ut divina gratia
Sit nobis in remedia.
Private, tuis famulis,
Ad te venire sedulis,
Sis semper in auxilium
Contra mundi naufragium.

269. (6.) In Festo Sancti Privati.

Prosa VI.

(In Crypta.)

Gloriose vir Private,
Victa mundi feritate
Sommo pacis obdormisti
Et ad caelos ascendisti.
Tuum corpus pretiosum
Et per saecla gloriosum
Hac parva iacet regia,
Et nos, tua familia,
Hic in tui memoriam
Per te rogamus veniam.
Fac, Deus tuis precibus
Det pacem hic orantibus,
Det nobis sibi vivere
Et hinc ad te ascendere.

270. (7.) In Festo Sancti Privati.

Benedicamus.

1. Privatus, gemma praesulum,
Hic transivit per saeculum,
Quod nec adversis frangitur
Nec prosperis extollitur,
Unde
Benedicamus Domino.

2. Et dignas regi gloriae
Nos persolvamus gratias,
Quia Privatum hodie
Traxit ad suas nuptias,
Ergo
Deo dicamus gratias.

271. (8.) Aliter.

1. Privatus, Christi pontifex,
Si passus est martyria,
Non potuit hoc carnifex,
Quin scandat ad caelestia;
Nos igitur
Benedicamus Domino.

2. Privatus caesus fustibus,
Caeli scandens palatia,
Aequatus est martyribus,
Quia sprevit supplicia;
Unde
Deo dicamus gratias.

272. (9.) In Revelatione S. Privati.

Prosa I.

1. O Mimatensis civitas,
Vivas tota iucunditas,
Tibi quondam absconditus
Privatus nunc est redditus.

2. Adventu tanti domini
Gaudendum omni homini,
Gaudendum cunctis comiter,
Adelberto maioriter.

3. Nunc tenet, quod desiderat,
Ut in somnis praeviderat,
Oh, ad suum solacium
Nunc pascat in hoc gaudium.

4. Privatus suos visitat
Et illos beatificat,
Oh, illius miracula
Deaurant nostra saecula.

5. Privatus suos reficit,
Ad se clamantes respicit,
Oh, illius miracula
Sint nostra spes et gloria.

273. (10.) In Revelatione S. Privati.

Prosa II.

1. Gaude, tellus Gavalorum,
Te salutat rex caelorum,
Te salutat, te coronat,
Cum Privatum tibi donat.

2. Tibi quondam occultatus
Est thesaurus revelatus,
Hic thesaurus est caelestis,
Quo fugatur omnis pestis.

3. Cane, Mimas, et laetare
Et in Deo iucundare,
Tuus martyr revelatur,
Miris multis exaltatur.

4. Martyr tuus operatur,
Morbos fugat, plebs laetatur,
Adelberte praesul, gaude,
In Privati vivas laude.

5. In Privato tua vita
Et spes tua vivat sita,
Oh, Privatus te defendat,
Manum super te extendat.

In der Quelle bilden je zwei Zeilen eine Strophe, worauf jedesmal der Refrain folgt: Privati revelatio Sit tua gloriatio. Es scheint indes, dafs vier Zeilen zu einer Strophe zu verbinden sind.

274. (11.) In Revelatione S. Privati.

Prosa III.

1 a. Urbs bona Mimatensium,
Tota vivas in gaudium,
Oh, tota sis in canere,

1 b. Deus, deorum dominus,
Providit tibi eminus
Thesaurum tuum reddere.

2 a. De novo nunc recuperas
Thesaurum, quem perdideras,
[Laeta] rumpe silentia,

2 b. In organis et cantibus
Et in Privati laudibus
Declara tua gaudia.

3 a. Haec dies est laetitiae,
Hoc est beatum hodie,
Quo nos Privatus visitat,

3 b. Haec dies exsultatio
Et tota iubilatio,
Haec dies nos lactificat.

4 a. Hac die revelatio
Celebranda cum gaudio
Fit nostri sancti praesulis,

4 b. Cuius sancta miracula
Sunt canenda per saecula
Cunctis in bonum sedulis.

5a. Venit mater cum filio
Arrepto a daemonio
Hac die, hic nos vidimus,

5b. Mater instando precibus
Commovit plebem fletibus,
Omnes sciunt, quod dicimus.

6a. Surrexit in auxilium
Et fugavit daemonium
Sancti Privati gratia;

6b. Privatus aegros reficit,
Ad se clamantes respicit
Mira cum efficacia.

7a. Ipsum nobis canentibus
Et in ipso sperantibus
Donent sancti suffragia,

7b. Ut per ista sollemnia
Consequamur caelestia,
Ubi pax est plenaria.

Alexander Neckam,

Abbas Cirencestrensis,
† 1217.

Alexander Neckam, mit seinem Spottnamen Nequam, einer der gefeiertsten lateinischen Dichter des 12. Jahrhunderts, war geboren zu Hartford (nach andern zu St. Albans) im September 1157, in derselben Nacht wie König Richard Löwenherz, dessen Milchbruder er wurde. Nach Vollendung seiner Studien zu St. Albans lehrte er an der dieser Abtei inkorporierten Schule zu Dunstable, ging dann nach Paris, wo er 1180 als Lehrer an der Universität tätig war, kehrte 1186 in seine frühere Stellung in Dunstable zurück, um, in St. Albans abgewiesen(?), in das regulierte Chorherrnstift von Cirencester einzutreten, zu dessen Abte er 1213 erwählt wurde. Er starb 1217 in Kemsey in Worcestershire und wurde in Worcester begraben.

Es ist hier nicht der Ort, seine zahlreichen Werke in Versen und Prosa aufzuführen, von denen nur ein geringer Teil durch den Druck zugänglich wurde. Die hier unter seinem Namen veröffentlichen religiösen Lieder befinden sich in der Pariser Handschrift 11867 (anc. Fond St. Germain 376) aus dem Ende des 13. Jahrhunderts, welche vielleicht unmittelbar, jedenfalls mittelbar aus Cirencester stammt. Sie folgen dort sogleich auf Neckams Laus sapientiae divinae. Schon Hauréau hat in seinem Aufsatze über Neckam für die Nouvelle Biographie Générale XXXVII, col. 572 diese Lieder mit Recht für Neckam in Anspruch genommen, hielt dieselben aber für prosaisch und übersah, dafs auf die Lieder Neckams zum Lobe der heiligen Maria Magdalena einige liturgische Hymnen auf diese Heilige folgen, die nicht von Neckam, sondern von andern Verfassern herrühren. Eine Bestätigung für die ausgesprochene Ansicht liegt in dem Umstande, dafs Neckam auch ein Gedicht de Conversione s. Mariae Magdalenae verfafste, sowie darin, dafs die einzigen zwei Lieder unter den Gesängen der Pariser Handschrift, die wir auch aus andern Quellen nachweisen können, die Nr. 8 und 9, sich gerade und nur in zwei englischen Handschriften finden. — Vgl. Wright, Biographia Britannica Literaria II, 449 ff. — Du Méril, Poésies inédites du moyen-âge (1854), 169 ff. — Nouvelle Biographie Générale XXXVII, 569. ff. — Dictionary of National Biography XL, 154 u. f.

---

275. (1.) De Beata Maria V.

1 a. Iubilaeas excitent
exsultationes
In nobis dulcissimas
meditationes
De matre dulcedinis,
cui veri praecones
Vera dant praeconia.

1 b. Cum abyssi faciem
caligo velaret,
Facta est lux, quae lucens
mundum illustraret,
De qua rerum artifex
solem post formaret
Ad mundi solacia.

2 a. Est ergo de lucida
nube sol formatus;
Sic ex matre factus est
Christus incarnatus.
Lignum vitae germinat
hortus irrigatus
Leni rore gratiae.

2 b. Haec luna panselenos,
haec eclipsim nescit,
Luna sine macula,
quae nunquam decrescit;
Haec est urna aurea,
qua manna dulcescit,
Haec turris constantiae.

3 a. Haec est sponsi thalamus,
in quo deitati
Dum nupsit humanitas,
tam sunt inclinati
Caeli, quam sunt homines
Deo foederati;
Felix matrimonium!

3 b. Haec est illa civitas
Dei gloriosa,
In qua pulchra singula,
cuncta gratiosa,
In qua porta clausa est
tota speciosa;
Haec est spes fidelium.

4 a. Haec est urbs refugii
munita virtutum
Tutis propugnaculis,
in qua rei tutum
Asylum reperiunt,
dum ad matris nutum
Rite colunt filium.

4 b. Haec est arca foederis
tota deaurata,
A divinae gloria
lucis obumbrata;
Sic et sancto spiritu
virgo fecundata
Rosam profert lilium.

5 a. Haec est illa Sunamitis
Speciosa, casta, mitis,
David calefaciens;

5 b. Paradisus voluptatis
Fructum profert sanctitatis
Mater virum nesciens.

6 a. Ex virga flos pullulat
illaeso nitore,
Scintillat igniculum
crystallus candore
Non remisso, sed nitente
solito de more.

6 b. Intrat vitrum radius
et non violatur
Vitrum; sic castissima
verbo fecundatur
Illibato castitatis
primitivo flore.

7 a. Haec antiquis hostibus
Terribilis
Ut castrorum acies
Ordinata,

7 b. Haec supernis civibus
Amabilis,
Lucens ut meridies
Orbi nata.

8 a. Ergo, mater pietatis,
Munus tuae largitatis
Nobis des propitia.

8 b. Stella maris, praebe lucem,
Ut sequamur Christum ducem
Ad caeli fastigia.

276. (2.) De Beata Maria V.

1 a. Salve, virgo generosa,
Dulcis, prudens, speciosa,
Gemma, rosa, lilium.

1 b. Lux, aurora, luna, sol es,
Mater solis, fac, quod soles,
Tuis da solacium.

2 a. Salve, gemma virginum,
Vera salus hominum,
Semper vernans rosa;

2 b. Inter spinas lilium,
Supernorum civium
Laus, lux gratiosa.

3 a. Mundi salus, porta caeli,
Decor Saron et Carmeli,
Virginum aureola,

3 b. Veritatem peperisti,
Haereses interemisti,
Figmentorum idola.

4 a. Nam te virga praesignavit,
Quae serpentes devoravit,
Serpentes magorum.

4 b. Tu mater es veritatis,
Exstirpatrix falsitatis
Et cultus deorum.

5 a. Hac in valle desolatis
Tuta salus honestatis,
Dulce domicilium,

5 b. Fecundata deitatis
Rore, templum sanctitatis,
Certa spes fidelium.

6 a. Quo viso Noe laetatur,
Ramus es olivae;

6 b. Per te pax huic mundo datur,
Fons es aquae vivae.

7 a. Tu locus es insignitus
Saphiris virtutum;

7 b. Tu salutis anca, litus
Naufragis da tutum.

8 a. Mater Dei, mater vitae,
Felix, dulce, tutum, mite
Miseris solamen,

8 b. Duc ad locum deitatis,
Lucem, quam dat claritatis
Sol, [aeternam] Amen

277. (33.) De Beata Maria V.

1 a. Ad pedes benignitatis
Tuae, mater pietatis,
Provolutus iaceo;

1 b. Nisi tuae largitatis
Opem feras, quam renatis
Ferre soles, pereo.

2 a. Vitiorum sum oppressus
Mole, multis sum obsessus
Hostium insidiis.

2 b. Ratio iacet sopita,
Caro punit irretita
Pristinis deliciis.

3 a. Heu, quid agam, quo me vertam?
Sed, dum queror, ecce, certam
Nanciscor fiduciam.

3 b. In te fido, mater Dei,
Ad te venientes rei
Consequuntur veniam.

4 a. Ab antiqui Pharaonis
Manu, mater Salomonis,
Potenter tulisti

4 b. Theophilum, quem orantem
Fletu genas irrigantem
Libens exaudisti.

5 a. Munitum capitibus
Septem, decem cornibus,
Draconem vicisti,

5 b. Ut vilis apostata
Saevus saeva in fata
Cederet, iussisti.

6 a. Dum in lucem prodiisti
Rutilans aurora,
Quando solem concepisti,
Ut luna decora,
Electa ut sol fuisti
In assumptione.

6 b. Tu salutis fundamentum,
Tu salutis portus,
Matrum decus, ornamentum
Et conclusus hortus,
Nostrae spei firmamentum,
Corona coronae.

7 a. Mundo nata mater munda,
In peccatis natos munda,
Spes, salus, solacium,

7 a. In hoc mari procellarum,
In hac valle lacrimarum
Nobis da subsidium.

278. (4.) De Beata Maria V.

1 a. Paradisus voluptatis
Uxoratur, deitatis
Imbre misso caelitus;

1 b. Imperator dum accedit,
Tyrannus naturae cedit
Et recedit penitus.

2 a. Dum fomes extinguitur
Aquis fontis vitae,
Lex membrorum vincitur
Iam sopita lite
Carnis contra spiritum.

2 b. Nobile triclinium
Sanctae trinitatis
Dulce domicilium
Est virginitatis,
Matrum decus inclitum.

3 a. In fiscella scirpea
Moyses reconditur,
Facie siderea
Victa pie flectitur
Pharaonis filia;

3 b. Cellula virginea
Maior orbe clauditur,
Accendit vis ignea
Rubum, nec minuitur
Viroris potentia.

4 a. Impletur caelesti rore
Concha Gedeonis,
Iucundo fragrat odore
Domus Salomonis,
Domus pigmentaria.

4 b. Partum culpa non praecessit
Expertem doloris,
Gaudium, quod mater gessit,
Parit cum honoris
Virginalis gloria.

5 a. Gloria mulierum,
Genetrix laetitiae,
Regem parit siderum
Nescia tristitiae,
Dum parit laetitiam.

5 b. Ridet mater, nascitur
Causa risus omnium,
Angelis indicitur
Nuntiare gaudium,
Pacem et concordiam.

6. Virginis assumptio
Nobilis conclusio,
Principis confusio
Babylonis miserae.

279. (5.) De Beata Maria V.

1a. Haec columna nubis lucens,
Verum Israelem ducens
Ad amoena patriae;

1b. Haec est arbor, cuius fructus
Vita, mater expers luctus
In partu laetitiae.

2a. Haec amicta sole solem
Amiciens
Carnis suae pallio,

2b. Fecundata prole prolem
Enutriens.
Obsecundans filio.

3a. Dum lunam sub pedibus
Tenet, temporalibus
Praeesse docetur,

3b. Et, ut temporalia
Censeamus vilia,
Dicere videtur.

4a. Haec malorum Punicorum
Paradisus, fons hortorum,
Salomonis ferculum.

4b. Haec hortus deliciarum,
Viventium fons aquarum,
Castitatis speculum.

5a. Haec est sapientiae
Domus, septem gratiae
Columnis decentibus
Excisa.

5b. Haec rupes constantiae,
De qua est iustitiae
Petra sine manibus
Praecisa.

6a. Ergo, mater gloriosa,
Mulierum vernans rosa,
Lilium convallium,

6b. Ab Aegypto servitutis
Nos per viam duc virtutis
Ad terram viventium.

280. (6.) De Beata Maria Virgine.

1a. Stella maris, stilla mellis,
Sed plus radiosa stellis,
Plus stillis dulciflua,

1b. Mella procul dans et late
Terras omnes bonitate
Serenat perpetua.

2a. Foedus pacis mundo datur,
Almo flore ligustratur
Aaron arens virgula.

2b. Christus ob mortale genus
Fit mortalis, fit egenus,
Fit locus ad iacula.

3a. Mala nostra ferens ita,
Ne mors vivat, obit vita,
Res prima fit ultima.

3b. Fiunt arte Dei quadam
Mater virgo, Deus Adam,
Nomina synonyma.

4a. Nos consolans ea sola
Felix scala, bonis schola,
Cedrum fecit hysopum,

4b. Est qua puer nobis natus,
Per quem iacet hostis stratus
Et afflictor inopum.

5a. Vincit pugil ille gentis
Et ereptae de tormentis
Requiescunt palpebrae.

5b. Felix captivorum status,
Hostis vero trucidatus
Tenet antrum funebre.

6 a. Virgo, candor honestatis.
Virgo, mater pietatis,
Virgo, potens domina,

6 b. Quia sola potes dare
Plus, quam caelum, terra, mare,
Fer nostra precamina.

7 a. Christus, vita redemptorum,
Pestes sedet vitiorum.
Monstra premet scelerum

7 b. Per te, mater speciosa,
Per te, grata Deo rosa,
Per te, flos mulierum.

281. (7.) **De Beata Maria Virgine.**

1 a. Gaude, sacrarium
Divini foederis,
Pudoris lilium
Candens prae ceteris,
Quod solis radium
Gemma conceperis
Et Dei filium
Virgo pepereris.

1 b. Gaude, solacium
Humani generis,
Tutrix mortalium,
Praelata superis,
Praebens remedium
In casu funeris
Et patrocinium
In causa pauperis.

2 a. Nam, qui corruerat
Vento superbiae,
Nobis, quos oderat
Serpens invidiae,
Quos suae noverat
Heredes gloriae,
Malum porrexerat
Sub boni specie.

2 b. Sua perierat
Adam ingluvie,
Quem sua liberat
Christus esurie,
Cuius dum tolerat
Iugum miseriae,
Nostrae praeponderat
Mors contumaciae.

3 a. Deo conqueritur
Sors Adae misera,
Causa discutitur
Evae cum vipera,
Poena convertitur
In tua viscera,
Vir novus plectitur,
Peccata vetera

3 b. Iudex ulciscitur
Luendo scelera,
Libra dirigitur
Adpendens pondera,
Christus demergitur
In lance dextera,
Sursumque tollitur
Adam in altera.

4 a. Oblatus hostia
Felix pro miseris
Hostilis ostia
Confringit carceris,
Ligat daemonia
Regemque sceleris
Et die tertia
Redit ab inferis.

4 b. Ne tanti gloria
Marcescat operis,
Tanti victoria
Mercesque muneris,
De carne propria
Dat escam posteris
Expurgans vitia
Fermenti veteris.

5. Post hoc eximium
Crucis mysterium,
In quo fidelium
Salus et gaudium
Scitur consistere,
Ne patere
Recedere
Nos ab itinere,
Sed ora, fidelium
Ut gressus omnium
In se credentium
Ad vitae bravium
Curet dirigere. Amen.

282. (8.) De Beata Maria V.

1 a. Laetare, virginum
Flos admirabilis,
Per quam lux luminum
Facta visibilis
Obscuris hominum
Illuxit nubilis.

1 b. Ut nobis auferas
Mundi caliginem,
In te confoederas
Matrem et virginem
Simulque generas
Deum et hominem.

2 a. Parentem pariens
Alvus non parturit;
Fons indeficiens,
Qui semper scaturit,
Sitit multotiens,
Et panis esurit.

2 b. Implentur litterae
Vatum a saeculo,
Dum sic in paupere
Latens cunabulo
Tonans in aethere
Vagit in stabulo.

3 a. Mortem turpissimam
Ferens innoxius
Offert se victimam
In cruce saucius,
Et tuam animam
Pertransit gladius.

3 b. Post litem maximam
Redit ab inferis
Ovem centesimam
Reportans umeris
Drachmamque decimam
A domo cineris.

4 a. Post hoc eximium
Mysterium,
Quo nullum sanctius,
Per te, mortalium
Refugium,
Quo nullum tutius,

4 b. Sit nobis filius
Propitius,
Propter quos saucius
Cruorem proprium
Innoxium
Fudit ulterius. [1])

---

[1]) Dies Lied steht auch in Trop. ms. Dublinense anni 1352. Cod. Cantabrigien. Add. 710. Lesarten: 1 b, 5 generis. — 3 a, 6 Pertransivit. — 4 a, 3 sanctus. — 4 a, 4 mortissimi.

283. (9.) **De Beata Maria V.**

1 a. In te concipitur,
O virgo regia,
Rex, a quo regitur
Caelestis regia;
In te conectitur
Duplex substantia,
Quibus accingitur
Gigas ad proelia.

1 b. Intra te clauditur,
Qui claudit omnia,
Aeternus nascitur
Pater ex filia;
Candoris igitur
Non marcent lilia,
Nec ardens patitur
Rubus incendia.

2 a. Succensa radio
Superni luminis
Splendens in medio
Nostrae caliginis;
Dum incarnatio
Fit in te numinis,
Nostrae corruptio
Cedit originis.

2 b. Verbi conceptio
Nil habet criminis,
Nec flore proprio
Florere desinis;
In te fit unio
Matris et virginis,
In tuo filio
Dei et hominis.

3 a. Iugum malitiae
Portans alterius,
Qui suae propriae
Non erat nescius,
Servuli rabie
Liber, innoxius
Donator gratiae
Damnatur gravius.

3 b. Lator iustitiae
Latronum medius
Matris in facie
Torquetur anxius,
Locum Calvariae
Cruentat saucius
Pendens rex gloriae
Tanquam inglorius.

4 a. Statera subditur
Excelsi dexterae,
Christus adpenditur
Cum nostro genere,
Qui, dum deprimitur,
Facit ascendere,
Lanx nostra tollitur
Descensu ceterae.

4 b. In se reliditur
Mors ausa temere
Vitae, qua vivitur,
Mortem infligere;
Dum vita moritur
Pro nostro scelere,
Mors non permittitur
In nobis vivere.

5. Per hanc sanctissimam
Paschalem victimam,
Per te piissimam,
Cuius hic animam
Transivit gladius,
Propitius
In melius
Reformet ocius

Nos, plebem pessimam,
Et penam azimam
Et pacis victimam
Et precem optimam
Det nobis filius. [1])

5, 11 pacem. — Das Schema des Liedes (und also auch Singweise) wie in Nr. 281 (7).

284. (10.) De s. Maria Magdalena.

1 a. Voluptatum sitim sedat
Fervor ignis, dum mens se dat
Spiritali studio;

1 b. Instar ferri mens ignescit,
Sed ut aurum post liquescit
Resoluta gaudio.

2 a. Crescit fides, fervet amor,
Gaudet spes, ascendit clamor
Ad tribunal iudicis.

2 b. Dolet laetum, fidens tremit,
In cavernis petrae gemit
Cor columbae simplicis.

3 a. Dat privatae leges legis,
Legis vitae, summi regis
Osculans vestigia,

3 b. Hortum[que] deliciarum
Rigans rivis lacrimarum;
O laeta maestitia!

4 a. Sic, sic regi propinare
Gaudet amor, flens amare,
Suas lugens lacrimas;

4 b. Isto potu delectatur
Rex convivans, sic cibatur
Cibis cibans animas.

5 a. Ut commissa sint dimissa.
Instaurare vult amissa
Disciplinae studiis;

5 b. Cor explorat, gemit, orat,
Ver aetatis se deplorat
Consumpsisse vitiis.

6 a. Sed manum ad fortia
Mittit, colit studia
Consummatae vitae;

6 b. Viola fit lilium,
Laetum dans solacium
Paenitenti rite.

7 a. Felix ergo Magdalena,
Nos transferri in amoena
Fac caelestis patriae;

7 b. Fac nos Christo sic subesse,
Ut possimus interesse
Canticis laetitiae.

285. (11.) De s. Maria Magdalena.

1 a. Magdalenes inclita
Gesta, mores, merita
Exaltemus,
Exsultemus
Vultu, voce, mente.

1 b. Florentem amygdalum
Nobile dat Magdalum
Amygdalo
A Magdalo
Nomen sortiente.

[1]) Vgl. Anal. XX, 140, woselbst dies Lied aus einer Oxforder Hs. in sehr abweichender Form mitgeteilt ist.

2 a. Haec spretis deliciis
Mundi, carnis vitiis
Se fugit et saeculum,

2 b. Theoriae filiis,
Paradisi liliis
Exemplar et speculum.

3 a. Proficit in melius
Mores iam correcta,
Se custodit artius
Solito cor, recta
Via vitae rectius
Tendit in directa,
Legis vitat invia.

3 b. Diligit, quem eligit,
Sed prius electa,
Dum dilectum diligit
Deligens dilecta,
Mundi pompas abigit
Spe sursum erecta,
Leni telo saucia.

4 a. Regit amor, dirigit
Fides, quam spes erigit,
Provida se porrigit
In anteriora.

4 b. Fervet, amat, uritur,
Igne cor accenditur,
Instituta sequitur
Melle dulciora.

5 a. Nunc laetas maestitias
Fovet, nunc delicias,
Vix capit divitias;
Has dat amor rectus.

5 b. Regnantem in pectore
Cernere summopere
Quaerit, agit propere,
Quod iubet affectus.

6 a. Fontem vitae lacrimis
Dum rigat uberrimis,
De petra mel sugens
Dolens, gaudens, lugens,
Dulci condit oscula
Imbre lacrimarum.

6 b. Felici devotio
Gaudet in obsequio,
Dum fervor dulcescit,
Fruens dulcor crescit;
Quidquid agit sedula,
Censet amor parum.

7 a. Fluit a dulcedine
dulcor in cor laetum,
Praesens est tranquillitas
reddens cor quietum,
Invitat ad gaudia
spes virtutum coetum;
Supra se mens tollitur.

7 b. Ut fluant aromata.
paradisum mentis
Auster perflat, spiritum
vini ignientis
Sentit, sed vix sustinet
aestus vehementis
Fervorem, quo rapitur.

8 a. Resurgente Domino
mundus resurrexit;
A torpore languido
iacentem erexit
Magdalenae, nuntians,
quod dies illuxit
De sepulcro Domini,
dies, quem adduxit
Ortus sol iustitiae.

8 b. Quam felices habuit
successus ad vota,
Dum agnovit Dominum
voce verbi nota!
Novus sol laetitiae
refulsit in mente
Vero iam exterius
sole refulgente,
Sole quidem gloriae.

9 a. O beata nuntia
Communis laetitiae,
Tuis sis propitia;
Iesum, venam veniae,
Collatorem gratiae
Nobis reconcilia.

9 b. Tot insurgunt proelia,
Tot latent insidiae,
Tot infestant vitia,
Seducunt blanditiae;
Hac valle miseriae,
Tuis fer solacia.

3 a, 7 Legit.

286. (12.) **De sancta Maria Magdalena.**

1 a. Chordas cordis intendamus,
Ut concordes recolamus
Mariae praeconia.

1 b. Laus Mariae Magdalenae
De caelestis orta venae
Venit adfluentia.

2 a. Quam laudavit et amavit,
Quam purgavit et probavit
Dei sapientia;

2 b. Quam respexit et erexit,
Quam prospexit et evexit
Domini clementia.

3 a. Cui multum est indultum,
Quoniam dilexit multum
Sua flens flagitia,

3 b. Altum gemens, humi iacens
Corde clamans, ore tacens
Lacrimatur anxia.

4 a. Pedes lavat et extergit,
Osculatur et respergit
Unguenti fragrantia;

4 b. Cordis alti perscrutator,
Piae Mariae salvator
Acceptat obsequia.

5 a. Cuius caput cum unxisset
Et hanc Iudas arguisset
Ferves avaritia,

5 b. Hanc praedixit praedicandam
Modo Christus et beandam
Perenni memoria.

6 a. Hanc resurgens visitavit,
Huic primo revelavit
Novae vitae gaudia.

6 b. Hanc amavit et ornavit,
Hanc beavit et levavit
Ad caeli fastigia.

7 a. Felix ergo Magdalena,
Nos transferri in amoena
Fac caelestis patriae,

7 b. Fac nos Christo sic subesse,
Ut possimus interesse
Canticis laetitiae.

287. (13.) **De sancta Maria Magdalena.**

1. Universae vota gentis
Gloriosae paenitentis
Celebrent praeconia.

2 a. Magdalena gravi poena
Se castigat, ut configat
Carnis desideria.

2 b. Non desperat de salute,
Sed accingit se virtute
Caelestique gratia.

3 a. Pietatis adit fontem
Ac virtutum tangit montem
Tendens ad caelestia.

3 b. Illa currit et currunt lacrimae,
Adflictaeque singultus animae
Morbi sunt indicia.

4 a. Mens in fletum tota fluit,
Nunc est, quod iam dudum fuit,
Facta prorsus alia.

4 b. Arte summi medici
Fit coloris unici
Pellis pardi varia.

5 a. Non est memor pharisaeus
Suae leprae, de qua Deus
Miserum curaverat.

5 b. Paenitentis ad ingressus
Damnat illam et excessus
Veteres improperat.

6 a. Exactoris iugum fregit,
Vicit mundum et elegit
Sibi partem optimam;

6 b. Lavans, ungens et capillis
Tergens [pedes] plus in illis
Suam lavit animam.

7 a. Sic accedit Christi donis
Raab atque Babylonis
Beata conversio,

7 b. Contemptus in gratiam,
In laudem et gloriam
Versa est confusio.

8 a. O dulcedo mentis piae!
Amor, fides, spes Mariae
Lazarum resuscitat.

8 b. Esse credit hortulanum
Salvatorem, nec in vanum,
Nam in hortis habitat.

9 a. In futuro profuturam
Circa Christi sepulturam
Impertitur omnem curam,
Ut dilecto serviat.

9 b. Ut effulsit lux divina
Vi coruscans repentina
Quasi stella matutina,
Verum solem nuntiat.

10 a. Iucundata visione
Resurgentis et sermone
Praeceptoris iussione
Redit ad discipulos.

10 b. His infundit verbi rivos
Fide firmans semivivos
Colligitque primitivos
Fidei manipulos.

11 a. Omnes ergo voto pari
Hoc utamur exemplari
Et affectu singulari
Studeamus imitari
Mariae vestigia.

11 b. Simus Martha per laborem
Et Maria per amorem,
Ut cum eis salvatorem
Contemplemur et decorem
Regnantis in gloria.

Anonymus Noanus.

Monachus Cisterciensis,
saec. $^{12}/_{13}$.

In der Handschrift 652 (A 570) der Stadtbibliothek von Rouen, einem Sammelbande des 13. Jahrhunderts, der aus der Cisterzienser-Abtei St. Maria de Noa (la Noé oder la Noue) in der Diöcese Evreux stammt, befinden sich die nachstehend mitgeteilten, 1900 von Blume aufgefundenen und abgeschriebenen Gedichte. Da der Verfasser sich nicht nennt, können wir ihn nur nach dem Fundorte seiner Poesien benennen, welche sich durch gute Beherrschung der poetischen Formen des zwölften und dreizehnten Jahrhunderts auszeichnen.

Laus et Speculum Reginae Caelorum.

Incipit prologus in laudem et speculum reginae caelorum.

Reginae cunctorum et dominae caeli et terrae, beatae et gloriosae semper virginis et Dei genetricis Mariae gratia et pietate fidentibus, gloria et honore gaudentibus, eiusdem minimus sua Deique gratia servulus praesentem et aeternam salutem Dei genetricis et virginis.

Aegrotanti mihi tempore sacro quadragesimae et lectulo decumbenti piae voluntatis et meditationis id incidit, immo desuper, sicut sensi, radius mihi caelestis inspirationis illuxit, ut de tanta tamque magnifica virgine gloriosa pium aliquid per Dei gratiam excogitare temptarem, memoriae litterarum, sicut dignum et fructuosum, sicut honestum et utile, coeptum commendans opusculum. Quod leni consonantia resonans et dulci currens eloquio mentes legentium, animos audientium dulcedine sua demulceat, demulcens alliciat, alliciendo foveat, fovendo provehat et accendat ad amandam et venerandam venerabilem et gloriosam semper virginem et Dei genetricem Mariam.

Quod ita concipiens corde et animo, ad virginem inde recurrens, regnantem in ea sicut in proprio throni sacrario spiritum sanctum per eandem mente deposco, quatenus mihi de sacra virgine gloriosa sua benignitate et gratia piissimus inspirare dignetur, quod sibi gratum, virgini non incongruum, amantibus eam propitabile, salutiferum et utile fiat. Non amantibus enim videtur amarum, quod dulce est. Sed vae, qui dicunt malum bonum et bonum malum, ponentes tenebras lucem et, quod dulce est, in amarum et e converso!

Piam etiam piissimae virginis clementiam, fiduciam habens in ea, supplex fidenter exposco, quatenus mihi fluminis impetus laetificans civitatem Dei de fonte virginis gratiae septiformis inundet, eadem desuper infundente, qua semper tota redundat Maria gratia plena, ad laudem virginis et gloriam filii sui Iesu Christi, Domini nostri.

Hoc autem opus non ex industria neque fato neque fortuna, sed sicut Dominus dedit et sicut per dies unum post aliud capitulum singillatim scriptum est, in quinque partes distinxi. Non enim omnia simul morbo detentus explevi. Quod si robustior essem, eodem, capitula quo digesta sunt ordine, singula distinguere maluissem, ut qui forte morbo vel occupatione, taedio vel oblivione totum offerre non poterit, quantum ei spiritus sanctus inspiraverit, Deo praesentet et virgini et iugi voto decantet ad honorem et gloriam Dei et laudem genetricis eiusdem, gloriosae virginis Mariae, reginae caeli et terrae.

Praesentem vero libellum, quantum ad actorem, *opusculum*, quantum ad virginem, *laudem et speculum* et *opus caeleste* vocamus *et librum virginis almae per partes quinque divisum*. Sed quinis partibus illis, si praesens prologus, initia titulorum et finis subiectorum addantur, non solum septem instar gratiae septiformis, sed partes octo refulgent instar aeternae beatitudinis. Unde scriptum est: Da partes septem necnon et octo: Septem in promerendo, octo quidem in possidendo; septem in exsilio, octo quidem in patriae gaudio; septem in gratia septiformi, octo quidem in gloria multiformi. Vel septem et octo in utraque vita, in utraque stola, in utraque ecclesia, in utraque vitae corona: in corona praesentis victoriae, in corona perpetuae gloriae. *Septem partes* dat ecclesiae vel sibi et animae suae, qui numero vitae septenario in activa vita gratia septiformi refulget, *octo partes* novit dare, qui per septemplicem volat gratiam ad supernae visionis octonarium et aeternae beatitudinis gloriam.

Explicit prologus.

Incipit titulus in introitum libri huius.

Ecce, patens aditus praesentis porta libelli,
Porta patens penitus patientibus atque rebelli!
Hic etenim pravis mentisque quibusque suavis
Emicat orandi modus, hostia sacrificandi,
Sicque Deo digne varii spiraminis igne
Hostia praeclara cordis mactatur in ara,
Plusque Deo cara, dum plus toleratur amara.
Agna, columba, capra, triplex haec hostia sacra,
Alba, rubens, taetra caelesti spirat in aethra,
Contemplativi, certantis et inchoativi
Gratia, martyrium, contritio, tus quoque dium,
At super, intro, foris redolent incensa doloris.

Explicit titulus.

288. (1.) **Incipit Introitus.**

1. Ave, Maria,
Gratia plena,
Dominus tecum!
Felix et pia,
Virgo serena,
Quidquid est aequum,

2. Quidquid est tutum,
Quidquid virtutum
Et honestatis,
Quidquid est floridum,
Nobile, lucidum
Amoenitatis,

3. Per tuum Ave,
Mundo suave,
Nobis illuxit,
Omne molestum
Vel inhonestum
Procul excussit.

4. Benedicta tu,
Deum adfatu
Quae Gabrielis
Et genuisti
Et aluisti,
Virgo fidelis,

5. In generali
Sexu mortali
Veteris Evae
Quae depulisti
Et diluisti
Geminum Vae Vae.

6. Virgo sacrata,
Partu beata
Virginitatis,
Mater intacta
Filium nacta
Divinitatis.

7. Et benedictus,
Nobis astrictus
Humanitate,
Uteri tui
Fructus, quo frui
Cum ubertate

8. Sancti laetantur
Et gloriantur
Ordines poli,
Unde fovetur,
Quidquid tenetur
Ambitu soli.

9. Spiritus sanctus,
Talis et tantus,
In te descendit
Teque benigne
Suo sic igne
Totam accendit,

10. Ut velut ignis
Rebus et signis
Lucida fias,
Tua resplendens
Mentes succendens
Gratia pias.

11. Virtus et patris
Gaudia matris
Tibi donavit,
In te resedit,
Tibi se dedit
Et obumbravit.

12. Unde, quod natum
Ex te beatum,
Est causa rei,
Iure vocatur
Et adoratur
Filius Dei.

13. Dumque favisti,
Dum paruisti
Regi superno,
Sic genuisti,
Sic meruisti
Lumine terno,

14. Lumine veri
Regis impleri
Gratia Dei
Voce sub illa:
Ecce, ancilla
Domini mei.

15. Sic inspirata,
Sic vulnerata
Cuspide zeli,
Dulcis amoris
Intus et foris
Numine caeli

16. Ferves et amas,
Fervens exclamas,
Virgo perita:
In me servata,
Mihi cognata
Caelibe vita

17. Fiat ancillae
Dei tantillae
Mihi secundum
Tuum hoc tale
Verbum vitale,
Sanctum et mundum,

18. Ut salva mei
Filium Dei
Virginitate
Utero feram,
Integra geram
Fecunditate.

19. Mater divina
Sic et regina
Facta credendo,
Dominum caeli
Verbo fideli
Concipiendo,

20. Matris honore
Gaudes cum flore
Virginitatis,
Virgo perfecta
Mater effecta,
Sed deitatis.

21. Aevus[1]) conclavi,
Munda, suavi
Rex honestatis,
Deus et homo
Tuae in domo
Integritatis

22. Sedit absconsus
Et tamquam sponsus
Inde processit,
Sed hic a mente
Tua clemente
Nunquam recessit,

23. Tua qui porta,
Nunquam distorta
Satanae morbis,
Venit a clausa
Nostri de causa
Conditor orbis,

24. Ut solis radius
Semper innoxius,
Immo sol verus
Intrans et exiens,
Lenis et leniens
Nunquam severus.

25. Ergo, quae solem
Deum in prolem,
Virgo, tulisti,
Sole divino
Magis omnino
Virgo fuisti.

26. Ergo, luciflua
Virgo, dulciflua,
Quae non contemnis
Nos, licet humiles,
Nebulae similes,
Virgo perennis,

27. Quaesumus miseri,
Nebula veteri
Caliginosi,
Quaesumus humiles,
Turbidi, fragiles
Et tenebrosi,

28. Nos pie libera,
Virgo lucifera,
Saeculi salo,
Mundi periculis,
Zabuli spiculis,
Ab omni malo.

[1]) Eiuus Hs.

29. Ut tibi tantae
Virgini sanctae
Complaceamus,
Ut tui nati
Regna beati
Possideamus,

30. Ut tibi tecum,
Sicut est aequum,
Congratulemur,
Ut sine nebula
Christo per saecula
Congloriemur.

Explicit Introitus.

Incipit commendatio et commendationis oratio.

Incipit e caelis oratio lapsa fidelis,
Cor faciens alacre, laus sacra lausque sacrae,
Laus genetrixque Dei, sacra semper virgo Maria,
Nunc et, virgo, mei dux, precor, esto pia.

Explicit commendationis oratio.

Incipit titulus in primo capitulo.

O regis speculum, decus omne iubarque suave,
Virgo, poli speculum, lucis et orbis, ave.
Gratia glorificans actorem, quid mage conor?
Christum magnificans gloria, laus et honor,
Vita, salus orbis, confectio congrua morbis,
Quantus honos hominum! virgo parit Dominum.
Te rogo mente pia, mihi virgo medere Maria
Et miserere mei semper amore Dei
Daque, per hoc munus mihi fiat trinus et unus
Et caelum propius [1]), rex sine fine pius.
O lux, o species, specimen speculi speciale,
Lux, via spesque, dies, stella marina, vale!
Munus, virgo, precum Christo simul offero tecum,
Contiguum laudi tu suscipe, mitis, et audi.

Explicit titulus.

289. (2.) **Incipit Speculum Reginae Caelorum.**

1. O Maria, virgo pia,
Virgo mater Domini,
Mater dia, vitae via,
Data felix homini,

2. Supra rosam speciosam
Vultus tui faciem,
Gratiosam, gloriosam
Oculorum aciem,

3. In me verte, in me fer te
Refundens clementiam,
Inferendo, infundendo
Veniam et gratiam.

4. O benigna, Deo digna,
Lapsu lapso veteri
Miserere et medere
Medicina celeri.

[1]) piius Hs.

5. O regina, laus divina,
Lux et decus hominum,
Medicina nobis trina
Genuisti Dominum.

6. Naturalis, spiritalis,
Deus, homo caelicus,
Corpus osque, sensus quosque
Verus fovet medicus.

7. Hac divina medicina
Mihi saepe saucio
Misereri et mederi
Debes ex officio.

8. Dixi *debes* nec ut hebes
Homo sic proloquitur,
Quia tu es, per quam lues
Mundana detergitur.

9. Cum sim foenum, immo caenum
In mea miseria,
Tibi sanctae loquar tantae
Salva tui gratia:

10. Quamvis limus omnes simus,
Tui tamen solii,
Quamquam fumus, causa sumus
Tui et fastigii.

* * *

11. Tu ad opus peccatorum
Super choros angelorum
Scandis ad caelestia,
Tu in causa salvandorum
Intras caelos et caelorum
Volans ad sublimia.

12. Numquid ibi peccatores
Intra regis nostri fores
Te habent in gloria?
Nonne propter transgressores,
Ut pro eis semper ores,
In solis es regia?

13. Nonne tulit ipse Deus,
Ut salvetur per te reus,
Tuus esse filius,
Nobis natus, nobis datus
Et pro nobis incarnatus,
Cui astas, propitius?

14. Numquid ipsa propter eos,
Ego dico, propter reos
Et salutem gentium
Intra sanctum tui claustrum
Verum suscepisti Austrum
Et actorem omnium,

15. Virgo Deum concipiens
Et virgo Deum pariens
Ad opus peccantium,
Sancta virgo, sancta parens.
Nullo prorsus bono carens
Ad lucem errantium?

16. Tu es mater tui patris,
Ipse pater suae matris
Ad vitam mortalium,
Tuus natus est Messias,
Ut regina caeli fias
Ad pacem fidelium.

17. Si non experientia,
Tamen nosti scientia
Miserias hominum;
Ergo succurre miseris,
Quibus iure compateris,
Piissima virginum.

18. Nam pro vita peccatorum
Imperatrix es cunctorum
Ad salutem omnium;
Ergo temet ipsam prostra
Coram Deo sicut nostra
Pro coetu credentium.

19. Tuum est enim proprium,
Ut tuum cogas filium
Pietatis foedere
Sicut mater salvatoris,
Ut sit ei semper moris
Nobis condescendere.

20. Ergo debes, virga Iesse,
Memor mei semper esse
Et humani generis.
Sed ne nobis, quia sumus
Vile lutum, vilis humus,
Nobis, inquam, miseris,

21. Pia mater, indigneris,
Nec avertas, nec mireris,
Quia caro fragilis,
Et cum mundo Satan hostis,
Sicut Deus et tu nostis,
Et mens nostra labilis.

22. Nunquam, fere nunquam migrant,
Sed affligunt et denigrant
Nos ut hostes impii.
Unde tua nunc alumna
In labore et aerumna
Huius exterminii

23. Ad te clamat his in imis
Et in huius vitae limis
Humilis et minima,
Ad te spirat, nunc in caelis,
Ecclesia vel fidelis
Et paenitens anima.

* *
*

24. O dux alma,
Vis et palma
Totius ecclesiae,
Lux et vita,
Nobis sita
In loco clementiae,

25. Qui caecantur,
Ut ferantur
Post mundi fallacias,
Dementantur
Et damnantur,
Nisi tu subvenias.

26. O mellitae
Instar vitae
Sanctitatis speculum,
Viae tritae
Iter, mitte
Salomonis ferculum.

27. Nostrae spei
Dux et rei
Cohaerens vestibulum,
Helisaei,
Veri Dei,
Currus et vehiculum,

28. Manna roris
Et candoris
Germinans vermiculum,
Quem Iudaei
More rei
Contrivit patibulum,

29. Porta caeli,
Norma zeli,
Legis tabernaculum,
Manna pluens,
Melle fluens
Regis habitaculum,

30. Astans ei,
Tantae rei,
Quae es Dei speculum,
Sursum rei,
Quaeso, mei
Esto dux in saeculum.

Explicit capitulum primum.

Incipit titulus in secundo.

Virgineum speculum, purificans oculum
Cordis utrumque, Dei laus, medicina rei,
O medicina rei, congrua semper ei,
Verae lux fidei, linea recta spei,
Te rogo corde pio, qua magis arte scio,
Te mihi propitia vivere mente pia.

Explicit titulus.

290. (3.) Incipit secundum Capitulum.

1. O Maria, vere pia,
Miserere miseris,
Miserere, pia vere,
Pereunt, quos deseris.

2. O serena, Deo plena
Trinitatis gratia,
Virgo munda, sed fecunda
Deitatis gloria,

3. Causa Dei, quaeso, mei,
Piorum piissima,
Miserere, mitis vere,
Omnium dulcissima.

4. O praeclara, Deo cara,
Tuo mihi servulo
Sic dignare propinare
Gratiarum rivulo,

5. Ut fermento luculento
Expiatus veteri
Et divino sim omnino
Mancipatus operi,

6. Ut meorum delictorum
Relaxatus venia
Fluviorum sim tuorum
Fecundatus pluvia.

7. O solaris stella maris,
Portus et refugium,
Salutaris in praeclaris
Mons et refrigerium,

8. Veri solis, tuae prolis
Iubar et solsticium,
Absque mora sic exora
Tuum pro me filium,

9. Ne, qui mortis sum in portis,
Incurram naufragium,
Sed te duce tua luce
Fruar virtualium.

10. O miranda, veneranda,
Miro fulgens iubare,
Mire fluens, miro fruens
Paradisi nectare.

11. Quae non tuis mire pluis
Errantes praeveniens?
Quaeque fluis pie tuis
Pellens, iuvans, praeiens.

12. Tui casti sunt et pasti
Bonis continentiae,
Non incesti nec qui pesti
Serviunt luxuriae.

13. Mihi tuo, sed qui fluo
Veteri fuligine,
Mihi casto, sed depasto
Propria aerugine,

14. Quaeso, plue, quaeso, flue
Gratiarum flumine,
Ut per tuam manum fluam
Virtutum spiramine.

15. O suavis et, quae favis
Omnibus es dulcior,
Flore, fructu, rore, ructu
Singulis suavior,

16. O innupta, huc eructa
Dulcis undam fluminis,
Virgo dia, cuius bria
Dulce nectar numinis,

17. Fontes vivos, Dei rivos
Multiformis spiritus
Emanantes et rorantes
Animas divinitus

18. Et recondit et refundit
In hortos ecclesiae,
Vivos rivos, vere vivos
Septiformis gratiae.

19. O clementis, miserentis
Virga Dei regia,
Quam rex verus Assuerus
In misericordia

20. Hesther tendit et suspendit
Aman in patibulo,
Quod Iudaeo Mardochaeo
Parat in latibulo.

21. Aman hostis Orci postis,
Hesther est ecclesia,
Mardochaeus est Iudaeus
Quisquis in angaria

22. Plebem Dei, datus ei
Rector, eam instruit,
Artaxerxes est, qui messes
Et omnia tribuit.

23. Virga recta et porrecta
Pio moderamine,
Deaurata et gemmata
Fronde, flore, germine,

24. Tu es, pia virgo dia,
Virga regis gloriae,
Nobis data et prolata
In signum clementiae.

25. Tuam clemens ego tremens
Expeto clementiam,
Tuam orans et implorans
Pietatis gratiam,

26. Ut amore et honore
Dei, tui filii,
Tuus votis sim et totis
Nisibus obsequii.

27. Corpus, mentem et praesentem
Vitae meae modulum
Deo vere fac placere
Meque tibi servulum.

28. Si me reum apud Deum
Assumas in filium,
Salvus ero neque quaero
Longius auxilium.

29. Peccatores intra fores
Divini triclinii,
Ubi gaudes ferens laudes
In throno palatii,

30. Ad te spirant et suspirant,
Sui spem confugii,
Quae es lumen et cacumen[1])
Humani solacii.

[1]) Am untern Rand von anderer Hand verändert in: Solis ortus, vitae portus Totius refugii.

31. Ad te clamans, fac, ut amans
Deum super omnia
Iunctus tibi hic et ibi
Tua fruar gratia,

32. Ut amaris huius maris
Fluctibus exsiliam
Et devotus tibi totus
Deo semper serviam.

Explicit secundum capitulum.

Incipit titulus in tertio.

Virginis et matris, quae cunctis obviat atris,
Laus et honor Domini conveniens homini.
O pia, christicolis sacra lux et regia solis,
Da mihi laude tua vivere perpetua.

Explicit titulus.

291. (4.) **Incipit tertium Capitulum.**

1. O Maria, lux et via
Sursum et inferius,
In caducis via lucis
Peragrans superius,

2. In sophia vitae via,
Luce lucens clarius,
Fac nos vere relucere
Intus et exterius.

3. Mira mater, cuius pater
Deus est et filius,
Dulce donum, mire bonum,
Cunctis mirabilius.

4. Virgo mira, per quam dira
Perit pus veneria,
Per quam itur et exitur
Mundi de miseria,

5. Per quam fletur et deletur
Scelerum spurcitia,
Per quam statur et vitatur
Pervicax invidia,

6. Per quam homo Dei domo
Vivit in concordia,
Per quam datur et servatur
Honestatis gratia.

7. Virgo Dei, perpes ei
Comes ad regalia,
Sponsa, soror et, quid moror,
Et mater et filia.

8. O sublimis, es in imis
Pie fovens humiles,
Qui nituntur, sed labuntur
Saepius ut fragiles.

9. Continendo et parendo
Tibi fore similes
Fac gementes et trementes,
Fac honestos, utiles.

10. Nostras mentes fac clementes,
Quae nos ad hoc praemones,
Et constantes et calcantes
Mundum, carnem, daemones.

11. O praedives supra cives
Supernorum omnium,
Lux amoena, bonis plena
Cunctorum insignium.

12. Tanta, talis, aeternalis
Amatrix humilium,
Nobis praesto semper esto,
Quam milia milium

13. Comitantur, venerantur
Agmina caelestium,
Et, quos urget, fac, expurget
Durum hoc exsilium,

14. Paenitentes et sequentes
Tuum per te filium,
Exspectantes et sperantes
Tuum adiutorium,

15. Quae est Dei placens ei
Propitiatorium,
. . . . . .
. . . . . .

16. O puella, verbi cella
Dei, mons charismatum,
Nec est tale spiritale
Plenum vas aromatum.

17. Fac nos plene sine *Mene*
Prece, voto, gemitu
Deo vere condolere
Corpore et spiritu.

18. In te namque scimus quamque
Rem coesse Domini,
Omne bonum, omne donum
Conveniens homini,

19. Templum regis, arcam legis,
Miram supellectilem,
Et divinis cum cortinis
Togam inconsutilem.

20. Tu es urna et diurna
Dei vestis aurea,
Manna, soccus, virga, coccus
Et regalis laurea.

21. Latum in te caritatis,
Longum est aeternitatis
Infinitae gloriae,
Imum est humanitatis,
Altitudo maiestatis
Tuae praeminentiae.

22. Candelabrum, aeris labrum,
Boves, mortariola
Cum tabellis et fiscellis
Sunt offertoriola.

23. In te mensa et expensa
Cherub tintinabula,
Dulcis sapor, mitis vapor,
Odoris turibula,

24. Ignis, tura et his plura
Dei utensilia,
Sanctitatis, claritatis
Et aurea omnia.

25. Ergo tanta tamque sancta
Legis consummatio
Nos emundet et fecundet
Tua benedictio.

26. O beata advocata,
Fons misericordiae,
Felix nata, felix data
Nobis et ecclesiae

27. Advocata, Deo grata,
Ante thronum gloriae
Pro praelatis et sacratis
Voto continentiae,

28. Coniugatis et renatis
Christi et ecclesiae,
Ut exores intra fores
Divinae clementiae.

29. Omni hora clemens ora
Pro redemptis sanguine
Tui nati, immolati
Pro mundi peccamine.

30. O decora et odora
Super omnes species,
Nunquam fusca, sed corusca
Supra solem decies,

31. Tua munda lucis unda
Nos perfunde caelitus,
Nos circumda, nos inunda
Luce sancti spiritus.

Explicit tertium capitulum.

Incipit titulus in quarto.

Alma Dei dia genetrix, impleta sophia,
Quod tibi mente pia sic offero, sume, Maria,
Fac et idem vere tibi munus eique placere,
Qui per te munus sit nobis, trinus et unus.

Explicit titulus.

292. (5.) **Incipit Capitulum quartum.**

1. O Maria, mater Dei,
Convertentis mater rei,
Virgo sincerissima,
Via lucis, dux et palma
Conversorum, mater alma,
Virgo benignissima.

2. Miserorum miserere,
Miseratrix nostri vere,
Miserendo subveni.
Liquefacta caritate,
Inundata pietate,
Miseratrix, adveni.

3. Miserere miserorum,
Quae in ipsis es caelorum
Thesauris charismatum.
Quae in thronis es decoris
Et odoris et dulcoris
Plena diadematum;

4. Quae cum Christo gloriaris
Et cum ipso spatiaris
Per arva balsamatum;
Quae cum ipso cohabitas
Intra cedros ibi sitas
In hortis aromatum.

5. Dulcis arbor et vitalis,
Nunquam fuit nec est talis,
Nec erit consimilis.
Aaron summi virgula,
Nova ferens miracula,
Virga ferax humilis.

6. Humo carens et humore,
Sed fecunda caeli rore
Sicut arbor utilis,
Inventa es fronduisse,
Floruisse, peperisse,
Virgo, virga fertilis,

7. Nova ferens amygdala,
Omnia tollens scandala
Et haeresum schismata.
Amygdala veritatis
Universa falsitatis
Peremerunt dogmata.

8. Amygdala deitatis
Simul et humanitatis
Fructus tui schemata;
Quem prophetae praedixerunt,
Cuncta simul astruxerunt
Veterum problemata.

9. Hic est fructus ventris tui,
Quo superni gaudent frui,
Superans aromata,
Cinamomum et odorem
Universum et dulcorem,
Omnia balsamata;

10. Omnia vincens dulcia,
Caelestia, terrestria,
Omnia charismata.
Unde dulcantur omnia,
Et ornantur insignia
Regni diademata.

11. Hic est fructus dulcifluus,
Ortus ex te, vere tuus,
Tuus et ecclesiae;
Tuus fructus, tuus Deus,
Tibi gratus[1]), per te meus,
Tuus, inquam, proprie.

12. Tuum ergo Dominum,
Tuum omnino proprium,
Tuum lac deifluum
Lege potes iuris miri
Et conferre et largiri,
Donum hoc largifluum.

13. Nam ut rosa vel lilium
Vel omnis odor dulcium
Spirat suavissime,
Quemadmodum flos odorem
Foras spargens et dulcorem
Redolet dulcissime,

14. Nec amittit in se fixum,
Sed ex toto servat ipsum
Et fundit largissime;
Sicut fructus dulcis olens
Et super cuncta redolens
Fraglans felicissime,

15. Ita sine detrimento,
Sed cum omni incremento
Fructum tuum merito
Illibata genuisti,
Sublimata peperisti,
Virgo maior solito.

16. Virgo felix, tellus dulcis,
Exarata vitae sulcis
Septiformi vomere;
Lacte, melle tota fluens,
Omni semper bono fruens
Multiformi munere.

17. Ut ex uno caritatis
Ex altero pietatis
Semper fluas latere,
Lacte, melle fluens Christi,
Cuius nescit unda sisti,
Et divino nectare;

18. Humanati deitatis,
Immolati caritatis
Redundans dulcedine,
Caritatis melle pluens,
Pietatis lacte fluens
Meritorum ordine.

19. Mel et lac est humanitas
Tui fructus et deitas,
Cuius manas flumine,
Veri Dei et hominis,
Sed et patris et flaminis
Vere fluens numine;

20. Veri mellis et bùtyri,
Quod est vita iusti viri,
Deliciis affluens.
Mel est Deus humanatus,
Factus in te butyratus,
Dulcis ex te diffluens,

21. Verus Deus factus homo
In sacrata tui domo
Ventris et virginea;
Dei cuius humanati,
Ex te casta vere nati,
Mater es idonea.

22. Ergo valde veneranda,
Valde semper es amanda,
Plena vere gratia.
In qua gaudete, virgines,
Omnes gradus et ordines,
Digna vere gloria.

[1]) grates Hs.

23. Omnes enim, qui Mariam,
Genetricem Dei piam
Et virginem diligunt,
Isti quietem intimam
Cum eadem et optimam
Partem sibi eligunt;

24. Et insistunt patientes
Et parendo continentes,
Ut vacent malitia,
Misericordes, humiles,
Quibus studet Christi miles
In mundi militia.

25. Istos vocat et eligit,
Istos servat et diligit
Deus, Dei filius.
Ergo nihil hominibus,
Nihil in mundi finibus,
Nihil est utilius,

26. Quam Mariam venerari
Et amare et sectari
Cum eiusdem filio.
Hoc est enim eius frui
Amore et nati sui
Et eorum gaudio.

27. Sed nos, licet pauperculi,
Licet indigni famuli,
Ad eius clementiam,
Ad eandem recurramus,
Ut per ipsam acquiramus
Veniam et gratiam.

28. Non enim potest non pia
Necnon esse propitia
Nobis, mundo advenis,
Quae nobiscum est et homo
Et pro nobis est in domo
Dei cum indigenis.

29. Ad hanc ergo redeamus
Et eidem exponamus
Nostrum desiderium,
Ut nati sui servulis,
Licet in bono parvulis,
Nobis adiutorium

30. Impendere non desistat,
Sed circa nos gressum sistat
Mentis et clementiae.
Suae illi piae menti
Nos infigat et clementi
Suae semper gratiae

31. Et de fonte septiformi
Et abysso multiformi
Gratiae dulcifluae
Pluviam voluntariam
Et sui roris copiam
Infundat largiflue.

32. Flos virginum, o Maria,
Flore, fructu, rore dia,
Tuo imbre caelitus,
Plena bonis et sophia,
Nos perfunde, virgo pia,
Rore sancti spiritus.

33. Fac per tuum Alleluia
Tuarumque precum via
In hac mundi specula,
Ut caelestis symphonia
Regni nobis melodia
Resonet in saecula.

Explicit capitulum quartum.

Incipit titulus in quinto.

Vae tibi, pseudo furor, quia te serpente peruror.
Proh dolor, statera quot perdit iniqua chimaera!
O pia virgo, precor, virosi domatis aequor,

Quod satanas virus molitur fundere dirus,
Subrue, pessumda, vivo pia fonte redunda,
Sana doctrina nos imbue caelicolarum,
Plana, divina, de flumine christicolarum.

Explicit titulus.

293. (6.) **Incipit laus et speculum reginae caelorum adversus haereticos.**

1 a. O Maria piissima,
Omni laude dignissima,
Plena Dei gratia,

1 b. Vera mater veri Dei,
Miserere, quaeso, mei,
Digna Dei gloria.

2 a. Vera mater, virgo vera,
Deus verus est revera
Sicut in mundissima

2 b. Verus homo factus in te,
Tibi datus, circumcinctae
Gratia plenissima,

3 a. Tibi datus, a sedibus
Aeternis et regalibus
Dei patris veniens,

3 b. Verus Deus, verus homo
Virginali tua domo.
Sicut sol egrediens.

4 a. Hinc Iudaeus infidelis
Erubescat et crudelis
Et omnes haeretici,

4 b. Erubescat gens vesana,
Quae vocatur publicana,
Gregis plebs phrenetici,

5 a. Quae caecos trahit hodie
In foveam perfidiae,
Gregis dux erratici;

5 b. Erubescant haesitantes
Et a fide deviantes
Et omnes schismatici.

6 a. Nam divinam virgo prolem,
Vera virgo verum solem
Genuisti Dominum,

6 b. Deformata restaurantem,
Illibata conservantem,
Salvatorem hominum.

7 a. Confundatur haereticus,
Resipiscat phreneticus
Et omnis erroneus;

7 b. Infidelis erubescat,
Sed fidelis hilarescat
Fide iam idoneus.

8 a. Caeli namque flos et fructus
Et suavis inde ductus
Odor indeficiens,

8 b. Flos et fructus spiritalis,
Dulcis odor et vitalis
Angelos afficiens,

9 a. Deus omnipotentiae,
Abyssus sapientiae
Omnia prospiciens,

9 b. Sol inviolabiliter
Penetrans et exsiliter
Intrans et egrediens,

10 a. Splendor paternae gloriae
Verusque sol iustitiae
Mariam divinitus

10 b. Et virginem conservavit,
Et virginem fecundavit
Luce sui spiritus,

11 a. A te, virgo, carnem veram
Mundam sumens et sinceram
Nostro manens habitu,

11 b. A te, virgo, circumsaeptus
Sicut imber et conceptus,
Sed de sancto spiritu.

12 a. Omnis ergo venenosa
Lingua, procax et dolosa
Suis in mendaciis

12 b. Torpescat et deficiat,
Tabescat et inficiat
Suis se spurcitiis.

13 a. Omnes ergo, qui virginem
Iuxta fidei ordinem
Honorant cum filio

13 b. Damnatis infidelibus
Regnabunt in caelestibus
Felici cum gaudio.

14 a. O beata, benedicta,
Quam caecata plebs et ficta,
Vulpes diabolica,

14 b. Non agnoscit nec sectatur
Nec ignara veneratur
Sicut gens catholica,

15 a. Tu es vellus Gedeonis,
Contra virus Pharaonis
Dulci rore profiua,

15 b. Ex te manat ecclesiae
Ros et pluvia gratiae
Super nos dulciflua.

16 a. Rore carens hoc Iudaea,
Dei sui necis rea,
Quem occidit impia,

16 b. Adhuc languet excaecata
Et perdurat exsiccata
Ferali duritia.

17 a. Sed hoc rore delinitur
Feliciter et mollitur
Per te iam ecclesia.

17 b. Unde quaeso te clementem,
Ut perfundas meam mentem
Tanti roris gratia,

18 a. Per quam iugum Pharaonis
Computrescit et timonis
Lora eius ferrea,

18 b. Regnum eius dolo plenum,
Nequam semper et obscaenum,
Lutum, later, palea;

19 a. Per quam Aegypti servitus
Et crastinalis exitus,
Vox corvina, spernitur;

19 b. Per quam trinos interitus
Hostis, mundi, carnis litus
Evadendi quaeritur;

20 a. Per quam quisquis de Aegypto
Spreto Pharaonis scripto
Cum mundi malitia

20 b. De sub iugo servitutis
Liber exit ad virtutis
Tendens exercitia,

21 a. Ut vescatur pane vivo,
Pane caeli, pane divo,
Pane iam angelico,

21 b. Manna caeli sine verme,
Manna Dei sine ferme,
Vero pane caelico.

22 a. O amanda, veneranda,
O spectanda, imitanda,
O gratiosissima,

22 b. O quaerenda et petenda,
O tenenda, amplectenda,
O gloriosissima!

23 a. Tu caelestis es frumenti,
Quod est vita piae menti,
Horreum et area,

23 b. Per quod vita restauratur
Et ad purum expiatur
Mundi huius glarea.

24 a. Tu es, per quam mens piorum
Pane vivit angelorum
In mundi militia.

24 b. O quam donum per maximum!
Sicut homo ad proximum
Viatici gratia

25 a. Visibilis adest Deus,
Et munitur Christi reus
Corpore et sanguine,

25 b. Quod promisit hic offerens
Et cum patre se conferens
Et cum sancto flamine.

26 a. O mira res et stupenda!
Quid hic dicis, o plectenda
Nequam plebs et impia?

26 b. Quid hic dicis, plebs venalis,
Plebs subversa, plebs feralis.
Veritatis inscia?

27 a. Deus adest et videtur
Et palpatur et tenetur
Inclusus in vasculo,

27 b. Ut filius ipse Dei,
Quando necesse est ei,
Suo detur populo.

28 a. O divina res et mira!
O canina plebs, delira,
Virus dirum fundens, dira
Mundi per originem!

28 b. Videtur invisibilis,
Palpatur inpalpabilis
Et incomprehensibilis
Tenetur per virginem.

29 a. Quod ignorant haeretici
Vel insani phrenetici
Vel perversi schismatici
Rabies et furia.

29 b. Sed qui nosse vult Mariam
Et ipsius prolem diam,
Veniat ad ecclesiam
Discere mysteria,

30 a. Hic visurus inflammatum
Rubum, quondam designatum,
Rubi decus Deo gratum,
Virginalem impraegnatum
Uterum divinitus,

30 b. Non ardore genitali
Nec calore maritali
Neque luxu, sed vitali
Dei flamma, spiritali
Rogo sancti spiritus.

31 a. Rubi huius est frutectum
Spinis suis iam desectum
Et horrendis circumfectum
Fraudis laude et infectum
Iudaeae perfidia,

31 b. Virginalem spernens rosam,
Ortam ex se speciosam,
Ex deformi gratiosam,
De spinosa gloriosam
Mariam in gloria.

32 a. At nos, qui fideles sumus,
Licet caro, licet humus,
Licet aura, licet fumus,
Virginem cum filio

32 b. Imitantes veneremur,
Venerantes imitemur,
Ut cum eis collaetemur
In caeli palatio.

33 a. Ad hanc ergo festinemus
Et benignam exoremus.
Piissimam invocemus
Iugi desiderio,

33 b. Cordis, oris et operis
Ut ope sui muneris
Ab omni nexu sceleris
Mundemur et vitio.

34 a. O spes nostra, dux et salus.
Per quam mali foetet palus,
Per quam redit omnis malus
Ad salutis veniam,

34 b. Per quam pauper spiritalis
Factus constans et vitalis
Tuis fertur post te alis
Ad virtutum gratiam,

35 a. Per quam quisquis sublimatus
Et in Christo consummatus
Sursum scandit elimatus
Ad caelestem patriam.

35 b. Oro, mihi peccatori,
Legis Dei transgressori,
Tuae, heu, contemptori
Legis continentiae,

36 a. Miserere paenitenti,
Misereri confitenti,
Miserere metuenti,
Mater indulgentiae.

36 b. Mater Dei praesidentis,
Mater rei paenitentis,
Mater spei praepollentis
In filiis gratiae,

37 a. Mater alma peccatorum,
Pia nutrix conversorum,
Revocatrix aversorum
Ad viam iustitiae,

37 b. Nos emunda nosque fove,
Nos circumda, castra move
Munimentis semper novae
Tuae diligentiae.

38 a. Mater nostra, mater Dei,
Consolatrix blanda rei
In agone sanctae spei,
Idem, precor, esto mei,
Ut in hoc permaneam,

38 b. Ut amore filiali
Matri meae spiritali,
Non de plebe, sed regali,
Liberatus fluxu mali
Tibi sic cohaeream.

39 a. Mater omnipotentiae,
Summae virgo prudentiae,
Multiformis vas gratiae,
Metreta sapientiae,
Paradisi flumina

39 b. Tu propinas confitenti,
Sed ex corde paenitenti,
Tu propinas sitienti,
Tu propinas piae menti
Verbi Dei numina,

40 a. Sed singulis in mensura
Et secundum sua iura
Et, ut tua semper cura
Pietatis reddant tura,
Virtutum spiramina.

40 b. Filios ipsa veniae,
Filios castimoniae,
Filios facis gratiae,
Filios demum gloriae,
Piissima domina.

41 a. Primo namque paenitere,
Post immittis continere,
Hinc virtutes exercere,
Deum tandem hic videre
Per nubilum speculi.

41 b. Ergo, vitam horrens malam
Et ancillam carnis Balam,
Fac, ut hanc conscendens alam,
Deo tecum fruar palam
In saeculum saeculi.

Explicit capitulum quintum.

Incipit titulus subiectorum.

Finalem subiectorum orationem praesenti libello, dum adhuc in schedulis opus omne lateret, tacita mente subnectere meditabar, rei

tamen et modi ipsius et materiae finalis ignarus. Cuius finem orationis huic iam operi Dei gratia largiente supposui, sicut in primis mente concepi et sicut in prologo, licet adhuc subiectorum ignarus, mentionem utique feci dicens: Opus hoc in partes quinque distinxi. Sed quinis partibus istis si tria — prologus, initia titulorum et finis subiectorum — addantur, non tantum septem, sed partes octo refulgent, quibus utique septenaria praesentis ecclesiae gratia et octonaria caelestis patriae gloria declaratur.

Explicit titulus subiectorum.

Incipit haec felix oratio sancta fidelis,
Qua perit infelix veteris fallacia Belis.

Explicit commendatio.

294. (7.) Incipit commendationis oratio.

1. O regina poli, miserum contemnere noli
Me peccatorem, sed te, peto, fac, ut honorem
Moribus et vita, prece, voto, mente, perita
Laude tuum natum, tecum sine fine beatum.

2. Fac, ut maiestas simplex et trina potestas
Me sibi suscipiat; fiat, dulcissima, fiat.
Fac, tuus ut natus pro me tuus et cruciatus
In me perficiat sua dona, piissima, fiat.

3. Te precor, Alpha vel O, concede mihi sine velo
Mente frui caelo, caelesti vivere zelo,
Virgineae matri gratum fore, nominis atri
Nocte carere, sequi, quod iustum constat et aequi.

4. Finali palma decorari laude sub alma,
Sub palma palmae reginae, virginis almae.
Quam felix palma, dilectio virginis alma!
Dulcis inest palmae meditatio virginis almae.

5. Gratia, laus almae sit et eius gratia palmae;
Nam trahit ad palmam meditatio sacra per almam.
O felix palma, meditatio virginis alma!
Nam vir in hac alma gaudet cum virgine palma.

6. Ergo triumphalis corroborat actio talis
Datque carere malis meditatio spiritualis
Virginei decoris, caelestis dulcor odoris;
Dulcis enim mitis plus est dulcedine vitis.

7. Lumine, sole, rosa, plus omnibus est speciosa,
Dulcior est favis, super omnia virgo suavis,
Mentes depastas vitiis, timidasque molestas
Mites et castas, humiles faciens et honestas,

8. Si tamen hac usae fuerint et mente refusae,
Circumquaque piam dulcem venerando Mariam.
Ergo frequens tantae sacra commemoratio sacrae,
Laus, amor est palmae, meditatio virginis almae.

9. Sed quia confusus aegre dediscitur usus
Et semel infusus vix evacuatur abusus,
Qui non suffundi flammantis sulphure mundi,
Qui non confundi vult in barathro pereundi,

10. Huic homo suspiret, gyrans meditando regyret
Hanc circa diam, recolens veneransque Mariam,
Sic et virtutem, sic percipiendo salutem;
Sic ibi mente sita vir meditetur ita:

295. (8.) Commendatio.

1. O rosa, flos florum, decus et vas lucis odorum,
O bona lux, pia lux, inclita lux, sacra lux;
Qua fulgent iusti sicut sol luce venusti,
Virgo parensque Dei, lux, precor, esto mei.

2. O lux, christicolis data lux et regia solis,
O lux solaris, lucida stella maris;
Lux lucis clarae, dignare mihi radiare,
Solis iustitiae lux, iubar ecclesiae.

3. Sancta Dei genetrix et virgo per omnia victrix,
Ad palmam patriae nos trahe laetitiae;
Vitae virgo datrix, nobis, precor, auxiliatrix
Semper propitia, mitis, amica, pia,

4. Supplicibus praesto quamvis peccantibus esto,
Custos perpetua, pro pietate tua;
Te faciente pia nos repleat alma sophia
Dulcifluis donis multimodisque bonis,

5. Cuius, id est Christi, sanctissima, promeruisti,
Ecclesiae pretium pauperis eximium,
Virgo, poli, terrae regem super omnia ferre,
Et regina poli semper es atque soli.

6. Te precor, in caelis oratio sancta fidelis
Iugiter ante Deum sic tua placet eum,
Ne mihi deficiat; fiat, mitissima, fiat;
Christe, rogo per eam, ne tibi displiceam.

7. Facque tuo more pro virginis huius amore,
Sit mihi perpetua gratia, quaeso, tua.
O bona, sancta, pia, dulcissima virgo Maria,
Oro, memento mei pro pietate Dei.

8. Inclita virgo, precor, totum peccaminis aequor
Semper ab hoc remove pectore meque fove.
Fac me virtutum solido munimine tutum,
Nomine reque pium, moribus egregium.

9. Te rogo mente pia, mitissima virgo Maria,
Me rege, me munda divini fluminis unda;
Unda tuae lucis me compluat hisque caducis
Esto mihi fomes luminis atque comes.

10. Lux tua, lux plene, lux lucis semper amoenae,
Gratia dico tua, sit mihi perpetua.
Sic rogo me muni, tuus ut tibi manciper uni
Iustitiae dono munditiaeque bono.

11. Fac, tuus ut natus, — nam sic ero vere beatus
Et tibi perpetuus servus ubique tuus —
Te sim propitia, sanctissima virgo Maria,
Facque, sacrum flamen ne mihi desit. Amen.

Caeli reginae speculum finit sine fine.

Ecce, sacri specimen speculi speciale polorum,
Ecce, sacri reginem speculi sublime virorum,
Sacrae reginae iubar et lux caeligenarum,
Sacrae doctrinae lux et schola terrigenarum.

Explicit istud opus vel sine fine scopus.

296. (9.) **Incipit e caelis oratio lapsa fidelis.**

1. O strenuissima
Virgo, piissima,
Mitis amoena,
Dulcis, amabilis
Et venerabilis
Atque serena.

2. Omnia prospera,
Virgo puerpera,
Te mihi dante
Semper abundent,
Semper inundent
Te comitante.

297. (10.) **Incipit egregiae laus sacrae Mariae,**
Laus salvatricis sanctaeque Dei genetricis.

1. Ave, lucis egregiae,
Pontificalis, regiae
Nata virgo prosapia
Caelesti providentia,
Insigni fulgens nomine,
Tantae condigno dominae,
Luce claro triplici!

2. Lingua namque tripartita,
Immo trina luce trita,
Illuminans stella maris
Et domina nominaris,
Sed domina claritatis,
Stella luce deitatis
Radians multiplici.

3. Ave, Maria, virginum
Flos et decus, lux hominum,
Totius lux ecclesiae
Et fons misericordiae,
Vera mater, virgo vera,
Pia, mitis et sincera,
Plena Dei gratia.

4. Gratiarum plena donis,
Copiarum plena bonis,
Divitiarum culmine,
Deliciarum flumine
Quadripartito fluvio
Paradisi plena dio,
Plena Dei copia.

5. Salve, salve, salve, digna
Dei mater et benigna,
Semper virgo, semper munda,
Sed nequaquam infecunda,
Immo divino germine
Praegnans et vero numine,
Digna Dei gloria.

6. Digna verbo Gabrielis,
Digna Deo, digna caelis,
Digna caeli colloquio,
Digna laudis praeconio,
Dignum vas sapientiae,
Sole digna iustitiae,
Digna verbi regia.

7. Ave, mitis, ave, pia,
Ave, dulcis o Maria,
Ave, nostra dux et vita,
Spei nostrae via trita,
Per quam sursum spe conscendit
Nostra fides et descendit
Super nos clementia

8. Dei nostri salvatoris
Sicut imber summi roris
Et sicut stillicidia
Super terram stillantia
Divinae voluntariam
Indulgentiae pluviam
In terrestri patria.

9. Salve, salve, stella maris,
Quae divinum solem paris,
Tuum nata genitorem,
Tuum plasma conditorem,
Virga, robur, flos, virgutum,
Saepis[1]) orbem tu virtutum
Et gloriae Dominum.

10. O res nova, res stupenda,
O res mira, res credenda,
Digna fide, spei nota,
Caritati certa tota,
Digna laude, digna coli,
Digna cultu terrae, poli,
Digna salus hominum!

---

[1]) Cespes Hs.

11. Ave, vera spes hominum,
Vera salus post Dominum,
Vera caeli dux et porta,
Per quam nobis est exorta
Veri Dei vera salus,
Per quam vere redit malus
Ad Dei clementiam.

12. Salve, salve, sancta parens.
Sancta virgo, tota carens
Omni fraude sive malo,
Nos in huius mundi salo,
Iuva, rege circuiens,
Salva semper custodiens
Infundendo gratiam.

13. Precor ergo te, Maria,
Super omnes mitis, pia
Custos nostra, lux marina,
Navis, portus, dux, regina,
Dei nati luce tui
Nos illustra facque frui
Tantae lucis specula.

14. Mei, quaeso, peccatoris,
Mei, virgo, transgressoris,
Mei, pia, miserere,
Miserere, mitis vere;
Miserorum miseratrix,
Esto mei gubernatrix
Per omnia saecula.

Laus pia finalis, laus virginis imperialis,
Ora, sacrum flamen det mihi semper. Amen.

* * *

Finis adest operis, specular quo, virgo [1]), haberis,
Quoque libri finis clauditur, hic et in his.
Explicito libro, pia virgo, mei miserere,
Ut Satanae cribro liberer absque sero [2]).

Nos enim satanas cribrare desiderat sicut triticum; sed tu, quaesumus, ora pro nobis, ne deficiat, sed sufficiat fides nostra, o clemens, o pia, o dulcis Maria. Amen.

298. (11.) De Beata Maria V.

Sancta parens et virgo carens omnino nocivis,
Nobilis aulica, sed quasi publica, sed sacra civis
Tu miseris, pia, compateris sibi subveniendo,
Si pudeant, si paeniteant mala subfugiendo.
Impia, turpia cunctaque noxia da mihi nosse,
Velleque pellere, mente refellere, spernere posse;
Et mihi praesto semper adesto, virgo benigna,
Florida, rorida, lucida, fulgida, lumine digna.
Lumine terno, te quoque aeterno clarificari,
Rore superno floreque verno glorificari.
Ille tuus tibi perpetuus ros est deitatis,
Gloria flos est, fructus honos est virginitatis.

[1]) virgo quo specular IIs. — [2]) sere IIs.

O pia gratia, mira per omnia, gratia roris,
Gratia, gloria, pluvia, copia, manna decoris.
Ros deitatis, fons pietatis, manna beatum
Dulce paravit, nobile stravit te sibi stratum,
Ut sibi regia sis, vel ei tria, lumine plena:
Lucida sedes, thronus et aedes, cuncta serena;
Ut mihi vivas, sisque mihi vas, sis mihi nidus,
Sis mihi lux, mihi dux, mihi per mare vas, mihi sidus,
Sisque Deo tribuente meo mea iam sine *quare*.
Ergo mihi data spes, mea spes rata, propitiare,
Sis data sisque datrix mihi semper et auxiliatrix.
Sis mihi, sancta Dei genetrix verique diei,
Lux et iustitiae, solis iubar arxque sophiae,
Sis mihi plena bonis et lumine, plena coronis,
Omnimodi iubaris, gemmis plenissima claris,
Sis mihi, sis varia specie, speciosa Maria,
Plena, Deo plena, clarissima, dulcis, amoena.
Sis mihi vita, salus, dux et via, mente mea lux
Utraque, sis myrtus, sis turris, sis mihi virtus,
Sis, rogo, sis mihi lux, mihi laus, mihi pax, mihi stilus,
Sis mihi gratia, sis mihi gloria, sisque fidelis,
Sis mihi gaudia, mater, et omnia congrua caelis,
Sis mihi certi praemia serti dans sine *Mene*
Sisque beatrix, sis mihi datrix lucis amoenae.
Sit tibi, lux caeli, lux lucens cuique fideli,
Sit tibi, stella maris, cum virginibus tibi claris,
Sit tibi, gemma Dei, totius flos speciei,
Sint tibi sintque tria sanctissima virgo Maria:
Gloria, laus et honor, sed plus, quam dicere conor,
Virgine cum Thecla reliquisque per omnia saecla.

Adam de Basseia,

Canonicus Insulensis,
† 1286.

Adam de la Bassée, Kanonikus der Stiftskirche Saint-Pierre de Lille, war geboren in der ersten Hälfte des 13. Jahrhunderts zu la Bassée, einer Stadt in Artois, und starb den 25. Februar 1286. Wir besitzen von ihm in einer Handschrift der Stadtbibliothek zu Lille (Nr. 95 Catal. le Glay 1848, Nr. 397 Catal. Rigaux 1897) einen Ludus super Anticlaudianum, d. h. eine Umarbeitung des bekannten Gedichtes des Alanus von Lille in rhythmische Verse (Vagantenstrophen), welchem drei kleinere didaktische Gedichte angefügt sind, deren letztes augenscheinlich von der Hand des Verfassers selbst nachgetragen ist, die auch im Ludus Verbesserungen und einige Nachträge angebracht hat. In diesen Ludus super Anticlaudianum hat der Verfasser eine ganze Reihe von lyrischen Gedichten eingewebt, die mit ganz wenigen Ausnahmen mit Melodien versehen sind. Diese Melodien sind zum Teile lateinischen lithurgischen Dichtungen, zum Teile französischen Trouvères entlehnt. Melodien, welchen keine derartige Bezeichnung beigegeben, mögen vom Verfasser selbst herrühren. Einen Teil der in den Ludus eingeflochtenen lyrischen Gedichte (Nr. 2—23 und 39) sind 1858 von Carnel im Messager des Sciences Historiques . . . de Belgique (S. 241—264) veröffentlicht worden unter dem Titel: Chants lithurgiques d'Adam de la Bassée. Dieser Titel ist insofern irreleitend, als die Gedichte Adams, auch jene, welche auf liturgische Melodien verfafst wurden, höchstens als Nachahmungen liturgischer Dichtungen bezeichnet werden können. In die Ausgabe Carnels haben sich verhältnismäfsig wenige Lesefehler eingeschlichen; dagegen hat er eine Anzahl von Strophen (Nr. 13, Nr. 17 Str. 3, Nr. 18 Str. 2) ausgelassen. Nach der Einleitung hat der Verfasser seinen Ludus geschrieben, um körperliche Leiden zu vergessen. Welcher Art diese waren, schildern zwei Strophen auf fol. 22 b der Hs.:

O fili piissime, perpetim ens idem,
Curator languentium plurium iam pridem,
Qui mihi nunc languido renuis hoc idem,
Da maius, quod scilicet animam tibi dem.

Et carnem si afficis vitiis immundam,
Quam reddis ulceribus profluis fecundam,
Qui purgas per gratiam criminum profundam
Abyssum, fac animam denique iucundam.

Dies ist ungefähr das einzige, was wir über die Lebensumstände des Dichters erfahren. Sonst wissen wir nur noch, dafs er eine Schwester, Béatrice de la Bassée, hatte, welche an einen gewissen Matthieu le Wage verheiratet war und mit diesem 1306 eine fromme Stiftung machte. (Carnel, a. a. O. S. 245 in nota). — Vgl. aufser Carnel auch Biographie Nationale de Belgique I, 746 sq.

299. (1.) **De Vanitate Mundi.**

Supra cantilenam, quae incipit:

Quant voi la flor paroir for le . . . bet
ke li dous tans dester se reclarcist.

O quam fallax est mundi gloria
Pollicendo seducens hominem,
Hunc, cui spondet dare duplicia,
In aeternum perduce[n]s turbinem,
In quo Dei fuscat imaginem,
Qui pro ipso creavit omnia.
Heu, ingrate, dum vivit venia,
Revertere, vita voraginem!

300. (2.) **De sanctis in speciali et primo de virginibus.**

Sour: *Tant ai amors siervie longement.*

O sancta Agnes.

Ave, gemma, quae lucis copia
Et virtute vincis carbunculum,
Puellarum gerens insignia
Praeferendo pudoris speculum,
Ora Deum, qui te per annulum
Subarrhatam decorat gloria,
Ut lamenta mutet in gaudia
Et in caelum praesens ergastulum.

301. (3.) Sour: *Veni creator.*

O sancta Katharina.

1. Ave, quae de Maxentio
Fidei fortitudine
Triumphans icta gladio
Lac dedisti pro sanguine.

O sancta Agatha.

2. Ave, cuius apostolus
Petrus curavit vulnera,
Quae trux hostis et subdolus
Fecit amputans ubera.

3. O sacer coetus virginum,
Candore vincens lilia,
Exora pro me Dominum,
Quem fudit viri nescia.

302. (4.) **De Confessoribus.**

O sancte Nicolae.

Ave, praesul sancte, qui pueros
Tres insontes addictos funeri
Perpetrasti abire liberos
Virginesque stupro non atteri,
Ora Deum, ut sic me conteri
Largiatur et flere miseros
Vitae lapsus, quod tandem superos
Videns possim his comes fieri.

303. (5.) Sour: *Iste confessor.*

O sancte Martine.

1. Ave, qui partem pallii scidisti,
De qua repertum pauperem vestisti,
Modo beatus nites trabeatus
Candida stola.

O sancte Gregori.

2. Ave, qui tractans mores Iob beati
Vivere doces languidos et pati,
Nunc in sanctorum coetu confessorum
Iure refulges.

3. O confessores Domini sacrati,
Candidis stolis vita decorati,
Deum orate, rei ut optatae
Donet assensum [1]).

304. (6.) **De Martyribus.**

O sancte Stephane.

Ave, pugil, qui in agonia
Caritatis succensus facibus
Pro illorum orasti venia,
Qui te diris saxorum ictibus
Obruebant, mitis immitibus;
Ora Deum, cuius clementia
Finem nescit, ut de miseria
Me abstractum iungat caelestibus.

[1]) 3, 4 ascensum Hs.

305. (7.) Sour: *Sanctorum meritis.*

O sancte Vincenti.

1. Ave, par angelis martyr egregie,
Tu ignem torridum hilari facie
Rorasti sanguine gravi certamine
Dulcem adeptus patriam.

O sancte Laurenti.

2. Ave, rex pugilum martyrque fortior,
De fide Domini testis apertior,
Tu, sator munerum in sinu pauperum,
Aeternam metis gloriam.

3. O Christi martyres, quorum victoria
Aeterna perfrui meretur gloria,
Deum deposcite, ut pace comite
Det mihi indulgentiam.

306. (8.) **De Apostolis.**

O sancte Petro.

1. Ave, pastor ovium,
Princeps caeli civium,
Fidei fundator,
Qui caelo praeficeris,
Fidelis prae ceteris
Domini zelator.

2. Quem quia non valeo
Ad praesens, ut debeo,
Congrue laudare,
Prosam saltem offero
Hanc, ut velis misero
Dominum placare.

307. (9.) Sour: *Virga Iesse.*

1 a. Christum, Dei filium
Cum Petrus asseruit,
Hunc, quem virgo genuit,
In templo fidelium
Summam basem posuit,
Quapropter obtinuit

1 b. Usum caeli clavium,
Quibus utens gravium
Vinclorum restituit
Nexus, sed eripuit
Vinctum vis caelestium,
Quae vincla comminuit.

2 a. Demum Nero rabidus
Ac in fide perfidus
Sitiens cruorem

2 b. Coegit martyrium
Subire credentium
Ovium pastorem.

3 a. O Petre, lux gentium,
Ianitor caelorum,

3 b. Fac mihi propitium
Regem angelorum.

308. (10.) *O sancte Paule.*

1. Ave, doctor gentium,
Sacer cultor mentium,
Fidei tutator,
Dum scripturas aperis,
Legem auges foederis,
Domini zelator.

2. Ave, mane comedens
Praedam, sero dividens
Spolia matura,
Dum saeviens primitus,
Post conversus caelitus
Explicas obscura.

3. Ave, qui peraspera
Per tulisti verbera
Satanae damnati,
Neve revelatio
Cordis inflammatio
Fieret elati.

4. O utinam Dominus,
Qui suorum eminus
Providet profectus,
Det hoc aegros sapere,
Ut laetentur luere
Noxios defectus.

309. (11.) *O sancte Iohannes.*

1. Ave, veri luminis
Lampas, sacrae virginis
Humilis tutela,
Languori mortifero
Mundi cuius utero
Prodiit medela.

2. Ave, quem praesidio
Dei fervens dolio
Oleum non laesit,
Locus Pathmos insulae
Te pro Christo exsule
Fidei adhaesit.

3. Ave, qui acutius
In Deum et purius
Aciem fixisti,
Dum naturam filii
Dei plus quam alii
Lucide prompsisti.

4. O vos saecli iudices,
Vobis preces supplices
Offero precatus,
Ne sim summo iudici
Et trino et simplici
Moriens [1]) ingratus.

310. (12.) **De Magdalena.**

O sancta Magdalena.

Ave, cuius vera contritio
Et aeternae vitae fiducia,
Pia quoque mentis devotio
Meruerunt non solum venia
Te perfundi, sed fovi gratia;
Ora Christum, ad quem esurio,
Ut impurae vitae confessio
Me conducat ad caeli gaudia.

[1]) 4, 6 Moriar Hs.

311. (13.) **De Prophetis.**

O sancte David.

Ave, radix, de cuius stipite
Gratiosa processit virgula,
Ex qua sine virili fomite
Gloriosa prodivit primula,
Primus, inquam, qui fecit saecula;
Ora eum, ut pace comite
Me de isto petroso limite
Ad caelorum vocet cenacula.

312. (14.) Sour: *A solis ortus cardine.*

O sancte Isaia.

1. Ave, certum praesagium
Ferens de partu virginis
Dicendo: Ecce, numinis
Virgo pariet filium.

O sancte Daniel.

2. Ave, cuius vox conterit
Iudaeos hoc praesagio:
Cum sanctorum advenerit
Sanctus, cessabit unctio.

3. O prophetarum contio
Certo vigens praesagio,
Exora voce sedula
Pro me regentem saecula.

313. (15.) **De s. Iohanne Baptista.**

Super cantilenam, quae incipit:
Quand voi la glaie meure et le rosier espanir.

O constantiae dignitas,
Fundamentum gratiae,
Te illuminat claritas
Divinae iustitiae,
Gloriae,
Pacis et laetitiae.
Sic illos Dei largitas
Praemiat, quos feritas
Non vicit nequitiae,
Sed de belli acie
Fervens retulit caritas
Tropaeum victoriae,
Dignum caeli requie.

314. (16.) De Patriarchis.

O sancte Abraham.

Ave, pater multarum gentium,
Qui amorem paternum exuens
Immolare parasti filium,
Vera fide sequaces induens,
Ora Deum, qui votis annuens
Est suorum, ut post hoc taedium
Me ad tuum dignetur gremium
Evocare locellum tribuens.

315. (17.) Sour: *Aeterne rex altissime.*

O sancte Isaac.

1. Ave, qui carens lumine
Benedixisti filio
Minori pulso dubio
Pilosae pellis tegmine.

O sancte Iacob.

2. Ave, qui hora funeris
Testans dedisti comminus
Tuis vocatis liberis
Ventura illis eminus.

3. O patriarchae nobiles,
In fide Deo stabiles,
Orate pro me seduli
Deum, rectorem saeculi.

316. (18.) De Angelis.

O sancte Gabriel.

1. Ave, princeps caelestis curiae,
Qui transmissus ad sacram virginem
Nuntiasti, quod plena gratia
Parturiret Deum et hominem,
Conturbatae sedans formidinem
Gaudiosa verborum serie,
Asserendo, quod viri nesciae
Obumbraret virtus altissimi,
Arcam loci fecundans intimi.

2. Illum ergo, qui in triclinio
Virginali carnis cilicium
Nostrae sumpsit expleto nuntio,
Verum Dei scilicet filium
Deprecare, ut post exilium
Praesens fruar eius consortio,
Qui recumbens in sterquilinio
Testa rasit membrorum ulcera
Benedicens regentem aethera.

317. (19.) Sour: *Beata nobis gaudia.*

O sancte Michael.

1. Ave, cum quo angelica
Pompa draconem domuit,
Quem infernus absorbuit
Cum sorte diabolica.

O sancte Raphael.

2. Ave, Sarae opprobrium
Delens, electam erigens,
Male errata corrigens
Per Tobiae coniugium.

3. O virtutes angelicae,
Custodes iussu Domini
Caelestis reipublicae,
Me servare dignemini.

318. (20.) **De beata Virgine.**

Sour: *Tant ai d'amours appris et entendu.*

1. Ave, rosa
rubens et tenera,
Cuius odor
inaestimabilis,
Ave, stella
transcendens sidera,
Cuius fulgor
inenarrabilis,
Murra fragrans,
hysopus humilis,
Per quam Deus
de Dei dextera
Se inclinans
Ad nostra infera
Nostrae fuit
naturae nubilis.

2. Ave, virga
Iesse florigera,
Flos hic, inquam,
immarcessibilis,
Ave, dulcis
virgo puerpera,
Puer cuius
nulli consimilis,
Qui immensus,
interminabilis
Intra tua
se clausit viscera,
Lac de caelo
potans de ubere;
Potus talis
mire laudabilis.

3. Ave, sponsi
caelestis camera,
Cunctae genti
desiderabilis,
Ave, dicta
confirmans vetera
Prophetarum,
Christi visibilis
Facta mater,
qui et passibilis
Mortem crucis
tulit post verbera,
Quae mors licet
fuerit aspera
Et despecta,
nulla tam utilis.

4. Ave, de qua
narrantur opera
Caritatis
inexstinguibilis,
Ave, per quam
lux salutifera
Fulsit clara
in antris nubilis,
Quando Christus,
rex invincibilis,
Signo crucis
confregit infera
Suos solvens,
quos prima vipera
Compedivit
insatiabilis.

5. Ave, ferens
ferentem foedera
Pacis, mundi
lucerna labilis,
Ave, pia,
piantem scelera
Portans, portus
in fide stabilis.

Tu egenis
matrona fertilis,
Nato mater,
ut potes, impera,
Quod sit mihi
in vitae vespera
Misericors,
pius, placabilis.

319. (21.) **Super Agnus Dei.**

1. Agnus, fili virginis,
Primi lapsum hominis
Restaurans per sanguinis
Tui sancti pretium,
Miserere nobis.

2. Qui resurgens miseris
Extractis ab inferis
Dedisti cum superis
Vitae refrigerium,
Miserere nobis.

3. Agnus expers criminis,
Seda ventum turbinis,
Dans virtute numinis
Verae lucis gaudium,
Dona nobis pacem.

320. (22.) **Super:** *Laetabundus*[1]).

1 a. Ad honorem filii
Matrem gaudii
Salutemus.

1 b. Et pro matre filio
Sine taedio
Iubilemus.

2 a. Ave, mater veniae,
Fons misericordiae,
Maris stella;

2 b. Ave, fili virginis,
Sedans pestem turbinis
In procella.

3 a. Ave, mater inclita,
Per quam vita perdita
Reparatur;

3 b. Ave, fili nobilis,
Cuius morte flebilis
Mors damnatur.

4 a. Ave, mater patriae
Caelestis, laetitiae
Dans annonam;

4 b. Ave, fili gratiae,
Paradisi gloriae
Dans coronam.

[1]) Diese Prose bildet einen Wechselgesang zwischen fronesis und fides, bei dem fronesis die ersten, fides die zweiten Halbstrophen zugeteilt erhält.

5 a. Ave, mater omnium
Factoris, quae proprium,
Virgo, Dei filium
Peperisti;

5 b. Ave, fili numinis,
Verum corpus hominis
In utero virginis
Assumpsisti.

6 a. O mater, postula
Pro reis sedula
Donum gratiae,
Finem bonum.

6 b. O fili, precibus
Parentis dulcibus
Dona veniae
Reis donum.

321. (23.) De Paenitentia.

Homo, cur extolleris,
Cur luxu te atteris
Ac ceteris
Peccatis te ingeris?
Qui favilla diceris,
Heu, considera
Austera
Seu aspera
Pondera,
Quae fers, ad infera
Trusus misera,
Ni cessaveris.
Vide, quot, quam dulcia
Tropaea seu praemia
Poteris
Assequi, si sceleris
Paenitueris.
Ecce, hora funeris
Instat dubia;
Ergo vitia
Gemens expia,
Dum loqueris,
Alioquin falleris.

322. (24.) De Honestate.

O quam felix, qui servit Domino,
Cui servire decus est regium!
Nam, cum regnet et absque termino,
Se regnantem donat in praemium,
Non molestat quemquam officio,
Sed gravatis est in auxilio,
Onus levat, tollit fastidium;
Serviamus ergo alacriter
Regi danti regnare iugiter.

323. (25.) **De Largitate.**

Faecis avaritiae
Potus multis officit
Et praesertim inficit
Ministros ecclesiae;
Nam haustus ingluviae
Tanto cunctos allicit,
Quod non est, qui *Sufficit*
Vere dicat hodie;
Sitis enim ebriae
Fervor nunquam deficit.
Itaque
Dolendum, quod clerici
Sic languent hydropici.

324. (26.) **De Temperantia.**

Modestos blanditiae
Saeculi non emolliunt,
Nec horum, qui saeviunt,
Perturbantur insanie,
Sed manent in temperie,
Qua se semper muniunt
Seseque custodiunt
Servata pacis requie,
Sic gratiae
Meritum
Lucrantes et gloriae.

325. (27.) **De Prudentia.**

Beatus vir, qui sapientiae
Thesaurizans quaerit aerarium,
Cuius gazas hostis insidiae
Non praedantur, fur vel incendium.
Sed cum illa bonorum omnium
Crescit honor et lumen gratiae,
Non est aurum, quod ad scientiae
Mereatur conferri pretium.

326. (28.) **De septem Artibus.**

Notula super illam, quae incipit:
De iuer et de baler ne quic mais avoir talent.

Olim in harmonia
Multis erat studium,
Placebat melodia
Sonorum concordium,

Radiabat caritas,
Puritas
Cordium,
Vigebat humilitas,
Sanctitas
Mentium.
Modo dissimilia
Cura quaerit omnium,
Omnes quaerunt propria,
Lucro cedit gaudium,
Hos inflat superbia,
Malum paris nescium,
Hos trahit invidia
Sui in exitium,
Illos cum iactantia
Hypocrisis vitium
Laedit et acidia,
Triste boni taedium;
Ex his tympanistria,
Viellae psalterium
Vocumque concordia
Sustinent exsilium.

327. (29.) De Ratione.

Qui opus accelerat
Nec illud praeponderat
Caute notans exitum,
Frequenter decipitur
Simul et illuditur
Votum gerens irritum;
Proinde,
Quicumque ad opera
Tendis, finem pondera.

328. (30.) De Iustitia.

1. Leges sacras passas exilium
Iusque datum sceleri cernitur,
Noe iustus perit per pretium
Barrabasque latro dimittitur;
Quod a summis praelatis oritur.
Nam cum lumen esse fidelium
Teneantur, vendunt iudicium,
Fas et nefas ab his confunditur

2. Cum absorbet mors usurarium
Paenitere frequenter negligit
Et ad certum mentis indicium
Confessorem quandoque abigit,
Cui sacerdos, qui Deum diligit,
Sic absorpto recusat atrium;
Praesul vero assumens pretium,
Ut humetur, mandatum dirigit.

3. Ad cautelam fictam promittitur
De usuris reddendis cautio,
Qua recepta turba conqueritur
Spoliata de usurario,
Cui tandem vexante taedio
Aut cachinnus aut verber redditur;
Praesul vero, dum praeda pascitur,
Suo tacet functus officio.

4. Si ad mortem intonsus vulnerat
Tonsuratum, sistit nec capitur,
Saecularis iudex aequiperat
Vulneratum cani, qui moritur,
Praesul quoque tacet nec queritur;
Sed si certe intonsum verberat
Tonsuratus, illum incarcerat
Vel ab eo nummus emungitur.

5. Si quis potens vinctum excruciat
Tonsuratum praesule conscio,
Praesul laudat, quod vinctus faciat,
Ut potentem vocet citatio;
Vinctus nequit, sed perit taedio.
Quo defuncto si potens veniat
Et praelatum nummis incutiat,
Huic parata est absolutio.

6. Si ad villas praesul descenderit,
Ut inquirat et purget vitia,
Locupletum rapinas reperit
Incestusque et adulteria,
Quae per certa celat commercia,
Pauperumque reatus aperit
Et divulgat reosque conterit,
Quia nulla comparent praemia.

7. Ne auditum praestent quaestoribus,
Synodatis iubet presbyteris,

Quia [1]) verbis fallunt mendacibus
Abutentes obtentis litteris,
Et post parum obtentu muneris
Hos admitti iubet ab omnibus,
Qui pastores pascunt caponibus,
Oves vero nugis mortiferis.

8. Una die tria coenobia
Archipraesul frequenter visitat,
Duo transit sumpta pecunia,
In tertio pernoctans habitat;
Mane vero conventus clamitat
De abbatis docens infamia,
Sed in vanum, nam purgat vitia
Palefridus, quem abbas equitat.

9. Cardinales quoque, qui cardine
Recto ferre tenentur ostium,
Incurvati lucri cupidine
Reddunt illud frequenter devium,
Rostris carpunt et ope unguium,
Quidquid redit a summo culmine
Et, si pro quo precantur homine,
Suas librant preces ad pretium.

10. Nec de summo minus pontifice
Est querendum, qui Sion liberam
Servituti pessumdat publicae,
Gazas eius defalcans perperam,
Quas largitur regi, qui cameram
Suam servat vivendo stoice,
Pacem genti ferens Arabicae,
Ne uxorem offendat teneram.

11. Sic exemplum plebi malitiae
A praelatis surgit sublimibus,
Qui vel nervos rumpunt ecclesiae
Contra Deum sumptis muneribus,
Vel terrenis favent principibus
Distrahendo caelesti filiae.
Placa, Deus, pestis tam noxiae
Flammam gravem roratis cordibus.

[1]) Quod Hs.

329. (31.) De Amore.

Amor emptus pretio
Est velut flos arboris,
Quem natum vis frigoris
Extinguit cum folio;
Sed hic, quem relatio
Parit plenum foenoris,
Non perit in temporis
Austeri flagitio;
Etenim
Hic amor in tempore
Duro nescit abfore.

330. (32.) De Humilitate.

Super pastoralem, quae incipit:
Lautrier estoie montes sor mon palefun amblant.

1. Felix, qui humilium
Vere vitam sequitur,
Vita namque talium
Gaudens exaltabitur,
Sicut legitur;
In contrarium
Fastus non assequitur
Caeli gaudium,
Teritur, quatitur,
Solium
Perdit, qui extollitur.

2. O felix humilitas
Perpetuae virginis,
Qua sublimis deitas
Corpus sumpsit hominis
Et caliginis
Nubem claritas,
Expers ut originis
Nostrae dignitas
Fieret criminis!
O mira
Benignitas numinis!

3. O pestis superbiae,
Tu lues mortigera,
Per quam regnum gloriae
Perdidit lucifera
Turba gratiae,
Quae de requie
Caelorum ad infera
Ruit misera
Sine spe veniae!
O fera
Pestis extollentiae!

331. (33.) **De Virginitate.**

O felix custodia
Floris pudicitiae,
Qui transscendit lilia
Candore munditiae
Rosamque fragrantia
Fertque germen gratiae,
Pro quo donans omnia
Donat fructum gloriae
His, qui innocentiae
Servant privilegia!

332. (34.) **De Caritate.**

Corrosus affligitur
Intra se vir invidus,
Qui aret, cum floridus
Est, qui ei iungitur,
Et, quanto plus nititur
Affectans et cupidus,
Ut florens sit, aridus
Tanto plus efficitur.
Itaque
Suprema iustitia
Viget in invidia.

333. (35.) **De concordia.**

Motetum de sancto spiritu super illud:
Et quant iou remir fon cors le gai, cuius tenuram tenet *amor*.

O quam sollennis legatio,
Qua tuum, Deus, filium
Unigenitum
Transmisisti, spiritum
Spirantem paraclitum!
Cuius radio
Pio nos cum filio
Visita,
Lucis vita,
Mundum illuminans
Ac seminans
Vim amoris.

334. (36.) **De Patientia.**

Responsum de Iob super illud *O lampas ecclesiae* de sancta Elisabeth.

R. O lampas ecclesiae,
Verae lucis vasculum,
In quo patientiae
Sumunt aegri ferculum,
Amorem confers tumidis,
Saporem minus sapidis,
Tepidis *fervorem*.
V. Tu confirmans debiles
Exemplo constantiae,
Consolaris flebiles
Spe caelestis gloriae.

335. (37.) **De Sobrietate.**

Naturae exigua
Et pauca sufficiunt,
Sumptaque superflua
Aut tristes efficiunt
Sumentes aut nocua
Fomenta parturiunt;
Provide,
Ut saltem iucundius
Vivas, esto sobrius.

336. (38.) **De Pietate.**

Alleluia de Beata Virgine super illud: *Iustum deduxit Dominus.*

Ave, domina gratiae,
Plena venia,
Reos Domino gloriae
Reconcilia.

337. (39.) **De Beata Maria V.**

Super sequentiam, quae incipit *Zima vetus*, de resurrectione Domini.

1 a. Zyma vetus expurgetur,
Quo Mariae commendetur
Purae sancta dignitas,

1 b. Tanto namque plus accrescit
Nobis, quanto plus lucescit
Eius digna sanctitas.

2 a. Non est opus fermentato
Frui pane Christo nato
De tam digna virgine.

2 b. Haec est thronus Salomonis,
Haec est vellus Gedeonis,
Sacro madens numine.

3 a. Haec est scala caelica,
Per quam proles deica
Nostros fines adiit;

3 b. Haec est Iesse virgula,
Ex qua veris primula
Gloriosa prodiit.

4 a. Haec est piscina Siloe,
Haec est arca iusti Noe,
Haec est Iris foederis,

4 b. Mundat enim inquinatos
Nec non salvat emundatos
Foederatque superis.

5 a. Haec est stella matutina,
Haec est rosa carens spina,
Haec est cella, qua divina
Latuit essentia.

5 b. Haec est parens sine pare,
Virgo carens exemplare,
Quae concepit sine mare,
Maris prorsus nescia.

6 a. Nam subivit rex de caelis
Cum salute Gabrielis
Portam, quam Ezechielis
Clausam signat visio.

6 b. Porta illa singularis,
Porta vere salutaris,
Par vitro, quod vis solaris
Non corrumpit radio.

7 a. O Maria, fons dulcoris,
Reos tui rivos roris
Irroratos de maeroris
Lacu ad superioris
Aulae transfer gaudia.

7 b. Advocata o facunda,
Tua prece nos emunda,
Emundatos nos fecunda,
Ut a morte nos secunda
Tua salvet gratia.

338. (40.) De Nobilitate.

Cantilena de chorea super illam, quae incipit:
Qui grieve ma comtise se iou lai ce me font amouretes cau cuer ai.

R⁰ Nobilitas ornata
Moribus
Nullam parem habet in saeculo,

1. Aspernatur peccata
Nobilitas ornata.
Non superbit elata
Cultibus
Suos regens in morum speculo.

Nobilitas ornata
Moribus
Nullam parem habet in saeculo.

2. Non emungit ingrata
Nobilitas ornata,
Suis vivit pacata
Legibus
Gens, quam regit cum Dei titulo.

Nobilitas ornata
Moribus
Nullam parem habet in saeculo.

3. Vix assumit oblata
Nobilitas ornata
De malorum turbata
Casibus
Compatitur pauperi querulo.

Nobilitas ornata
Moribus
Nullam parem habet in saeculo.

339. (41.) De Virtutibus.

O quam felix, qui in consortio,
Tam sacrarum moratur virginum,
Quarum amor, virtus et actio
Ad aeternum perducunt Dominum!
Caeli Deus et custos hominum,
Cuncta cuius parent imperio,
Dona mihi harum praesidio
Debellare insultus criminum.

Guillermus de Mandagoto,

Episcopus Cardinalis Praenestinus,

† 1321.

Guillaumue de Mandagot, so genannt nach seinem im Languedoc belegenen Geburtsorte, entstammte einer adeligen Familie aus Lodève. Er bekleidete nacheinander die Würden eines Archidiakons von Nimes, eines Dompropstes von Toulouse, ward 1295 Bischof von Embrun, 1305 Erzbischof von Aix und 1312, von Clemens V. ernannt, Kardinalbischof von Palätrina. Er starb zu Avignon im November 1312. Guillaume de Mandagot war uns nur als Kanonist bekannt; er bearbeitete unter Bonifaz VIII. 1296 das sechste Buch der Dekretalien und verfafste um 1300 seine Summa libelli electionum (vgl. Schulte, Gesch. der Quellen und Literatur des kanonischen Rechts, II, 183). Das Missale secundum usum ecclesiae Uceciensis, Lugduni 1495, bezeichnet ihn (gegen die sonstige Gepflogenheit liturgischer Bücher) als Verfasser einer Reihe von Sequenzen, die nachfolgend zum Abdrucke gelangen. So heifst es bei Nr. 1: „In purificatione beatae Mariae prosa, edita a venerabili patre, domino Guillermo de Mandagoto, episcopo cardinali de Pelastrino;“ bei Nr. 2: „Prosa edita a venerabili patre G. de Mandagoto, episcopo cardinale de Pelastrino, communis de apostolis.“ An der Attribution ist um so weniger zu zweifeln, als die so bezeichneten Sequenzen augenfällig aus einer Feder geflossen sind. Ein Neffe des Kardinals, der wie der Onkel Wilhelm von Mandagot (auch Mandagout) hiefs und von 1318—1344 Bischof von Uzès war, dürfte diese Sequenzen in das Missale von Uzès aufgenommen haben. Ein Exemplar der Ausgabe von 1495 befindet sich im Britischen Museum.

---

340. (1.) In Purificatione B. M. V.

1 a. Post impletum stabilitum
Tempus legis iuxta ritum
Virgo sine macula

1 b. Intrat templum ferens natum,
In salutem nobis datum,
Qui praecessit saecula.

2 a. Quem suscepit inter manus
Sanctus ille veteranus
Simeon cum gaudio;

2 b. Exspectarat hunc venturum,
Israelem redempturum,
Grandi desiderio.

3 a. Viso vero salutari,
Per quem habet gens mundari
Penitus a crimine,

3 b. Dixit senex: Nunc dimittis
Me in pace, summe mitis,
Servum tuum, Domine.

4 a. Tunc et Anna sine mora
Venit noscens illa hora
Christum Dei filium

4 b. In hunc mundum advenisse
Atque carnem assumpsisse
Pro salute gentium.

5 a. Iesu, cuius in honore
Te devoti sacro more
Accensis luminibus

5 b. Recensemus praesentatum
Die ista et oblatum
Patri cum muneribus,

6 a. Nos obtentu genetricis
Nostris[1]) victis inimicis
Fac cum Anna vidua

6 b. Et cum iusto Simeone
Tua frui visione
In pace perpetua.

341. (2.) De Apostolis.

1 a. Voce clara et sonora
Laudes dentur in hac hora
Beatis apostolis;

1 b. Honor ipsis impendatur,
Per quos dogma sanum datur
Omnibus christicolis.

2 a. Hic sunt viri Galilaei,
Qui fundarunt domum Dei
Doctrinis caelestibus;

2 b. Isti mundum illustrarunt,
Isti fidem exaltarunt
Mirandis operibus.

3 a. Hi sunt tubae veritatis,
Hic doctores honestatis,
Principes ecclesiae,

3 b. Amatores caritatis,
Sectatores pietatis,
Cultores iustitiae.

4 a. Isti nudi Christum nudum
Sunt secuti sponte dudum
Deserentes omnia,

4 b. Dura passi post labores,
Post aerumnas et languores
Pro fide supplicia.

5 a. O praecones summi regis,
O magistri sacrae legis,
Nos iuvate precibus,

5 b. Ut delictis expiatis
Perfruamur cum beatis
Gaudiis caelestibus.

342. (3.) De uno Martyre.

1 a. Christum, regem immortalem,
Qui agonem triumphalem
Suis dat martyribus,

1 b. Veneremur die ista,
Qua fidelis agonista
Triumphat de hostibus.

2 a. Miles Christi pretiosus,
Hosti quidem odiosus,
Tormentis subicitur;

2 b. Hoste tamen saeviente
Aut tortore comprimente
A fide non flectitur.

3 a. Immo ipsam profitetur
Clara voce nec veretur
Quaecunque dispendia.

3 b. Laetus demum sumpsit mortem
Et recepit dignam sortem
Cum sanctis in patria.

4 a. Martyr digne, Christum ora,
Ut assistat mortis hora
Sic suis fidelibus,

4 b. Quod post huius vitae cursum
Expedite vadant sursum
Purgati criminibus,

[1]) nostri.

5 a. Nunquam ultra morituri,
Sed perenni fruituri
Cum electis gloria;

5 b. Ubi planctus non auditur,
Ubi dolor non sentitur
Nec ulla molestia.

343. (4.) De Martyribus.

1 a. Regi regum mente munda,
Dum hac die fit iucunda
Martyrum memoria,

1 b. Plebs fidelis grata vota
Prompte reddat et devota
Concinat praeconia.

2 a. Hi athletae summi regis,
Propter zelum sacrae legis
Dati ad supplicia,

2 b. Nunquam flecti potuerunt,
Sed pro fide pugnaverunt
Cum mira constantia.

3 a. In agone constituti
Diri hostis et versuti
Contempta saevitia

3 b. Virtuose decertarunt
Atque demum triumpharunt
Dei fulti gratia.

4 a. Quanto vero plus urgebat
Et in eos saeviebat
Rabies tyrannica,

4 b. Tanto erant laetiores
Et ad pugnam promptiores
Pro fide catholica.

5 a. Ferrum, ignes et tortores
Poenas quasque ac terrores
Reputarunt levia,

5 b. Ut post mortem temporalem
Sibi vitam aeternalem
Quaererent in patria.

6 a. Rex aeterne, qui virtutem
Tribuisti et salutem
His sanctis martyribus,

6 b. Sempiternae vitae dona
Post occasum nobis dona
Ipsis suffragantibus.

344. (5.) De Confessoribus.

1 a. Gloriosi confessoris
Digna laudis et honoris
Agimus sollemnia;

1 b. Hic in terris constitutus
Summi regis est secutus
Beata vestigia.

2 a. Simplex, mitis atque castus
Sprevit prorsus mundi fastus
Et inanis gloriae.

2 b. Nullus dolus est inventus
In eodem neque ventus
Damnandae superbiae.

3 a. Hic placere Deo studens
Domum suam ut vir prudens
Supra petram statuit,

3 b. Sua quidem indigenti
Vitae victum expetenti
Larga manu tribuit.

4 a. Hic talentis sibi datis
Sapienter duplicatis
Felici commercio

4 b. Deo gratus et acceptus
Digne tandem est receptus
In caeli palatio.

5 a. O confessor Iesu Christi,
Qui eidem placuisti
Per virtutum opera,

5 b. Ab aeterna demum nece
Liberati tua prece
Feramur ad aethera.

345. (6.) De Virginibus.

1 a. Virgo prudens et decora,
Digna cuius in hac hora
Pangimus praeconia,

1 b. Nostras prompte sume laudes,
Quae cum sanctis plene gaudes
Intra caeli atria.

2 a. Tu es sacrum Dei templum,
Tu virtutum es exemplum,
Tu vivendi regula,

2 b. Tu pudica, tu praeclara,
Tu es sponsa Christi cara,
Carens omni macula.

3 a. Tu fallacem et pomposum
Mundum istum ruinosum
Calcasti mirifice,

3 b. Tu malignum et antiquum
Nostri ritus inimicum
Vicisti magnifice.

4 a. Sponso nocte veniente
Tollis moras et repente
Sibi vadis obvia,

4 b. Quae ab eo coronata
Mox in caelis es locata
Cum ingenti gloria.

5 a. Virgo sancta, tua prece
Sic mundemur omni faece,
Ut optatis praemiis

5 b. Perfruamur cum supernis,
Liberati ab aeternis
Gehennae incendiis.

Guillermus de Deguilevilla,

Prior Carolilocensis,

† nach 1358.

Über die Lebensumstände dieses fruchtbaren Dichters ist wenig zu ermitteln. Der Name de Deguilevilla, nicht de Guilleville (Nouvelle Biographie) oder gar de Guillarilla (Visch), weist vielleicht auf das heutige Digulleville (Manche, Arr. Cherbourg) als Heimat der Familie. Der Vater des Dichters soll Thomas de Deguilleville geheifsen haben, er selbst zu Paris geboren sein (natione Parisiensis, Visch). Denn wenn ihn Suchier und Birch-Hirschfeld (Gesch. der franz. Lit., S. 244) in Chaalis das Licht der Welt erblicken lassen, so scheint dies auf Verwechslung zu beruhen. Guillaume de Deguilleville trat, die Zeit ist unbestimmt, zu Pontigny (Yonne) in den Cisterzienserorden und ward in der Folge Prior des Klosters Chaalis (Carolilocus) bei Senlis. Das Jahr seines Todes ist ungewifs; doch war er 1358 noch am Leben.

Guillaume de Deguilleville war bisher nur als Dichter einer französischen Roman-Trilogie bekannt (Pélérinage de la vie humaine, Pélérinage de l'âme, Pélérinage Jesucrist). Doch bemerkt schon Visch, „reperiri adhuc in ipso Caroliloco libellum quendam precationum, editum latine et gallice.“ In der Hs. 1612 der Stadtbibliothek von Troyes (16. Jahrh.), die aus Clairvaux stammt, findet sich eine Reihe von Gedichten, die sich durch stilistische und rhythmische Eigentümlichkeiten als das Werk *eines* Verfassers darstellen. Dieser gibt sich in zweien derselben (Nr. 8 und 11) im Akrostichon „Guillermus de Deguillevilla“ zu erkennen, durch welches auch die richtige Schreibung seines Namens konstatiert wird. Die erwähnten Eigentümlichkeiten erlauben ihm noch einige andere Gedichte aus der Hs. 3897 der Bibl. Mazarine zuzuweisen. — Vgl. Visch, Bibl. sacri Ord. Cistercien. ed. 2ª 135; Gröber, Grundrifs der roman. Philol. II 1, 749 ff; Nouvelle Bibliographie XXII, 700 u. f.

---

346. (1.) Coronae amantium et primo Iesu.

1. Iudex iustus, imperator,
Iurium iustificator.
Iustissimo iudicio
Impiorum iudicator,
Iustorum illuminator,
Iubar, illuminatio,
Iubilus, iubilatio,
Iubilaei inceptio,
Initium, inchoator,
Immensus in imperio,
Infinitus iudicio,
Intellectus illustrator.

2. Hominum hic humillimus,
Habens habundantissimus
Horrea habundantia,
Homo honoratissimus,
Honestans, honestissimus,
Honorabilis hostia,
Hospes honorabilia
Honestatis hospitia
Habitans, hilarissimus,
Hilarescens humilia,
Humilians hostilia,
Hostibus hostilissimus.

3. Electos et eligentes
Eum eius exsequentes
Edicta est exaudiens,
Elisos, egros, egentes,
Elapsos, esurientes
Ex erumnis eripiens,
Exsulatos enutriens,
Erroneos excutiens,
Extenuans extollentes,
Eradicans, effodiens,
Eliminans, eiciens
Equitatem evertentes.

4. Suos solus sanctificans.
Salutaris salvificans,
Salvator, sacrificium,
Semetipsum sacrificans,
Summo salvari supplicans,
Spiritus supplicantium,
Sanctorum se sequacium
Salus, stola, stipendium,
Suspiria sua siccans,
Stans sive scandens solium,
Summam summarum sedium
Sedem suam significans.

5. Uolens uindex uanitatis
Uterum uirginitatis
Uenustare ubertate,
Unionis uoluntatis
Ueris uiis uoce uatis·
Uenit uernans ueritate,
Uectus unctuositate,
Uelum uehens ultimate
Uenerandae unitatis,
Uniens uerificate
Uerbum uirtuositate
Uerum uasi uilitatis.

6. Salvare, salvificare,
Sanare, sanctificare
Sibi subest singulari,
Superbos suppeditare,
Supplicantes supportare,
Super sanctos sublimari,
Serviri, sollemnizari,
Spe sincera supplicari,
Sursum sedens solet stare,
Servos sciens suffocari,
Sollicitus suffragari
Suffundendo salutare.

Collect. ms. Claraevallense saec. 15. Cod. Trecen. 1612. — 5, 10 Uenies.

347. (2.) Corona Mariae.

1. Misericors, mitissima,
Mire mansuetissima,
Mater misericordiae,
Miranda, micantissima,
Magna, magnarum maxima,
Magnae magnificentiae,
Mensuratrix modestiae,
Ministratrix munditiae,
Mundum mundans mundissima,
Malleatrix miseriae,
Mitigatrix maestitiae
Mentis manifestissima.

2. Advocata admittenda,
Audienda, attollenda,
Alta aula angelorum,
Adiutrix aspicienda,
Attendenda, appetenda
Angariis adversorum,
Assidua arcanorum
Apprehensiva altorum,
Appellanda ad agenda,
Amore adunatorum
Amatrix ac aliorum
Adiuvatrix amplectenda.

3. Regno regni regulatrix
Regnans, reconciliatrix
Reorum requirentium,
Repulsorum revocatrix,
Relapsorum relevatrix,
Robur rectum ruentium,
Reiectorum refugium,
Reatuum remedium,
Requiei restauratrix,
Rhinoceros rebellium,
Romphea resistentium,
Rigidorum recurvatrix.

4. Iudicis in iudicio
Iustitiam imperio
Inolita inclinare,
Intraneo initio
Iesu iuris indicio
Intercedens imperare,
Illico illuminare,
Inopinanter iuvare
Impulsos infortunio,
In iam inceptis instare,
Inducias impetrare
Iustificando impio.

5. Altissimi amatoris
Almo amplexu amoris
Astricta, amans, amata
Anxii accusatoris,
Animarum artatoris,
Adnihilans allegata,
Aurorae assimilata,
Aureolis adornata
Altissima altioris,
Astans adest appellata
Ac abesse abnegata,
Actus agit adiutoris.

Collect. ms. Claraevallense saec. 15. Cod. Treceu. 1612.

348. (3.) **Pulcherrimum dictamen super orationem dominicam.**

1. **Pater,** creator omnium,
Origo et principium,
A quo causantur omnia,
Ad te tuarum ovium,
Tuorum grex fidelium
Alta mittit suspiria.
In fletu et miseria
Captivati per devia
Non habemus remedium,
Nisi tua clementia,
Tua paterna gratia,
Nobis ferat auxilium.

2. **Noster** voluisti esse,
Ne nobis esset necesse
Extra te quidquam petere,
Non poteras plus prodesse
Neque de maiori messe
Nobis unquam tribuere.
Solus debes sufficere,
Quia solus reficere
Potes mentem plebis fessae,
Aliud quam te temere
Quaerimus, nam deficere
Restat sibi vel abesse.

3. **Qui es,** fuisti et eris,
Pater, succurre miseris,
Qui non manemus in idem;
Idem ipse tu diceris,
Qui nunquam permutaberis
Manens semper in id idem.
Sicut hoc credimus quidem,
Fac, pater, per istam fidem,
Ut noxas nostri sceleris
Dimittas nobis totidem,
Quotiens hoc iussit pridem
Redemptor nostri generis.

4. **In caelis** sursum habitas,
Qui in terris nos visitas,
Dominus exercituum,
Si non feris ac excitas,
Remissos nisi suscitas,
Ad nullum opus strenuum,
Ad volandum in arduum
Et altam messem fructuum
Alas habemus irritas,
Laboramus in vacuum
Nec habemus irriguum,
Nisi tua det bonitas.

5. **Sanctificetur,** dicimus,
Nomen tuum, quod colimus
Et quod est admirabile,
Sine quo recognoscimus
Et audacter perferimus
Nil sanctum, nil valibile,
Sed cum non sit hoc facile
Laudare nec possibile
Eo, quod non sufficimus,
Tamen, prout optabile
Cordibus est et habile,
Ad laudandum assurgimus.

6. **Nomen** tibi Alpha et O
Significans in secreto
Finem atque principium;
Tali decet alphabeto
Nos studere corde laeto,
Lectio est credentium,
Theologos hoc studium
Nos facit et ad solium
De mundi arundineto
Transfert mutans in gaudium
Miserrimum naufragium,
Quod patimur in hoc freto.

7. **Tuum**, pater, est proprium
Non adnexum per alium
Misereri et parcere,
De te suum tentorium
Suumque diversorium
Debent filii facere;
Mortem non vis, sed vivere
Vis omnes, qui convertere
Se volunt per suspirium,
Numquam vis tuos perdere
Nec pullos milvo tradere,
Quorum tu es refugium.

8. **Adveniat** ergo Deus
Aliquando iubilaeus
Nobis datis exsilio,
Si quisque nostrum est reus,
Nec est ibi Maccabaeus,
Qui fortis sit in proelio,
Non propter hoc intentio
Tua sit, ut nos gladio
Vastet Goliath Gethaeus,
Semper enim in bivio
Nobis nocet ac invio,
Factor Sion, Amorrhaeus.

9. **Regnum tuum**, ut dicitur,
Rex aeterne, vim patitur,
Violenti hoc rapiunt,
Virtutibus concutitur,
Paenitentia pellitur,
Preces illud effodiunt;
Si ista non sufficiunt,
Machinas multi faciunt,
Quibus supra ascenditur,
Nam quidam se subiciunt
Votis, quibus oboediunt;
Ars ista nunquam fallitur.

10. **Fiat** ergo per gratiam,
Qua talem violentiam
Permittis, illuc intremus
Et murorum custodiam
Non des ad resistentiam,
Quia nihil tunc possemus;
Artem nec vires habemus,
Ut per solam horam stemus,
Nisi tu des constantiam,
Retrocedere solemus,
Quando adire debemus
Illud regnum et patriam.

11. **Voluntas tua** salvare
Est homines et iuvare
In tribulationibus,
A mari usque ad mare
Unire et congregare
Cunctos de nationibus,
Debiles cum pauperibus
Praeparatis iam omnibus
Ad cenam tuam vocare,
Pusillis cum maioribus
In opportunitatibus
Auxilium ministrare.

12. **Sicut**, pater, hoc credimus,
Sicut de hoc confidimus,
Sic nobis auxilieris,
Aliunde non quaerimus
Auxilium nec petimus,
Quia solus tu mederis;
Si nos aliquando feris
Pro nostris culpis et teris,
Non propter hoc diffidimus;
Scimus enim, quia geris
Curam nostri et nos quaeris,
Quando a te recedimus,

13. **In caelo** supra sphaericam
Rotantis mundi fabricam
Immobilis dominaris,
Sedem tenens theatricam,
Aciem tuam bellicam
De excelso contemplaris,
Nos excitas, nos hortaris,
Ut sit toga militaris
Prius tincta per rubricam,
Quam hostis familiaris
Nobis tollat tuis caris
Innocentiae tunicam.

14. **Et** quia sine viribus
Et armis spiritalibus
Accessimus ad duellum,
Quia nullis verberibus
Domatum vel calcaribus
Sentimus carnis asellum,
Ideo sanctum scabellum,
Quo stas ad videndum bellum,
Adoramus cum fletibus,
Ut ipsummet domicellum
Per idoneum flagellum
Subicias supplicibus.

15. **In terra** nos te colonum
Et in caelo te patronum
Animarum cognoscimus
Et te Deum ultionum
Esse et punitionum
In inferno metuimus,
Et ideo requirimus
Et devote assistimus
Ante tuum sanctum thronum.
Ut nobis, qui peccavimus
Sis, ut de te praesumimus,
Memor miserationum.

16. **Panem nostrum** in sudore
Vescendum et in labore
Dedisti a principio
Usque modo; tali more
Ipso mixto cum maerore
Nostra fiat refectio,
Sed ne esset fastidio,
Providisti de alio
Longe satis meliore,
Hoc est de tuo filio,
In quem panis conversio
Fit ipso institutore.

17. **Cotidianum** petimus
Hunc panem et requirimus
Cotidie indigentes,
Primum exactor pessimus,
Secundum petit animus
Sine ipso morientes;
Primo vivunt omnes gentes,
Sed secundo paenitentes,
Quia panis est azymus;
Ideo accipientes
Omni fermento carentes
Debent esse, ut creditur.

18. **Da** panem istum, Domine,
Utrumque, qui pro homine
Utroque fuit pensatus,
Sustentet moderamine
Unus unum, sed minime
Fiat alter satiatus,
Si in nobis sit reatus,
Per quem nobis sis iratus,
Non propter hoc in turbine
Vindictae sis recordatus,
Sed memor sis, quod nos natus
Tuus redemit sanguine.

19. **Nobis** tuis pauperibus
In lacum descendentibus
Succurrere non renuit,
Maceratus verberibus
Et perfossus vulneribus
Pro nobis mori voluit,
Ex propriis se exuit
Et solvit, quod non rapuit,
Obses pro peccatoribus,
Mors sua nostram diluit,
Sed paenitere debuit
Pro tam caris operibus.

20. **Hodie** et cotidie
Simili vena veniae
Egeremus nunc minui,
Nisi suae tam nimiae
Fructus misericordiae
Nostro cederent usui;
Per ipsos enim ablui
Credimus, qui assidui
Sumus culpis nequitiae,
Supposito, quod fletui
Debitoque gemitui
Nos demus voluntarie.

21. **Et** quia digne lugere
Non possumus neque flere,
Ut exigunt demerita,
Nec habemus, quo supplere,
Nisi solum *Miserere*,
Quia non valent merita
Nostra, quaeque sunt irrita,
Anima nostra perdita,
Ideo clamamus vere:
Respice nos et visita
Et erige et suscita,
Nos non sinens plus iacere.

22. **Dimitte nobis** et quita
Peccata, pater, oblita
Et dele de libro tuo,
Illa autem, quae sunt scita,
Lamentari fac nos ita,
Ne scribantur perpetuo;
Non sunt unum, non sunt duo
Nec numeranda biduo,
Sed sunt quasi infinita,
Non habita ex mutuo
Neque facta in triduo,
Sed in tota nostra vita.

23. **Debita** ipsa novimus,
Nam pro ipsis tradidimus
Animas in obsidium,
Penes nos non habuimus
Nec in domo invenimus
Ullum carius vadium:
Deus, nostrum refugium,
Tu nosti usurarium,
Cui nos sic obligavimus,
Nisi feras auxilium
Vel eum cogas nimium,
Totum nostrum amisimus.

24. **Nostra** esse haec debita,
Propter quae sic est subdita
Anima usurario,
Non negamus, ne irrita
Et tibi ingratuita
Esset illa negatio;
Talis tamen confessio
Nunquam dicit *sufficio*
Neque tibi fit placita,
Nisi fervens devotio
Et amara contritio
Dicat: Fleo deperdita.

25. **Sicut** ergo debitores
Et miseri peccatores
Egemus indulgentia,
Sic quoque condonatores
Rancoris et quitatores
Volumus uti venia;
In tua namque curia
Rancor et iracundia
Non sunt boni petitores,
Nam vindictae pro gratia
Et pro misericordia
Noscuntur reparatores.

26. **Et** ideo indulgemus
Iniurias, ut vellemus
Eas nobis indulgeri,
Nil rancoris retinemus
In cordibus nec habemus,
Quod non sit amoris veri;
Si fuimus nimis feri
Et ad indulgendum seri
Et ultores, si possemus,
Nostri velis misereri
Et cordibus sic mederi,
Ut in caritate stemus.

27. **Nos** scimus, quod non aliter
Nostrae preces utiliter
Ascendunt ad te, Domine;
Credimus quoque firmiter,
Quod ascendunt velociter,
Si sint sine rubigine,
Si lacrimarum flumine
Corda cum plenitudine
Laventur efficaciter,
Et munda mens a crimine,
Ut vis valet in homine,
Te requirat humiliter.

28. **Dimittimus,** si corditus
Cunctis dicamus, penitus
Hoc totum valet supplere,
Si spiritus paraclitus,
Dexterae tuae digitus,
Ad hoc velit nos docere;
Sine ipso nunquam vere
Iniurias indulgere
Potest arrogans spiritus,
Nam nimis credens valere
Ad modum cornutae ferae
Monstrat, quod sit indomitus.

29. **Debitoribus** ideo
Quandoque nimis ferreo
Corde dat indulgentiam
Dicens: satis indulgeo
Et satis supersedeo
Usque in horam aliam;
Sed tu hanc fraudulentiam,
Deus, nunquam ad veniam
Convertis vel das pro eo,
Immo ad iracundiam
Te per aequipollentiam
Provocatum reddis eo.

30. **Nostris** igitur mentibus
Induratis et rudibus
Tria sunt necessaria:
De commissis reatibus
Atque iniquitatibus
Crebra reminiscentia,
Frequenter pati tristia
Cum poena et angaria
Et cum infirmitatibus,
Sancti spiritus gratia
De cella unguentaria
Fundens amorem cordibus.

31. **Et** ideo te et illum,
Qui rubricatum vexillum
Gerit et arma rubea,
Qui mare fecit tranquillum
Et nostrum portat sigillum
Exaratum a lancea,
Qui veste tectus lutea
In sua stravit area
Infernale crocodillum,
Petimus, ut sic ferrea
Corda frangamus per ea,
Quae sunt praetacta pauxillum.

32. **Ne nos inducas** etiam
In festinam sententiam,
Quia cito periremus,
Exspecta nos per gratiam
Et per tuam clementiam
Et differ, ut emendemus;
In mundo nihil habemus
Nisi, ut nosmet aptemus
Ad intrandum in gloriam,
Sed caro, in qua manemus,
Nos ducit, ut deviemus,
Per viam nimis inviam.

33. **In temptationem** ruit
Et labitur atque fluit,
Licet longe sit temptator;
Nunquam facit, quod congruit,
Sed bonum omne destruit,
Quod construit habitator;
Deus, omnium creator,
Tu pro nobis sis pugnator,
Sicut nostra spes arguit,
Et carnis sis sic domator,
Ut eius sit triumphator
Spiritus, qui succubuit.

34. **Sed** unum adhuc petere
Volumus et requirere,
Ut illo hoste domato
Spiritus se extollere
Nequeat vel erigere,
Quasi a se subiugato;
Nam habemus pro probato,
Quia, quidquid dicat Plato,
Nil a se potest facere,
Immo a te increato
Et a flamine et nato
Totum habet procedere.

35. **Libera nos** ergo, Deus,
Tu et tuus Nazareus
Cum proprio spiramine
Unum estis; sed Iudaeus
Non credit, quod Gallilaeus
Conceptus sine semine
Sit vel natus de virgine,
Sive passus pro homine,
Et in hoc fit ipse reus,
Plus credit in velamine
Literae, quam in lumine,
Factus civis tartareus.

36. **A malo** hoc et aliis
Tuis, Deus, subsidiis
Conserva nos et defende
Et trahe nos de vitiis
Revelans de miseriis
Et benignum te ostende;
Cuique nostrum dic: ascende,
Veni mecum pro habendae
Vitae aeternae gaudiis;
Tales tuae sunt praebendae
Nullatenus concedendae
Nisi tuis familiis.

37. **Amen,** pater, concludimus,
Quia finem te novimus
De via revertentium,
Locum, ad quem nos tendimus
Et in quo requiescimus
Post laboris dispendium;
Tu nobis sis solacium
Et corona et praemium,
Quia in te speravimus,
Confirmans vaticinium
David per privilegium:
In domum tuam ibimus.

Orat. ms. Caelestinorum B. Mariae de Parisius saec. 15. Cod. Mazarin. 3897 (605). — 19, 4 Nam maceratus. — 27, 5 ascenpit. — 31, 12 paxillum.

349. (4.) Super Ave Maria.

1. **Ave,** a vae exemptata
Et sancta priusquam nata,
Vae tollens Evae veteris,
Pro salute mundi data,
Veniae vectrix optata
Et vehiculum foederis,
Ave si acceptaveris
Et unquam tibi pauperis
Sit salutatio grata,
Nam condigne non videris
Salutari a miseris
Ab angelo salutata.

2. **Maria,** tu nuncuparis
Non incassum stella maris,
Illuminatrix saeculi.
Alto polo quae locaris,
Ut ab illis videaris,
Quarum sani sunt oculi,
Quae quasi centrum circuli
In medio es populi
Cunctis perpendicularis,
Ut se dirigant singuli
Temporibus periculi
Per te, quae propter hoc
daris.

3. **Gratia** te despondente
Totam et praeveniente
In benedictionibus,
In omni terra et gente
Fecit Deus solamen te
Pulsatam piis precibus,
Utque des legis usibus
Remedium veteribus.
Ne pereat dens pro dente
Et mundus flexis legibus
In miserationibus
Regatur te componente.

4. **Plena** non supervacue
Pietatis irriguae
Fluenta das continua,
Exuberans assidue,
Nunquam ovibus pascuae
Deficiens vel vacua;
Ipsa plenitudo tua
Venit a causa strenua;
Deus est, qui perpetue
Implet te clausa ianua,
Ut auctoritate sua
Miseris des largiflue.

5. **Dominus**, quia nutricem
Te piam et genetricem
Invenit in infantia,
Saeculi dominatricem
Fecit et imperatricem
Subdendo tibi omnia,
Ad ipsaque imperia
Tua utitur venia
Seque dat pium iudicem,
Volens oboedientia
Filiali iuris via
Tibi rependere vicem.

6. **Tecum** agit in inferis
Et tu secum in superis,
Ille tibi et tu ei,
Tecum est tui generis
Relevator et miseris
Se dans fulcimentum spei,
Secum regnans faciei
Eiusdem et speciei
Visione perfrueris,
Particeps sui diei,
Domino publicae rei
Praelata sanctis ceteris.

7. **Benedicta** in omnibus
Es benedictionibus,
Quas dedit Dei dextera,
Quibus particularibus
Benedixit operibus,
Tui fuit signifera;
Terra, pontus et aethera,
Aula mundi et supera
Tuis ascribunt laudibus,
Quod Deus tua viscera
Intrans et sugens ubera
Benedixit hominibus.

8. **Tu** virtutum in fabrica
Inventa es magnifica
Sola antonomastice,
Expers reatus unica,
Virgo mater mirifica
Arte magistri fabricae,
Ab ipso sic opifice
Facta, quod ars rhethoricae
Simul ipsaque logica
Ad laudes tuas modicae
Fiunt nec has rectifice
Vi fari sciunt aliqua.

9. **In mulieribus** vere
Apicem debes tenere
Praesidens sede regia,
Fluctum gestas et florere
Non desinis, tuo vere
Nesciente brumalia,
Partus tuus fert gaudia
Et in misericordia
Movet axem primae spherae
Ad delenda flagitia
Et tergenda suspiria
Natorum de muliere.

10. **Et** ut dicam tis proprium,
Tu es peregrinantium
Limes, pera et baculus,
Te et natum quaerentium
Ductrix et directorium,
Index, lumen et oculus,
Et ne te celet angulus,
Ut excuset se querulus,
Tuum petens subsidium,
Ubique es carbunculus,
Rutilans et igniculus
Ipsum radians devium.

11. **Benedictus,** a quo tua
Laus procedit sic affiua
Simul et benedictio,
Illi tibique cernua
Serviant opera sua
Semper sine fastidio,
Manu, corde et labio,
Quibus data est ratio,
Pareant individua.
Relegatus exsilio
Daemon cedat et regio
Tartari curvet genua.

12. **Fructus** est tuus filius
Factus pro fructu, quem prius
Adam comedit vetitum,
Morsu cuius nil nequius,
Nam ob hoc fuit ocius
Humanum genus perditum;
Sed non solum est licitum,
Immo valet ad meritum
Mordere tuum saepius,
Cum ipsius sit solitum
Vivificare spiritum
Et firmare in melius.

13. **Ventris tui** in mansura,
Virginitatis clausura
Vallata per circuitum,
Fructus iste, virgo pura,
Ortus fuit, ut ad rura
Nostra haberet transitum;
Eius nunquam introitum
Scire quivit vel exitum
Stupens usus et natura,
Quippe cum ius absconditum
Habeat et incognitum,
Qui condidit ipsa iura.

14. **Amen,** virgo, quia credo,
Quod si sic ad te accedo,
Pariter ad filium,
Supplicans, ut mihi foedo,
Immo, qui faex et putredo
Sum, donetis auxilium,
Et si peccavi nimium,
Grandior est quam vitium
Gratiae vestrae dulcedo,
Maxime, ex quo alium,
Quam fui, voluntarium
Per paenitentiam me do.

Collect. ms. Claraevallense saec. 15. Cod. Trecen. 1612.

350. (5.) Super Ave Maria.

1. **Ave,** reclinatorium
Et propitiatorium
Et captivi spes populi,
Data in refrigerium
Et reis in refugium
Et in locum latibuli,
Quae patris Adae vetuli
Et damnatricis saeculi
Evae vae damnatorium,
Pro quo de morsu pomuli
Aspecti visu reguli
Commutasti in gaudium.

2. **Maria** apto nomine
Praesagio, non omine
Diceris ab infantia,
Quae in noctis caligine
Pro viarum discrimine
Polo mundi fis media,
Ut gens per mare devia
Ad te sua vestigia
Dirigat viso lumine
Et a circumferentia
Pro impetranda gratia
Circumdaris in cardine.

3. **Gratia** tu efficeris
Directivum itineris,
Norma vitae rectissima,
In orbibus stelligeris
Novae legis et veteris
Stellarum splendidissima,
In prosperis humillima.
In adversis fortissima,
Semper astans pro miseris,
Electarum dignissima
Tam corpore quam anima
In inferis et superis.

4. **Plena** est tua hydria
Hausta caelesti gratia
Puteo sancti spiritus;
Si pulseris instantia
Precum, res est notoria,
Quod effundes, et strepitus
Deprecantis sollicitus
Obtinebit, ut penitus
Deorsum stillicidia
Mittas, nec sit prohibitus
Camelorum exercitus
Portans peccata gravia.

5. **Dominus** ad hoc provide
Te replevit ac placide,
Refundendi sis fervida,
Quia sicut in iride
Signum nubis est roridae,
Sic tu plena et gravida
Signum habes, quod rorida,
Compassiva et fluida
Sis tuae genti languidae,
Quodque anima morbida
Et tua siti arida
Per te respiret valide.

6. **Tecum** a pueritia,
Virgo dulcis, clementia
Crevit et miseratio;
Sic crevit, quod caelestia
Transscendens aula regia
Dei sedes in solio.
Nulla unquam plantatio
Fuit vel educatio
Reis tam necessaria,
Nam, licet sit collectio
Eius, semper dispendio,
Caret et decrescentia.

7. **Benedicta** propterea
Omni loco et platea
Dicaris ab hominibus,
Quia per te est flammea
Cherubim dira romphea
Amota suis passibus,
Introitus exsulibus
Patet, et viatoribus
Via caeli est lactea,
Quae solebat volentibus
Intrare regnum omnibus
Esse sanguine rubea.

8. **Tu** es lapsi spes hominis,
Quae non dees nec desinis
Misereri in saeculum,
Tu divinae imaginis
Et aeterni es luminis
Beatum receptaculum,
Tu languidis vehiculum,
Tu miseris latibulum,
Sub cuius umbra tegminis
Pauper quaerit umbraculum
Et reus diverticulum
Ab incursu formidinis.

9. **In mulieribus** tu es
Unica, quae restitues
Hereditatem perditam,
Quae de peccato arguens
Mundum, sed nulli renuens
Gratiam tuam solitam,
Immo cunctis gratuitam
Ipsam dabis et placitam,
Quia semper hac aflues
Et, licet quis per orbitam
Tortam vadat et vetitam,
Eum cito non obrues.

10. **Et**, si dicatur verius
Pro reis et salubrius,
Ipsos errantes dirigis,
Ipsos lapsos inferius
Et iacentes diutius,
Quando oportet, erigis
Et quandoque hos corrigis,
Ne manus mundi remigis
Aliquid agat durius;
Signum est, quod hos diligis
Et non dormis nec negligis,
Ne cadant in deterius.

11. **Benedictus** in saeculum
Sit ille, per quem titulum
Talem habes in saeculo,
Christus, qui tui clausulum
Uteri suum baiulum
Fecit firmato pessulo,
Qui moriens pro populo
Se dedit in patibulo
Opprobrii spectaculum
Et superato zabulo
Fractoque suo baculo
Se suis dat in pabulum.

12. **Fructus** est commestibilis,
Commedentibus utilis
Dulcis animae gustui,
Naturae admirabilis,
Artis indoctrinabilis,
Stupendus intellectui,
Inusitatus usui,
Vetito quondam fructui
In omnibus dissimilis,
Solummodo auditui
Et non alteri sensui
Fide comprehensibilis.

13. **Ventris tui** in hortulo
Ornato flore primulo
Iste fructus colligitur,
Sed ut vultus in speculo
Repraesentatur oculo,
Et speculum non laeditur,
Sic dum a te recipitur,
Dum manet, dum egreditur,
Hoc fit illaeso claustrulo,
Nulla via relinquitur,
Nil suspectum admittitur,
Fructum habens cum flosculo.

14. **Amen** dicit et asserit,
Qui tuas laudes aperit
Et te recte magnificat,
Qui devote se ingerit
Ad laudandum, ut sciverit,
Et ad mentem te applicat;
Qui aliter se implicat
Et tuas laudes abdicat,
Hinc viam bonam deserit,
Ille sibi provideat,
Talis in fide claudicat,
Salvus esse non poterit.

Collect. ms. Caelestin. B. Mariae de Parisius saec. 15. Cod. Mazarin. 3897 (605). — 1, 4 refugium. — 2, 2 Praesago. — 6, 7 Ulla. — 7, 3 dedit ei dextera. — 10, 6 Quam oportet.

351. (6.) Item Ave Maria per partes resolutas.

1. Ave, virginum electa,
Mater altissimi recta,
Illuminatrix animae,
Grandis regni architecta,
Caritate interiecta,
Affectans perfectissime.
Laborans expletissime,
Naturae amantissimae,
Disciplinata obiecta,
Ministerialissime,
Inopinabilissime
Nostra visitans suspecta.

2. Tu es causa uitae mundi,
Bithalassum exeundi
Naufragii errantium,
Domicilii immundi,
Culpabilis, tremebundi
Animi tollens uitium,
Interimendo noxium,
Mitigans uentos litium,
Itinera errabundi
Rectificans, iudicium
Blandificans uel spatium
Elargiens transeundi.

3. Benedicta es notata,
Eternaliter dotata,
Imperatrix caelestium,
Thesauraria uocata,
Salutifera firmata
Reparatrix uiventium,
Consolatrix timentium,
Umbraculum sperantium,
Valere exsistimata
Necessitati tristium,
Rigoris ius spectantium
Totis notis invocata.

Collect. ms. Claraevallense saec. 15. Cod. Trecen. 1612.

352. (7.) Super Credo in Deum.

1. **Credo** ego catholicus,
Simplex sim vel ierarchicus
Fide firma et simplici,
Implicite si laicus,
Explicite si clericus
Symbolo volo subici,
A firmamento deici
Nunquam volo nec effici
Ut planeta erraticus,
Malo mortem quam infici
Erroribus haeretici
Legi Dei contendicus.

2. **In Deum**, a quo conditus
Est mundus, credo, primitus
Iam lucis orto sidere,
Fidei est introitus,
Ubi ego neophytus
Debeo pedem figere;
Parum est Deo credere
Vel Deum, ni praeponere
Ei velim nil corditus,
Nisi eum diligere
Velim verbo et opere
Et toto corde primitus.

3. **Patrem** primum magnifico
Aeternum et glorifico,
A quo meum exordium
Eumque sic specifico
Catholice et explico,
Quod genuerit filium,
Ipsumque esse alium,
Non aliud per proprium
Personale diiudico,
Finem atque principium
Atque eorum nescium
Imaginor et iudico.

4. **Omnipotentem** pariter
Omniaque suaviter
Disponentem hunc clamito,
Nil frustra, nil inaniter
Nilque, nisi utiliter
Operantem recogito;
Si in hac fide haesito,
Si vacillo vel dubito,
Non sum discretus arbiter,
Egeo duci digito,
Quia errans exorbito
Et relinquo bonum iter.

5. **Creatorem** hunc fateor,
A quo reus ego reor,
Rerum creatas species,
Quem adorare teneor,
De quo dictum confiteor:
Illi soli tu servies;
Hoc non feci millesies
Mea culpa et pluries,
Me perditum intueor,
Nisi dicat: salvus fies,
Tu es mea progenies,
Tui, fili, misereor.

6. **Caeli et terrae** dominum,
Angelorum et hominum
Eum in fide video
Patremque esse luminum,
Dantem tenebris terminum
Sic intuens spem habeo,
Et si ei non valeo
Servire, sicut debeo,
Ob grandem molem criminum,
Quo me vertam? Hunc timeo,
Contremisco et paveo,
Ne vindex sit peccaminum.

7. **Et** quia patrem credere
Non creditur sufficere,
Nec non esset relatio,
Ad articulos vergere
Me volo et convertere,
Qui dati sunt de filio.
Cuius est generatio
Sic miranda, quod ratio
Eam nescit exprimere,
Veluti vespertilio
Stupet solari radio,
Sic nescit ibi cernere.

8. **In Iesum Christum** igitur,
Mea fides dirigitur,
Ipse est patris filius,
Genitus est et gignitur
Et gigni semper creditur
Sicut a sole radius;
Nil in patre superius,
Nil in nato inferius,
In quantum Deus dicitur,
Aeternum est suum prius
Aeternumque posterius,
Nullis extremis clauditur

9. **Filium eius unicum**
Per decretum catholicum
Hunc affirmo et assero,
Sine quo totum lubricum,
Inane et erraticum
Et carens cursu prospero,
Sibi servum me offero
Nunc et, quamdiu fuero,
Quantumvis valde modicum,
Ad eumque me transfero,
Quandocunque erravero
Tamquam ad polum arcticum

10. **Dominum nostrum** dicere
Hunc nos filium dexterae,
Qui dicimur catholici,
Debemus et attollere
Mente, verbo et opere
Praeconio multiplici;
Potestas eius deici
Nunquam potest nec effici
Minor sive decrescere,
Sibique debent subici
Terrigenae et caelici
Et infernus hunc tremere.

11. **Qui conceptus est** utero
Virginali, ut assero,
Illibatis visceribus,
Cuius cum perscrutavero
Modum, hebetatus ero
Retusis cunctis sensibus;
Hoc fecit ruptis usibus
Et consuetudinibus
Naturae pro me misero,
Unde ex infelicibus
Me reputo hominibus,
Si haec oblitus fuero.

12. **De spiritu sancto** fuit,
Quod virgo Deum genuit
De Deo patre genitum,
Quod Deus carnes induit
Et uterum non horruit,
Licet sibi insolitum;
Iter fuit incognitum
Et naturae absconditum,
Quia fecit, ut voluit;
Plus scrutari est irritum,
Fides valet ad meritum
Et plus ultra non arguit.

13. **Natus** est temporaliter,
Qui natus aeternaliter
De Deo patre fuerat.
Ipso nato celeriter
Factus est pius arbiter
Pro mundo, qui perierat;
Homo enim ostenderat
Deum, qui hunc creaverat,
Et sic erat lis iugiter,
Unde esse non poterat,
Quod homo, qui peccaverat,
Non puniretur graviter.

14. **Ex Maria** ergo pium
Pacis traxit commercium
Nova reparans foedera
Et reddens arbitragium
Se ad patris arbitrium
Obtulit propter scelera
Mundi; beata viscera
Huius matris et ubera
Suumque puerperium,
Felix ipsa puerpera,
Serviant ei sidera
Et totus grex fidelium.

15. **Virgine** ipsa firmiter
Servante et stabiliter
Sancti pudoris lilium
Suum Venus et Iupiter
Et totum caelum pariter
Mirantur puerperium,
Aetas quoque viventium
Et iuventus et senium
De hoc stupent perenniter;
Miror, dicit ingenium,
Et virginem et filium;
Hic studerem inaniter.

16. **Passus** est ipse filius,
Licet peccati nescius,
Poenas et contumelias
Factusque est propitius,
Qui servus fuerat prius,
Iam expertus miserias;
Nunquam inventus alias
Fuit pater familias,
Qui contulerit plenius
Suas misericordias
Pro suis et angustias
Sustinuerit durius.

17. **Subest**, qui supra ponitur
Et subdito subicitur
Rex caelorum altissimus,
Coram iudice ducitur
Et iudicio sistitur,
Qui iudex est aequissimus;
Superior fit infimus
Et virorum novissimus
A suisque relinquitur,
De maximo fit minimus
Et, licet sit sanctissimus,
Reus mortis condicitur.

18. **Pontio Pilato** feram
Ferente et mortiferam
Contra ipsum sententiam,
In cruce manum dexteram
Affigendam et alteram
Extendit in angariam;
Tunc secundum Ieremiam
Transeuntibus per viam
Potuit suam asperam
Monstrare contumeliam,
Illatam per invidiam,
Cum nil egisset perperam.

19. **Crucifixus** ille fuit
Et solvit, quae non rapuit,
Dans animam in pretium,
Sua poena non latuit,
Sanguis fluens edocuit
Et latus suum pervium
Animaeque divortium,
Quantum grave supplicium
Pro homine sustinuit;
Suum quoque opprobrium,
Factum oculis omnium,
Evidenter hoc innuit.

20. **Mortuus** est, contradidit
Deo patri et reddidit
Fuso sanguine spiritum,
Moriens artem condidit,
Qua sibi mortem subdidit
Sibi tollens ius solitum;
Hostis per hanc depositum,
Quod tenebat ad libitum,
Confusus totum perdidit,
Infernusque dans gemitum,
Videns suorum exitum,
Sibi dolorem addidit.

21. **Sepultus** est per triduum
Usu sopito sensuum
Sicut mortui saeculi,
Suum erat irriguum
Exhaustum atque artuum
Exhausti omnes rivuli,
Deleti erant tituli
Usu vulgalis oculi,
Vicisse fuisse suum,
Fuisse caput anguli,
Ductor vel rector populi
Aut Deus exercituum.

22. **Descendit** eius anima
Corporis sancta victima
Relicta in sudario
Ad Acherontis infima,
Venit pro dragma decima
Perdita longo senio,
Non illa, quae de gaudio
Lapsa est a principio
Ad inferni novissima,
Sed illa procul dubio,
Quae in primo pomerio
Capta est fraude pessima.

23. **Ad inferna** cum lumine
Veniens et in numine
Genus Adam visitavit,
A barathri voragine
Detentos in caligine
Suos omnes liberavit;
Ille hostem tunc mactavit
Et mactatum spoliavit
Sua consuetudine,
Ne furiat in quos pavit,
Sicut prius et quos lavit
Fuso corporis sanguine.

24. **Tertia** die rediit,
Et tempus non praeteriit
Datum ante divortium,
Regrediens introiit
Potenter, unde exiit,
Corporis domicilium;
Lapis magnus ad ostium
Datus in ostiarium
Ingressum suum nesciit,
Custodumque astantium
Sollertia et studium
Percipere hoc nequiit.

25. **Resurrexit a mortuis**
Resumptis viribus suis,
Ultra morti non subditus,
Clausis venis irriguis
Et tersis plagis profluis
Impassibilis penitus;
Vita sibi est habitus,
Privatio interitus
Realteratis mutuis,
Thomae testis est digitus
Vulneribus appositus
Ex iussu clausis ianuis.

26. **Ascendit** supra sidera
Et supra caeli supera
Rediens de incolatu,
Transeundo per aera
Pandens redemptis aethera
Potentissimo volatu;
Tunc Rachel cum apparatu
Laetitiae et ornatu
Exiens sua camera
Obviam terso ploratu
Mutatoque eiulatu
Ei venit hymnifera.

27. **Ad caelos** sic quando fuit
Regressus et rehabuit
Honoris primi solium,
Quando unitam statuit
Carnem nostram et posuit
Caput esse caelestium,
Tunc homo in exsilium
Datus et in opprobrium
Luctum tergere debuit
Et relevare alium
Demissum propter vitium
Regratiando potuit.

28. **Sedet ad dexteram Dei Patris**, coaequalis ei,
Hominem sic magnificans,
Tempus sui iubilaei
Cognoscens et requiei
Plus se poenis non implicans,
Modus suus est indicans,
Quod iam iudex est iudicans,
Ne praesumant nimis rei,
Quodque devotus supplicans
Citius quam ius vendicans
Impetret praemia spei.

29. **Omnipotentis** filium,
Potentiae non nescium,
Hunc anima mea credit
Et, si quid est contrarium,
Potentiae vel obvium
Huic inesse non concedit;
Imbecillis si accedit
Ad eum, nunquam recedit
Non reportans auxilium,
Totum posse suum cedit
Deus pater, sibi dedit
Regni caeli dominium.

30. **Inde venturus** in fine
Cum ferula disciplinae
Et ultionis gladio
Eductis tecto vaginae
Pro iustitiae divinae
Exercendo iudicio,
Tunc distincta reditio
Hominum et reiunctio
Erit substantiae binae,
Omnium operatio
Actuum est ostensio
Absque tegmine cortinae.

31. **Iudicare** cum veniet,
Nullus eum effugiet
Nec habebit diffugium,
Nullus ibi excipiet
Neque defendere sciet
Se per declinatorium;
Nihil tunc dilatorium
Omnium appellantium
Valebit vel proficiet,
Immo secundum proprium
Opus vel exercitium
Unusquisque recipiet.

32. **Vivos et mortuos** scio
Dissimili stipendio
Illa die praemiari,
Quosdam aeterno gaudio
Aliosque incendio
Infernali munerari;
Vivos se poterunt fari
Et de vita gloriari,
Quorum erit vocatio,
Mortuique nominari
Poterunt et appellari,
Quorum erit expulsio.

33. **Credo** cum praecedentibus
Et cum praedictis omnibus
Quosdam adhuc articulos,
Quos in mundi campestribus
Totis animae viribus
Colligo ut manipulos;
Fidei namque flosculos
Hos sicut et praeambulos
Cognosco ex coloribus,
Ad ipsos habens oculos,
Ut discurram per singulos
Non exceptis aliquibus.

34. **In spiritum sanctum** credo,
Licet faex sim et putredo
Et vilis esca vermium,
Ipse patris est dulcedo
Filiique ac mulcedo
Et consolator cordium,
Dicere potest: omnium
Artifex sum per proprium,
Patre natoque procedo,
Digitus sum errantium,
Tertia persona trium,
Procedens nunquam recedo.

35. **Sanctam ecclesiam** Dei
Credo esse matrem mei
Cunctorumque fidelium;
Qui contrariantur ei,
Facti sunt omnino rei,
Erit eis opprobrium;
Pro hac quondam martyrium
Passi sunt et supplicium
Boni athletae fidei;
Cruentatum vestigium
Et Roma, caput gentium,
Testes fiunt huius rei.

36. **Catholicam** hanc clamito
Et refertam recogito
Septem medicinalibus
Distinctis quasi digito
Ad succurrendum perdito
In distinctis languoribus;
Primum originalibus
Medelam confert omnibus,
Alia, quae non haesito,
Dant diversis respectibus
Curam infirmitatibus
Servato modo debito.

37. **Sanctorum communionem**
Et glorificationem
In caelesti ecclesia
Credo per assertionem
Et per affirmationem
Omnes adorans dulia,
Aliquos hyperdulia
Solumque Deum latria
Ponendo distinctionem,
Satis sperans de venia,
Si sua patrocinia
Pro me praestent cautionem.

38. **Remissionem** fieri
Peccatorum, ut repperi,
Credo per paenitentiam,
Per Naaman hoc suggeri
In agro regum veteri
Dico ad evidentiam,
Nam sicut hic munditiam
In aquis et carentiam
Leprae ut caro pueri
Recepit, sic per gratiam
Paenitens revertentiam
Habet a porta inferi.

39. **Peccatorum** sic maculas
Et spiritales pustulas
Assero purificari,
Aliter has ut stipulas
Ad infernales faculas
Omnes dico destinari,
Perenniter has versari
In gehenna et cremari
Ut spinarum sarcinulas,
Ex ipsis quoque parari
Hosti, qui nunquam praedari
Sinit sorbiciunculas.

40. **Carnis resurrectionem**
Atque reconiunctionem
Iuncturarum et ossium
Post vitae reunionem
Ad reddendam rationem
Fateor ad iudicium,
Ad consequendum praemium
Per actum meritorium
Atque retributionem
Habendum vel supplicium
Per commissum contrarium
Atque condemnationem.

41. **Vitam aeternam** firmiter
Credo et hanc finaliter
Dico metam incolatus,
Felix, qui vadit taliter,
Quod non perdit suum iter,
Sanctus quoque et beatus
Ibi omnis collocatus,
Vere est glorificatus
Et iam vivit feliciter,
Cunctis est ibi paratus
Gloriae locus et datus
Sine fine perenniter.

42. **Amen** corde dicens ergo
Volo avi illi mergo
Dissimilis non fieri;
Nam si nimis me immergo
Vel profunde nimis pergo
Vadens ad portas inferi,
Si errans umbra vesperi
Labyrintho ut pueri
Ad laevam me nimis vergo,
Tuto volo itineri
Redire cursu celeri
Respicereque a tergo.

Collect. ms. Caelestinor. B. Mariae de Parisius saec. 15. Cod. Mazarin. 3897 (605). — 9, 9 Quamvis valde. — 9, 11 Quandoque. — 26, 5 findens.

353. (8.) Ad praepositum paradisi Michaelem.

1. Gyrans claustrum monasticum
Per circulum excentricum
Saepius quam concentrice,
Totum concernens lubricum
Et fixum nil aut modicum
Pede ruente lubrice,
Dignum duxi me iudice
Erigere theatrice
Vultum ad claustrum caelicum,
In illo solum apice
Praevidens aenigmatice
Refugium salvificum.

2. Vultum ibidem erigens,
Quamquam minus me dirigens
Pensavi posse dirigi,
Si dirigat me diligens
Mediator non abigens,
Indignum me non abigi,
Qui sibi velit porrigi
Meas preces, ut erigi
Valeam reus indigens,
Cuius ope recolligi
Ad gratiamque redigi
Queam supplex haec exigens.

3. Igitur haec audituris
Universis et visuris
Patefiat evidenter.
Quod locatus in obscuris
Et saeptus hostibus duris,
Proh dolor, indesinenter,
Volo quaerere patenter,
Sicut iam feci latenter,
Illo claustro totis curis
Protectorem, qui potenter
Me defendat et prudenter
Eripiat de pressuris.

4. Licet milia milium
Protectorum fidelium,
Quorum gesta sunt fortia,
Spirituum caelestium
Atque sanctorum omnium
Sunt in illa politia,
Exclusus impotentia
Sitque vel ignorantia
Nullus, non praeiudicium
Cuiquam intentio pia
Facit, si patrocinia
Quaerat ab uno fortium.

5. Laudibus et praeconiis
Ac devotis obsequiis
Venerari et colere
Ex intimis praecordiis
Simul et exercitiis
Ore, corde et opere
Vellem omnes summopere,
Si sint vires, extendere
Possent sufficientiis,
Quippe cum opem quaerere
Esset iustum et petere
A cunctis necessariis.

6. Ergo ad electionem
Intrans caeli regionem,
Loca petens celsiora,
Prope Dei stationem
Vidi illum, qui draconem
Iecit ad inferiora;
Ad ipsum laxando lora
Me transtuli sine mora
Per cordis affectionem,
Sperans, quod potens maiora
Brevi mihi quibit hora
Praestare defensionem.

7. Regni Dei praeposite,
Gloriose et inclite,
Michael, ad te fugio,
Causae meae percepi te
Posse iuvamen perditae
Intuitu dare pio;
Sicut fit privilegio
Mortui suscitatio
Et restitutio vitae,
Sic in spe mea sentio
Me tueri praesidio
Tuo, si vis, gratuite.

8. Michael, ergo dimica
Pro me pius et fabrica
Incude diae fabricae
Arma mihi salvifica,
Ut virtute politica
Adnexa theologicae
Armatus luctae lubricae
Carnis et diabolicae
Atque mundi, qui pedica
Suos ligans foedat pice,
Resistere athletice
Queam et vi magnifica.

9. Ut Deus quis? sic vocaris
Et recte interpretaris
Nominis vocatione;
Virtutis es singularis,
Prae ceteris expers paris
In data commissione;
Ob hoc persecutione
Antichristi pro agone
Electorum exspectaris,
Qui et proeliatione
Primitiva cum dracone
Victor fuisse probaris.

10. Sepultura incognita
Moysi et abscondita
Facta est te altercante
Cum daemone, nam cognita
Si fuisset sive scita
Dicto daemone monstrante,
Caecitatis erant tantae
Iudaei, quod non obstante
Lege eisdem tradita
Ipsum latria cessante
Adorassent hos caecante
Pertinacia solita.

11. Dividere rubrum mare,
Israelem liberare
De manu Aegyptiorum
Commissus es et plagare
Nolentes obtemperare
Mandatis regis caelorum;
Inter acies sanctorum
Concivium angelorum
Vexillum Christi portare
Dignus es, mysteriorum
Signifer et arcanorum,
Quae non licet revelare.

12. Ecclesiae principatum
Tenes, qui quondam ducatum
Synagogae tenuisti,
Antichristum propinquatum
Tu occides obstinatum
Oliveto vice Christi,
More semper contrivisti
Et potenter deiecisti
Superbum et induratum
Supplicique tuo tristi
Benigniter adfuisti
Dans gratiam ad optatum.

13. Die magni iudicii
Signa tui praeconii
Erunt clavi, crux, lancea,
Quae ostendes ut impii
Sibi ipsis sint conscii
Nunc parvipendisse ea,
In tuba tua aurea
In voceque praeterea
Quasi ad vocem nuntii
Surgit mole corporea
Quisque de sua fovea
Sine scrupulo dubii.

14. Ergo virtute pensata
Tua et praecogitata
Aequum est tibi servire,
Ubique est tua grata
Memoria divulgata,
Quam non tutum est nescire;
Quicunque vult non perire,
Salvari vel recte ire
Ad regna caeli parata,
Per te oportet transire,
Te benignum invenire,
Ne damnetur ob peccata.

15. Gregorio letaniam
Ordinante propitiam,
Quae nunc maior inscribitur,
Ob pestem inguinariam
Romae vastantem patriam,
Te visum esse legitur
Super castrum, quod dicitur
Angeli nuncque colitur
Ad tui reverentiam,
Tegentis ensem, quo scitur,
Quod pesti finis ponitur
Deo praestante gratiam.

16. Utinam pesti currenti,
Quae nunc nulli parcit genti,
Finem tu velis ponere,
Iam parcere morienti
Populo et ferienti
Ensi vaginam tradere;
Paenitentiam agere
Et letanias dicere
Deo et tibi caedenti
Possumus, sed protegere
Nos tuum est et facere
Gratiam omnipotenti.

17. In aerumna mea gravi
Ad te oculos levavi,
Qui habitas in montibus;
In monte Tumba notavi
Atque in Gargano, qua vi
Tuis ades supplicibus;
Alta tenes, ut omnibus
Ima loca tenentibus
Cum quibus lectulum stravi,
Suis visis doloribus
Cunctis fugatis hostibus
Assis favore suavi.

18. Licet angelum habeam,
Qui custodit vitam meam,
Sicut et habent singuli,
Et, sive stem vel iaceam,
Honorare hunc debeam
Palam et loco anguli,
Te tamen ita praetuli
Huic et angelis populi,
Cum te principem videam
Eorundem, quod seduli
Ad te mei sunt oculi,
Ut per te Deo gaudeam.

19. Ex eo, quod in annuo
Fit omnium festo tuo
Festivitas angelorum,
Accipio ex congruo,
Si quandoque me statuo
Coram te prece sonorum,
Quod sit ad laudem cunctorum
Honoremque singulorum
Servato ordine suo,
Sic quod interventu horum
Tuoque regnum caelorum
Detur mihi perpetuo.

20. Virgini matri nuntium
Transmissum ducem fortium,
Gabrielem praemaxime
Tecum atque consocium
Ducem Raphaelem pium
Invoco devotissime;
Vos tres potestis animae
Captivatae pauperrimae,
Cui negatur solacium,
Conferre potentissime
Atque efficacissime
Plenum salutis gaudium.

21. Inclite dux et bellator,
Michael, hostis domator,
Pro me scutum apprehende,
Esto meus propugnator,
Protector et clippeator
Et potenter me defende,
Ad me prostratum descende
Vel manum tuam extende,
Pius factus relevator,
Ad meaeque sic intende
Vulnerationis flendae
Curam, quod sis et curator.

22. Loco, qui Michaelio
De medelae contrario
Sanasti febre languidum,
Te deprecor, ut saucio,
Destituto solacio
Et scienti me morbidum
De eo, quod est horridum,
Contrarium et torridum,
Mihi fiat confectio,
Me reddens per te validum
Ad virtutemque vividum
Absque contradictorio.

23. Libera me de leonis
Ore fauceque draconis
Atque de porta inferi,
Ut beatae visionis
Optatis perfruar bonis,
Portam caelestem aperi;
In umbra mei vesperi
Et exitu luciferi
De gradibus scorpionis
Memor sis mei miseri,
Ne traditus sim carceri
Aeternae damnationis.

24. Animarum qui libramen
Et stateram ad examen
Habes, supplex te postulo,
Ut cum trahes ad probamen
Miseri mei spiramen,
Egressum de corpusculo,
Ei assis, ne zabulo
Tradatur pro piaculo
Tradendum ad flagellamen
Ac ut pera et baculo
Munitum quasi titulo
In pace quiescat. Amen.

Collect. ms. Claravallense saec. 15. Cod. Trecen. 1612. — 15, 10 Tergentem. — 17, 4 In monte Tumba — Mont-Saint-Michel.

351. (9.) Ad Angelum Custodem.

1. O angele, custos meus
Et dux mei itineris,
Quem neglexi nimis reus,
Unus factus ex miseris,
Ecce, venio ad te, ut
Iam per effectum operis
Emendam, sicut vult Deus,
Solvam commissi sceleris.

2. Mea culpa, quia tui
Parum fui recordatus,
Ut quoque, dum profectui
Meo fueras donatus,
Proh dolorque, quia fui
Te scire satis hortatus,
Permaxime, cum studui
Multas scripturas scrutatus.

3. En, mitto meum angelum,
Dicebatur mihi pridem,
Qui te, licet extraneum,
Praecedet servantem fidem
Et ad diem iubilaeum
Perducet, si tuum quidem
Me velis timere Deum,
Qui semper sum ipse idem.

4. Istud de te expositum
In meo vidi somnio,
Tu es dux ad praepositum
Placandum in iudicio,
Comes ad mihi debitum
Ignem in purgatorio,
Praecessor ad gratuitum
Locum facto viagio.

5. Tuum est me custodire
In hoc mortali saeculo,
A daemone garandire
Meae mortis articulo,
Ostendere loca irae
Pro quolibet piaculo,
Et, ne offendam, praeire,
Cadens in retiaculo.

6. Meum est tibi servire
Procul fugato vitio,
Humiliter oboedire
Monitis et consilio,
Te praesentem semper scire,
Concernentem, quid facio,
Et protinus resilire,
Nisi decens sit actio.

7. O miserum me dixerim,
Omni dignum miseria,
Dum cognosco, quae fecerim,
Quanta, cotiens, qualia,
Teque a me proiecerim
Et extra mea ostia
Nec cito revocaverim
Captivatus pigritia.

8. O angele dulcissime,
Tu foris ostium stabas
Et, ut propriae animae
Providerem, exspectabas;
De te curabam minime
Non nunquam ultra octabas
Exspectante verissime,
Monstrante, quod me amabas.

9. Quid digne pro his facere,
O custos mei, nescio,
Nisi flere et gemere
Continuo suspirio,
Nec poterit sufficere
Fletu quocunque nimio,
Nisi benignum reddere
Te velis mihi conscio.

10. Ne igitur despicias
Indignanter me miserum
Nec commissum abicias
Mersum gurgite scelerum,
Sed utinam aspicias,
Quod te nunquam vel superum
Sprevi patrem familias
Per cogitatum asperum.

11. Debilitatis viribus
Et sopita potentia
Feci malum et usibus
Malis et ignorantia,
Saepe pensatis actibus,
Saepe inadvertentia,
Sed nunquam spretis legibus
Nunquamque contumacia.

12. Proterva sensualitas
Comes mihi et socia,
Cuius ad malum pronitas
Est ab adulescentia,
Explorans meas semitas
Plus est mihi contraria,
Quam quaecunque adversitas
Incolatus mei via.

13. Si igitur te compuli
Exire meum ostium,
Agens in loco anguli,
Quod erat mihi noxium,
Tui viderunt oculi,
Qui stabas ad posticium,
Quod contemptu non expuli
Te, meum custodem pium.

14. Nec ideo excusatus
Sum vel debeo fieri,
Quoniam ad meum latus
Vicem tenens armigeri
Semper es, nisi reatus
Sit meo mixtus operi,
Per quem fias elongatus
Volens te facere quaeri.

15. Et instantiam facio
Tibi cum reverentia,
Si tu pro meo vitio
Exis, qui mea vitia
Expellere de atrio
Debes tua potentia,
Laesum a te me sentio,
In cuius sum custodia.

16. Non custodis, si deseris
Et potens sis custodire;
Sed respondere poteris,
Quod non fecit te venire
Deus ad luctam sceleris,
Sed luctantem garandire,
Ab hoste ne cum miseris
Me faciat interire.

17. Non profugandis peccatis,
Quae libero arbitrio
Fiunt et quae potestatis
Possunt defendi brachio,
Advenisti, sed probatis
Longo et forti proelio
Vis adesse eos gratis
Pio fovens auxilio.

18. Si ergo contra scelera
Pro me non facis luctamen,
Nunquam tamen de camera
Exeas, sed roboramen
Mihi praestes et propera,
Ut tuum sanctum iuvamen
Impetret mihi supera
Et vitam aeternam. Amen.

Collect. ms. Claraevallense saec. 15. Cod. Trecen. 1612. — 2, 1 Meam culpam.

355. (10.) **Ad beatum Andream apostolum per litteras sui nominis.**

1. Ad aliquem me vergere
Sanctorum et convertere
Hortatur sacra lectio,
Non quod omnes diligere
Non debeam et colere
Toto cordis obsequio,
Sed quia non sufficio
Neque possum neque scio
Omnibus satisfacere,
Exponendum hoc sentio
Excluso praeiudicio
Horum unum eligere.

2. Notum mihi et quem scio
Paratum patrocinio
Causam meam defendere,
Dum dignum eum sentio
Virtutum testimonio
Debeo praeeligere,
Non ob hoc, quod postponere
Quemquam vel parvipendere
Mea velit electio
Nec quod velit distinguere
De meliore temere
Indiscreta praesumptio.

3. De te, Andrea, didici
Quod devotos, qui subici
Tibi volunt servitio,
Tueris et hos deici
Nunquam sinis aut affici
A daemone; probatio:
Tu peregrinus ostio
Responsum dans daemonio,
Danti feminam conspici
Se, tuo patrocinio
Voluisti contagio
Episcopum non infici.

4. Revolvendo et alia
Tua prompta subsidia
Dissimulare nequeo,
Quin tua patrocinia
Implerem et auxilia
Ex toto affectu meo,
Quin tuorum, ut valeo,
Et si minus, quam debeo,
Laudum narrem praeconia,
Si faveas, non careo
Exspectato iubilaeo,
Accedo cum fiducia.

5. Electum te et vocatum
Ad Christi discipulatum
Eius vocante gratia,
Ad piscandum te piscatum
Ad hamandumque hamatum
Laus attollit primaria,
Et si liquisti retia,
Patrem, navem et omnia
Cor habendique privatum
Sursum raptum in gloria
Centuplata te praemia
Testificantur beatum.

6. Ante tamen dura passus
Duros pertransisti passus,
Diu certans ad luctamen,
Luctans, pugnans non es lassus,
Nunquam victus, nunquam cassus,
Semper fortis ad examen.
Ponderatus per libramen,
Oblatus es in libamen
Igne caritatis assus,
Tantum tuum est certamen,
Tantum tuum flagellamen,
Quod videndo sum compassus.

7. Super crucem nidificas
Non deponique supplicas
Mori volens in nidulo,
Biduo vivens praedicas
Vitae viam et indicas
Circumspectanti populo,
Positus in spectaculo
Mentali spectas oculo
Aureolam, quam vendicas,
Nocte, die, crepusculo
In incude patibulo
Ipsam cudis et fabricas.

8. Amator huius niduli,
Incudis et patibuli
Omni fuisti tempore,
Contumelias penduli
Christi pro vita saeculi
Recogitans in pectore;
Olim tibi in aequore
Solebant et in litore
Esse praeda pisciculi,
Modo factus in arbore
Es irretito corpore
Aegeae praeda aemuli.

9. Piscator eras hominum,
Sed te cepit vir sanguinum
Et conclusit in retibus,
Tamquam auctorem criminum
Non differens in crastinum
Te tradidit tortoribus;
Sic caesum plagis gravibus
Et maceratum ictibus
Mors te traxit ad terminum,
Non quidem cum mortalibus,
Sed cum mortis victoribus
Florentem ante Dominum.

10. O sanctissime Andrea,
Robur meum et spes mea
Turrisque fortitudinis,
Fac, vilescant mihi ea
Quibus fit anima rea
Commissione criminis
Expensa tui sanguinis,
Quem pro filio virginis
Effudisti sub Aegea,
Super vultum imaginis
Interioris hominis
Fiat vitta coccinea.

11. Super cor meum passio
Tua et crucifixio
Ponatur ut signaculum,
Brachiorum extensio,
Contra hostem defensio
Fiat et propugnaculum,
Refugium, patibulum
Mihi et diverticulum
Sit vulnerum incisio,
Salutis adminiculum
Atque animae pabulum
In cruce praedicatio.

12. Ter tredecim atque duos
Qui suscitasti mortuos,
Mecum misericordiam
Fac, expellens incongruos
Motus mentis et nocuos,
Ne in morte obdormiam;
Iunctos per amicitiam
Mihi et stirpem propriam
Actus edoce strenuos,
Plebis vide miseriam
Et ad eius custodiam
Aperi occulos tuos.

13. Ornamentum et titulus
Et radians carbunculus
Tuorum es devotorum,
Cor et auris et oculus
Non capiunt, quod sedulus
Advocatus es eorum,
Magnus in regno caelorum
Promotor negotiorum
Requestarumque gerulus,
Unus tu es magnatorum
Et principum populorum
Signi regisque baiulus.

14. Laudare qui non valeo
Te, ut decet, spem habeo,
Ut in adversitatibus
Tu sis mihi pro clipeo
Et pro forti Macchabaeo
Repulsis cunctis hostibus,
Ligni vitae de fructibus
Collectis cum laboribus
In ascensu purpureo
Dando tibi fidelibus
Devote supplicantibus
Depessulato horreo.

15. Ubertas esse dicitur,
Ubi tuum reponitur
Corpus ad signum olei,
Nam secundum quod oritur
Oleum et diffunditur,
Sic se habet ordo rei;
Si ante tribunal Dei
Velis esse loco mei,
Dum mea causa agitur,
Signum datur meae spei,
Quod gratia fiet ei
Et venia donabitur.

16. Secundum tuum iuvamen
Fieri mihi levamen
Credo propulso dubio,
Quod habeo per probamen
Multorum, qui medicamen
Habent tuo subsidio;
Et ideo corde pio
Mihi dato exsilio
Peto fieri solamen,
Aggregari consortio
Tuo caeli fastigio
Fine perenniter. Amen.

Collect. ms. Claraevallense saec. 15. Cod. Trecen. 1612.

356. (11.) Ad sanctum Benedictum.

1. Gregis pastor monachorum,
Sancte pater, forma morum
Atque regulator vitae,
Benedicte, ponens lorum
Erroribus viatorum,
Qui elegerunt sequi te,
Ad te accedere rite
Et reverti non invite,
Debent oves, quae luporum
Timent fauces, dispertitae,
Vagabundae, se oblitae
In abrutis mundanorum,

2. Uagabundus sum et fui
Te pastorem neglectui
Habens et tua pascua,
Errare non erubui
Inter vepres, quo exui
Vellus ut ovis fatua;
Lupus adest, praeda sua
Cito fiam, nisi tua,
In qua meam spem posui,
Assit gratia afflua,
Pietatisque ianua
Mihi reseretur tui.

3. Iamque tuus appellari
Non sum dignus vel vocari,
Ad te revertor filius,
Si de siliquis, quae dari
Solent porcis, saturari
Cupivi nimis anxius,
De micis, quae inferius
Cadere solent saepius
Atque catellis donari,
Iam rogo mihi conscius,
Ut quasi mercenarius
Per te queam recreari.

4. Liberalium artium
Qui reliquisti studium
Placere Deo cupiens
Et eremi refugium
Elegisti, naufragium
Procellae mundi fugiens,
Fac, pater, ut, qui abiens
Fui vana et sapiens
In animae dispendium,
Sic sequi te sim sitiens,
Ut correptum prospiciens
Quandoque voces filium.

5. Leva lapsum, qui corruit,
Reparans, ut spes arguit,
Me fractum capisterium;
Factum antiquum docuit,
Quod tua virtus diluit
Fracturarum vestigium;
Illud cum sit notorium,
Tuarum gregem ovium
Pie monet et instruit,
Ut te quaerant refugium
Contra quodcunque noxium,
Quando decet et congruit.

6. Exutum et denudatum
Ac in spinis cruciatum
Debeo te recolere,
Dum sentio me temptatum
Ad avis nigrae volatum,
Satagentis decipere,
Et, si contingat degere,
Me debeo aspicere
Te in specu maceratum,
Non habentem, quo vivere,
Nisi panem, quam libere
Dat Romanus inchordatum.

7. Rectificator operum
Tuorum, pater, pauperum,
Secundum tuam vivere
Fac me normam in posterum
Nec murmuris mortiferum
Venenum tibi tradere
Me sinas, ob quod frangere
Me debeas et perdere
Veluti vas pestiferum,
Cum patienter tollere
Debeam, quod eligere
Volui, quamquam asperum.

8. Monachus sum, pastor bone,
Ille, qui oratione
Diu esse non valeo,
Qui pro vana actione
Et negotiatione
Nimis frequenter exeo,
Nec puerulum video
Nigrum, cum quo libens eo,
Trahentem de statione,
Et iam scio, quod ideo
Virga tua indigeo
Pro eius expulsione.

9. Uirtute tu tanta vernas,
Quod naturae ius alternas
Producens de lapidibus
Fontes, ut his, quos gubernas
Per leges vitae supernas,
Benignus assis ovibus;
Hinc te precor, affectibus
Meum durius rupibus
Cor mollescere non spernas,
Ita quod ex mandatibus
Compunctionis fletibus
Culpas diluam veternas.

10. Submergendus in flumine
Mundi iuvante nemine
Sum, nisi tu aspicias,
Si non placidus nomine,
Placidus sim precamine,
Ut me iuvari facias;
Manum mittens subvenias,
Dic, ut currat manus pias
Extendens pro iuvamine,
Tuque, Maure, oboedias,
Super aquas pandens vias
Pro meo liberamine.

11. De mirabili et pia
Corvi oboedientia
Pro veneno dubitantis
Exemplum sumens tristia
Tolerare et gravia
Deberem, sed indignantis
Cordis mei, mensurantis
Me ad mensuram gigantis,
Tanta est rebellantia,
Quod, nisi tis castigantis
Sentiat virgam, mandantis
Resistit ad imperia.

12. Ergo, pater, cum fugio
Iussa, ut a manubrio
Ferrum, tu me fac redire
Et prolapsum in fluvio
Lubricitatis nimio
Nunquam sinas me perire;
Tuis semper oboedire
Fac praeceptis, quae nescire
Saepe audita nescio,
Raro ea non audire
Vel invisa practerire
Possum in monasterio.

13. Donetur benedictio
Tua mihi, qui nimio
Sum pondere aggravatus,
Vires in me non sentio,
Ut Dei aedificio
Lapis iacens sim levatus;
Super meum sedet latus
Hostis mei incolatus
Facto de se pressorio
Ita, quod alleviatus
Nunquam fiam, nisi gratus
Mihi sis adiutorio.

14. Egrot is et languentibus
Das cunctis te poscentibus
Remedium salutare,
Mortuos tuis precibus
Suscitas et virtutibus
Quosque potens adiuvare;
Tuum fuit prophetare
Et videre mentes clare,
Quae erant in hominibus
Mundumque considerare
Per unum iubar solare
Simul collectis omnibus.

15. Glorioso intuitu
A vinculo solvisti tu
Rusticum mirabiliter,
Virtutis vi sine ritu,
Sine quocunque strepitu
Utendo actualiter;
Ex quo iam probabiliter
Habeo, quod, si taliter
Me videas in spiritu,
Mea solves celeriter
Peccata, quibus graviter
Ligatus sum ex habitu.

16. Uide ergo et respice
Me extra et sub cortice
Rumpens peccati vincula,
Infirmato non modice
Medici sis mihi vice
Praebens salutis pocula,
Mortuum per piacula
Me prostratumque ferula
Eorum nimis lubrice
Gratia tua sedula,
Magnae virtutis baiula,
Suscitans et magnifice.

17. Inundatio pluviae
Dei misericordiae
Assit mihi per sororem,
Per vos ambos fons gratiae
Stillaque dulcis veniae
Recreet me peccatorem;
Per vos spernam mundi florem,
Mundi vana et honorem
Erecta mentis facie
Ad bonorum largitorem
Et pium distributorem
Aeterni regni gloriae.

18. Largitate mirifica
Implens claustra monastica
Nunquam passus es egere
Oves, ab arce caelica
Sumens manu domestica,
Quae sufficiebant vere;
Ex improviso venere
Bona eis et fuere
Nunc oleum nunc tritica,
Quae monstrant, quod qui parere
Tibi volunt, hos habere
Constat bona non modica.

19. Erigens humilitatis
Scalam gradibus aptatis,
Viam parans pro ovibus,
Sciens, quod multis gravatis,
Morbidis et infirmatis
Ars expedit pro viribus,
Ne igitur sit talibus
Ascensus nullus, passibus
Providisti limitatis,
Ut et inferioribus
Et imbecillioribus
Aptus ascensus sit satis.

20. Viam talem qui parasti
Ascendendi et aptasti,
Tibi, pater, regratior,
Non monachos ordinasti
Frustra sive regulasti
Volens, quod via brevior
Ad caelum et facilior
Eis esset et quam prior
In transitu demonstrasti,
Ut solito lucidior
Via docet et clarior,
Qua ascendens transmeasti.

21. Illa via lampadibus
Innumeris lucentibus
Usque in caelum ab imo
Plena erat, monstrantibus,
Quod tu plenus virtutibus
Coruscabas altissimo;
Ob illud quoque aestimo,
Quod, ut lucebat animo,
Praebendo lucem ovibus,
Sic tuo mundi ultimo
Lux respondet simillimo
Sibi lucidis actibus.

22. Legis veteris latorem
Israelis et ductorem
Moysen colunt Iudaei,
Te benignum praeceptorem
Nostrae legis et datorem
Atque ducem nostrae spei,
Nos oves pascuae Dei
Et monachi speciei
Cuiuscunque per honorem
Tenemur horis diei
Titulo bonae fidei
Venerari et amorem.

23. Lupus nunquam aggreditur
Gregem, ubi pastor scitur
Diligenter vigilare,
Intus esse dignoscitur
Grex, qui tibi committitur
Per promissum regulare;
Eum velis conservare,
Tueri et defensare,
Ne lupus, qui non moritur,
Quemquam queat molestare,
Invadere vel turbare,
Cum possis haec, ut creditur.

24. Assis mihi tu tutamen,
Subsidium et iuvamen
Incursato ab hostibus,
Ori eorum ligamen
Pone, ne sim in voramen
Ipsis factis voracibus;
Tuis sanctis virtutibus
Tuis dignisque precibus
Sic mihi des sublevamen,
Ut pro relictis omnibus
Centuplicatis vicibus
Gaudeam caelitus. Amen.

Collect. ms. Claraevallense saec. 15. Cod. Trecen. 1612.

357. (12.) Missio pro literis congregandis.

Sicut ad lamentationes suas Ieremias vel sicut ad laudem mulieris [1]) fortis Salomon omnes literas hebraicas voluit congregare, sic ego, volens coronam laudis beatae virgini et eius filio cudere, mandavi universis literis latinis per diversas sacrae scripturae regiones dispersas, ut venirent, maxime cum ipsi virginis filio, earundem fabricatori, de iure servitium impendere tributaque solvere tenerentur. Quae cum accepto mandato accessissent, responderunt unanimiter omnes sic: Licet per te alias vexatae fuerimus tam in Alphabeto *Ave byssus castitatis* etc. quam in alio Gallico scripto: *A toy du monde le refui* etc., tamen iterato assumus, ecce, tibi secundum ordinem nostrum quod sequitur praesentantes:

Ave, benedictissima,
Caritate dulcissima,
Eiciens fastidium,
Gloriosa, humillima,
Imperatrix karissima,
Laetificatrix mentium,
Nobilitatrix omnium
Puritatem quaerentium,
Reparatrix sanctissima
Tis volentium xenium
Ydonee zelantium
Zerna congru[ent]issima.

[1]) mulierum Hs.

Qua salutatione recepta respondi ego: Licet non renuam, quod traditis, illud tamen non sufficit, immo volo, quod quaelibet vestrum exceptis k et q, quia sunt compositae tantum, laudes eadem forma adferat, quantum vos omnes simul attulistis. Quo audito aliquae satis acceptaverunt. Aliquae autem fuerunt stupefactae et aliquae totaliter desperatae, maxime k, x, y, z et sic dicebant: Nos sumus pauperrimae et paucas habemus dictiones latinas sub regimine nostro nec consuevimus praeesse nisi graecis, hebraicis, barbaricis et peregrinis dictionibus et ideo propter impossibilitatem nostram sumus omnes legitime excusandae. Quibus respondi: Satis credo vos habere excusationes bonas pro et ex tanto, sed non ex toto, et ideo sufficiet mihi, quod vos quattuor simul componentes tantum apponatis quantum apponet una aliarum, ita quod k dimittens ordinem suum cum tribus aliis ordine ultimo se transferat collocanda. Quo concesso tradiderunt quod sequitur:

358. (13.) Munus Literarum.

1. Agios apex altorum,
Athanatos angelorum
Archos, abba ac animus,
Agro agiographorum
Asseritur antiquorum
Adorandus altissimus,
Accessit ac aptissimus
Ab alto, amoenissimus
Ad ancillam arcanorum,
Ante alienissimus,
Assumens amantissimus
Arrham arce amandorum.

2. Bethlehem belli bimatus
Base bis bar baiulatus
Basternam bysso bandavit,
Benedictionem batus
Brachiolis basternatus
Benedicens bracheavit,
Balsamo bituminavit,
Beryllis bonificavit
Bonitate balteatus,
Bonam beatificavit,
Beatificans beavit,
Benignus, bonus, beatus.

3. Creatori creatura
Coniungitur cara cura
Castitati conubium,
Cum crystallina clausura
Capitur cauta captura,
Celsum caput caelestium.
Clamat chorus credentium,
Coronator certantium
Cingitur coronatura,
Carnis comprehensorium
Cognoscitur cinctorium
Carens carnali cultura.

4. Deserto duci dicitur
Dominator, dum ducitur
Domo David desertata,
Deliciis dum deditur,
Dedita dum discernitur
Deo digne dedicata,
Dote dominae dotata,
Devotis desiderata,
Dona dare dignoscitur
Dulcissimus Deus, data
Diligens dat duplicata,
Dum donans distribuitur.

5. Emanuel eximius
Eius eadem ebrius
Elegit elegantiam,
Exaltavit excelsius
Et eque excellentius
Eam eomet ebriam
Et elemosynariam
Eternorum eximiam
Effecit evidentius
Efficacem et etiam
Eque exsecutoriam
Erogandi expletius.

6. Filius fabri formarum,
Femina, flos feminarum,
Foederantur feliciter,
Fabricator figurarum
Frater floret facturarum,
Fructus filiae firmiter
Fructificat formaliter,
Fecundatur fetaliter,
Fulgescens flos filiarum
Foret familiariter
Firmante fabro firmiter
Fugando fastum ferarum.

7. Globis genealogiae
Generosae galaxiae
Grandificatur gaudium,
Greges grassantis Goliae
Gravissima grossitie
Gladiatur gymnasium,
Gratum gazophylacium
Gubernatricis gentium
Gemmam generat gloriae,
Gestat gignentis gremium
Genitum, gestatorium
Germinis grandis gratiae.

8. Habenas habens hamorum,
Horrens hortator horrorum,
Herodes hostilissimus,
Humerus herniosorum,
Hereditarius horum-
Horrescat hispidissimus;
Hominum honestissimus,
Humilium humillimus,
Heres habendus honorum,
Habitat hilarissimus.
Hospes honoratissimus,
Hospitio honestorum.

9. Ipse Iesus iudicia
Inchoans in infantia,
Iustus iudex Iudaeorum,
Impugnata iustitia
Irrogatus iniuria
Innotuit invidorum;
Iudas institor ipsorum,
Iugum irritans iustorum,
Importuna instantia
Illudendo iniquorum
Iactura inimicorum
Intulit illi impia.

10. Lithostratos laceratus,
Linguarnm ludibriatus
Legis lator latratibus,
Legitur ligno levatus,
Lateraliter lustratus
Labefactis latronibus,
Lactatricis lugentibus
Limpidis luminaribus
Letaliter lanceatus,
Luna, luce, luminibus
Lucernis lacrimantibus
Lecto lapidis locatus.

11. Magnum mortis mysterium
Magister militantium
Monstravit multifarie
Mansione maerentium,
Massam messuit messium
Messias matris Mariae,
Magistrorum malitiae,
Ministrorum miseriae
Minorans maleficium,
Memor misericordiae
Misit mundi maestitiae
Maeroris mutatorium.

12. Novimus necessarium
Nazareni naufragium
Necantis nostra noxia
Nec nescimus notorium
Negotii navigium
Non negata notitia
Nuptiarum non nescia,
Nesciens nuptialia
Nobilissima navium
Nutrivit naufragalia,
Non noscens novercalia,
Necans nebulas noctium.

13. Occurit orba obvia
Obtinenti obsidia
Omnipotenti obvio,
Orbis omnis obsequia
Offert obfirmans ostia
Obtenebranti odio,
Opificis opprobrio
Opprimitur oppresio,
Occumbunt obsistentia,
Olim oscitans otio
Ordinatur oratio
Otheos ostiaria.

14. Patrem pium pietatis,
Puerulum puritatis,
Puellarum piissima,
Pro plebis praedestinatis
Precatur parcens peccatis,
Precantium piissima,
Protectrix potentissima,
Procuratrix promptissima,
Porta patens pietatis,
Primo principi proxima,
Praecipientium prima
Pacem praeparat privatis.

15. Qualicunque quisquilia
Quiditata quitantia
Quitante, qui quit, quitatur,
Quaerunt quidem quare, quia,
Quasi quaedam querreria
Quaerendorum qualitatur,
Quae, qualis, quanta, quaeratur,
Quandocunque quis quassatur
Quacumque quaerimonia,
Quieti quasi quadratur
Quadrigaque quiditatur
Quaerens quadrigabilia.

16. Regina, rectrix rectoris,
Ratis, remus redemptoris,
Rivus, ripa, remigium,
Rumphram rumpens rationis
Relaxat ritum rigoris
Rorans reis remedium;
Redonat refrigerium
Redemptis rex regentium
Respectu rubentis roris,
Repulsorum refugium,
Reconciliatorium
Redditur rima ruboris.

17. Signo sanguinis signatus
Sol, sideri sociatus,
Significat solacium
Saeculi, sic sublimatus
Solio superni status
Servis suis stipendium
Secum suum sacrarium
Supra supremam sedium
Situans sanctis stipatus,
Salutem supplicantium
Signat satanae spolium,
Stuporem sui senatus.

18. Turris, tutrix timentium,
Tutela trepidantium,
Terens tumulos tremore,
Tenet telonearium,
Tartari tributarium,
Tristem tremuli tremoris
Titulo triumphatoris,
Terrigenarum tutoris,
Totale tollens taedium
Texit tinctis Thau thoris
Tritis telis temptatoris
Tutaminis tectorium.

19. Uacans utilitatibus
Uirgo universalibus
Uerificatur utilis,
Uenustata ualoribus,
Uirens, uernans uirtutibus
Uulgatur uenerabilis,
Unitur ut unibilis
Uerbo uitae uermis uilis
Uivificatur uiribus,
Uictos uersuti uigilis
Uincit utens ualibilis
Uirgineis uberibus.

20. Kalo Xristus xeniorum
Kalendis Xristianorum
Kalendizatus zeletur,
Xristifera zipheorum
Zelatrix ydoneorum
Zelata ymaginetur,
Yschiros ysocheletur,
Ypostasi ymnizetur
Ylen ydea ymnorum,
Ydibus ydiocetur,
Zabulus yronizetur
Yconiis ydolorum.

Collect. ms. Claraevallense saec. 15. Cod. Trecen. 1612. — 6, 7 Ysocholatur Christus, quia, sicut Deus est trinus in personis et unus in substantia, sic Christus trinus est in substantiis et unus in personis. Hs.

359. (14.) **Dictamen de hoc quod dicit Dominus Apocalypsis capitulo primo:**
Ego sum Alpha et O.

1. Si unquam reus valuit
Comparere vel debuit
Coram te, sancta trinitas,
Si vel accessum habuit
Unquam et non abhorruit
Eum tua benignitas,
Reo mihi facilitas
Donetur et auctoritas
Ad te, sicut spes arguit,
Accedendi et licitas
Per te habeam semitas
Exarandi, quod congruit.

2. Tu es, Deus, exhibitor
Tui solusque ianitor
Et ianua et ostium,
Tui nullus est cognitor
Neque rectus expositor,
Nisi iter des praevium
Ad tuae lucis radium;
Labor alta scrutantium,
Fili, flamen et genitor,
Frustratur et tripudium
Intellectus et studium
Patiuntur, ut meditor.

3. Firmatoque sic pessulo
Et posito obstaculo
Argi cunctis obtutibus
Caligatoque oculo
Et causato crepusculo
Ex radiis solaribus,
Nil nisi ex luminibus
Per rimas resultantibus
Et refractis ex speculo
Habeo, quo te laudibus
Colam in personis tribus
Sub unitatis titulo.

4. Speculum sacrae paginae
Te reflectit in margine
Trinum et unum pariter,
Trinum in uno numine,
Trinitatis imagine
Distinctum personaliter,
Unum essentialiter
Atque substantialiter,
Alpha carentem et fine,
Alpha et O realiter,
Aeternum coaequaliter
Nullo confuso ordine.

5. Alpha, gramma triangula
Et per conos trigonula,
Te trinum dat in patulo,
Rotunda O et sphaerula,
Una protecta formula.
Unum simplici modulo;
Personas dio titulo
Dat aequales cum simul o
Aequilatria primula,
Cuius stupens spectaculo
Plus speculor in speculo
Specuscriptam, quam specula.

6. Primum dat aequilatere
Latus te patrem gignere
Filium unigenitum,
Te totum orbem regere,
A te bona procedere
Cuncta teque ingenitum;
Latus imum te genitum,
Mundum salvantem perditum
Incusso diro vulnere,
Latus sequens te spiritum,
Habentem per infinitum
Ab utroque procedere.

7. Vos tres Abraham coluit
Unum, nec illud latuit
Pincernam regis somnio,
Cui in una vite fuit
Demonstrata et claruit
Trina propaginatio;
Digitorum distinctio
Trium, qua fit appensio
Molis terrae, hoc innuit,
Simul et triplicatio
Non rumpens vel triratio
Funiculi hoc arguit.

8. Ter sanctus in Isaia,
Ah triplex in Ieremia,
Dominus Deus unice,
Triaque difficilia
Cum trium dierum via
Per desertum dant typice,
Quod tres estis mirifice
Unum, sunt nota [tri]plice,
Tresque ita, quod non tria,
Tres Alpha suae fabricae
Vos applicat et sphaerice
Iungit una essentia.

9. Vos tres urbes refugii
Sine spatio medii
Aequaliter situatae,
Tres personae, non tres dii,
Sine scrupulo dubii
Deus unus trinitate,
Sic trinus in unitate,
Quod carens alteritate,
Digressum nescis varii,
Sic manens aeternitate,
Quod cuncta moventur a te
Origene principii.

10. Tu omni carens duplici,
Triplici vel multiplici
Deus es simplicissimus,
Ut sol solus solet dici
Et trinus potest conspici,
Effectu calidissimus,
Splendore lucidissimus,
Cursuque velocissimus,
Triplexque nescit effici,
Sic tu solus altissimus
Et solus potentissimus
Es in fide catholici.

11. Sic in te, sancta trinitas,
Sancta trinaque unitas,
Credo pauper vermiculus,
Tibi una est qualitas
Trinaque personalitas,
Ut dat A et O titulus;
In trigono est circulus
Atque in O triangulus,
Sed est ibi simplicitas;
Unum te dicit annulus
Trinum triplexque angulus,
Nec est ibi triplicitas.

12. Et sic te trinum aliter
Unumque dissimiliter,
Fili patris ingeniti,
Dicam; hoc est veraciter,
Nam te substantialiter
Unitate suppositi
Trinum debent neophyti
Credere et decrepiti,
Hoc tamen temporaliter
Ita, quod primo stipiti
Insit, cui nunquam restiti,
Semper esse perenniter.

13. Haec autem ita sentio,
Quod deitatis proprio
Semper sis aeternaliter,
Quod sumptae carnis unio
Virginali in gremio
Incepta temporaliter
Intellegatur aliter,
Et quod dicatur firmiter,
Non carere principio,
Sed sic manere pariter
Sine fine perenniter
Nunquam dando divortio.

14. Passus tamen divortium
Fuisti, dum supplicium
Sustinuisti moriens;
Nam tuae carnis atrium
Reliquit et hospitium
Anima inde exiens;
Sed utrumque custodiens
Et a neutro diffugiens
Deitatis consortium
Resolidavit uniens
Partes, ultra non patiens
Pati eas discidium.

15. Trinus sic es substantia
Unusque persona dia,
Simplex et incompositus;
In te reperta sunt tria,
Deitas et materia
Carnis cum forma spiritus.
Ista tria ut primitus
Cadere possunt penitus
Sub O et Alpha praevia
Ita, quod sit impositus
Ambabus modus debitus
Et fides non sit obvia.

16. Alpha sub trigoni tribus
Conis pyramidalibus
Facta trinam substantiam,
Certis distinctionibus
Distinctamet disparibus,
Ostendit et trifariam,
Conus superior diam,
Inferiores aliam
Binam, quam pro hominibus
Assumpsisti in sociam
Et unisti in propriam
Iuncturis perennalibus.

17. Stella duce te quaerentes
Tres magi teque colentes
Triplici dato munere,
Tres Mariae venientes
Ad sepulchrum te volentes
Aromatibus ungere,
Signiferi signiferae
Tui volunt distinguere
Substantias differentes
Has tres, quas miro opere
In utero puerperae
Iunxisti visitans gentes.

18. Sine tribus his altari
Nunquam debes adorari
Nec credi a fidelibus,
In corpus habet mutari
Atque transsubstantiari
Panis verborum viribus,
Anima naturalibus
Iure concomitantibus
Nexibus simul ligari,
Deitas, una ex tribus
Facta, nullis temporibus
Habet inde separari.

19. Et licent fuerint duae
Ictu mortis dividuae,
Ut ostendunt coni sui,
Tibi tamen perpetue
Unitae et assidue,
Ut protractus dant visui,
Manserunt, ne spiritui
Danti tartarum fletui
Rubor esset incongrue,
Nec fieret despectui
Corpus, a quo scitur flui
Mundi salus irrigue.

20. Tribus ergo substantiis
Trigonizatus variis
Alpha crederis indice,
Dia cum dictis aliis
Iungitur sine mediis
Arte mirandae fabricae,
Sed formata O sphaerice
Circumductaque unice
Circineis vestigiis
Te personam mirifice
Unam sine nota plice
Monstrat amotis dubiis.

21. Nulla in te plicatio,
Commixtio, divisio
Unitative obvium,
Trium ibi est unio
Unitaque assumptio
Imparis et imparium,
Sed per hoc cunctis proprium
Est reverti post devium
Ad te, quod monstrat tibi O,
Nam repetens principium
Exemplum dat notorium,
Ut ad te sit recursio.

22. Alpha et O sic diceris,
Bone Iesu, et nosceris
Hoc unicus in trigono
Per hocque non efficeris
Ab O et Alpha superis
Dissonus, nam ut consono
Tetra manet pentagono
Atque penta sexagono,
Sic sub trigono caperis
Totus absque tetragono
Et trium sine dissono
Trina persona crederis.

23. O sic in O, Alpha in A
Atque in O, et O in A
Quasi rota in medio
Rotae manet, ut sit bina
Fidelium in buccina
Trinitatis agnitio
Agnitaeque confessio
Et confessae defensio,
Ne patens vel clandestina
Haeresis, cuius visio
Torva et intuitio,
Hanc tangat sua runcina.

24. Sic te trinum confiteor,
Summe Deus, et fateor
Unumque sic simpliciter,
Sic te Alpha et O reor
Et ad te colendum vehor
Per fidei rectum iter,
Et si discretus arbiter
Non sum in hoc, celeriter
Dic, mi Deus: misereor
Tui, quia non nequiter
Hoc intentionaliter
Te proferre intueor.

25. Trinus ergo imagine
Personarum et numine
Unus, habes ex proprio,
Quod hac similitudine
Vultus tui et lumine
Una fuit impressio,
Trino signans vestigio
Hos, quibus dispositio
Inest ex valetudine,
Qui a nullo contrario
Impediuntur vitio
Vallati sanctitudine.

26. Unus unis, trinus trinas,
Unum trinumque geminas
Sub simplice charactere,
Tres in unum compaginas,
Unum in tres propaginas
Miro pulchroque opere;
Felices mundus dicere
Debet, quos sic disponere
Ab aeterno praedestinas,
Quos ita vis imprimere
Et per signum distinguere,
Ad teque sic coordinas.

27. Tali modo dispositos
Bellatores tres inclitos
Ad signum praedestinasti
Virtutibus redimitos,
Adoratos et praeditos,
Ut electos consignasti,
In fide tres adunasti
Et pariter trinitasti
Una fide sic unitos,
Hos ad bella roborasti
Et victores coronasti
Mandatis tuis deditos.

28. Hi tres sunt Dionysius,
Rusticus, Eleutherius,
Unum fide et spiritu,
Nam eadem est unius
Anima et alterius
Actione et habitu.
Eodem mortis strepitu
Et eodem occubitu
Primus, secundus, tertius
Fuit tam carnis exitu
Quam gloriae introitu
Alter alteri socius.

29. Et de duce militiae
Dionysio Graeciae
Si fiat ullum dubium,
Quod spatio grandis viae
Gressus est post victoriae
Consummatum martyrium,
Hoc fuit per auxilium
Tuum et ministerium
Angelicae custodiae,
Ut pararet hospitium
Propter utrumque socium
Aptum eis pro requie.

30. Quia ergo est unitas
In eis atque trinitas
Tuo signo consignata,
Quia in eis claritas
Tua et luminositas
Vere est manifestata,
Ideo magnificata
Debet esse et laudata
Socialis identitas
Eorum et venerata
Sua sancta laureata
Et pretiosa sanctitas.

31. Laus eorum laus est tua,
Atque de te laus est sua,
Nam sine te nil validum;
In his non fuit vacua
Gratia de te proflua,
Nam, quod siccum et aridum
In aliis et morbidum,
Fructuosum et floridum
Fuit in his vi strenua,
Luminosum et splendidum,
Quod videbatur turbidum
In carne mundo mortua.

32. Te ergo Dionysium
Et te utrumque socium
Collaudet caeli curia,
Tribus et cuilibet trium
Se donet in servitium
Tota per gyrum Francia;
Per vos, qui non estis tria
Nec divisi per trivia,
Sed indivisum trivium,
Venit fides et latria
Et cessit idolatria
Per totale confinium.

33. Triplex estis vos fidei,
Triplex funiculus Dei,
Qui ob tricam non rumpitur,
Quo eiciuntur rei
A domo, quae facta ei
Orationis dicitur;
Trifolium, quod partitur,
In tres et non dividitur,
Scutum trinae faciei,
Quod hostibus opponitur
Et in guerris attollitur
A Francis loco clipei.

34. Vos tres in confessione
Trinitatis sub agone
Martyrii triumphastis,
Quod trium suggestione
Nominum missae canone
Regulo vos revelastis.
Quod quoque testificastis
Eidem et confirmastis
In trium ostensione
Columbarum, quas signastis
Eorundem et ornastis
Nominum adpensione.

35. Tres in unum nunc regnatis
Ante thronum trinitatis
Cum trinae dotis gloria,
Trino uno praesentatis
Trinitatem caritatis
Ad trinitanda praemia;
Sicut fuistis in via
Tres in unum, sic patria
Tres in unum habitatis
Triaque luminaria
Ante Deum lucentia
Sic vos esse demonstratis.

36. Quorum trium splendoribus
E caelo radiantibus
Per praeclara miracula
Illuminari viribus
Animae postulo tribus
Repulsa noctis nebula,
Triplicata nam facula
Sursum lucens in specula
Dare lucem astantibus
Debet et plena situla
Desiderata pocula
Siti exardescentibus.

37. Vos igitur meae mentis
In obscuris exsistentis
Tenebras illuminate
De fonteque salientis
Aquae vivae sitientis
Animam refocillate
Et de his, quae cumulate
Accepistis, gratis date
In opem mei egentis,
Nam micae canibus datae
Inopiae erunt gratae
Opem vestram sic quaerentis.

38. O princeps, dux aliorum,
Dionysi, sociorum,
Te precor, me illumina,
Sic me doce, ut tuorum
Percipiam radiorum
Aliqua in me lumina;
Tu volans per cacumina
Caelestium et culmina
In acie oculorum
Distinxisti per nomina
Legiones et agmina
Naturamque angelorum.

39. Eos per tres ierarchias
Et per tres ter politias
Tripliciter trinitasti
Utque novem familias
Per novem gradus varias
Ordinatos demonstrasti,
Sub et super declarasti
In eisdem et probasti
Per lucidas sententias,
Nec ob hoc demonarchasti
Monarcham, quem adfirmasti
Super omnes monarchias.

40. Tu ecclesiae etiam
Trinitasti ierarchiam
In hanc, quae fuit legalis,
In eam, quae militiam
Exercet, et in tertiam,
Quae dicitur triumphalis.
Tu quoque extentis alis
Ales factus spiritalis
Mysticam theologiam
Monstrasti et datis scalis
Supra terminos mortalis
Nominationem diam.

41. Trinus ipse trinitare
Et tres in tres triplicare
Sic per Paulum te docuit,
Nam, quae sibi demonstrare
Voluit et revelare,
Dum in caelum hunc rapuit,
Hoc docere te studuit,
In quantum sibi licuit
Sciens celanda celare,
Ex quo anadochus fuit
Bonus, nam a se debuit
Baptizatum doctrinare.

42. Et licet ante fueris
Doctor doctior ceteris
Et summus philosophorum
Athenisque cognoveris
Per eclipsim et videris
Mortem principis pastorum
Vel mendacem subtractorum
Causam solis radiorum
Evidenter monstraveris,
Tibi tamen divinorum
Legem dedit mandatorum,
Quam nescisse tunc diceris.

43. Hanc tibi per triennium
Demonstravit, ut studium
Tuum esset circa trina,
Vel circa doctrinam trium
Tunc versares ingenium
Dono trini, non rapina;
Raptus enim ad divina
Visione aquilina
Trinitatis sic radium
Percepisti, ut tribina
Passione vel bis trina
Pertuleris supplicium.

44. Carcer et crucis ferrea,
Bestiae et crux lignea,
Clibanus, decollatio,
Tibi fuerunt flammea
Cherubim dira rumphea
Paradisi in ostio;
Sub trino ter denario
Vel deno ter ternario
Anno vitae gessit ea,
Sub Fescennino impio
Trina militum trivio
Montis martyrum area.

45. Ala caeli qui tunc eras
Et qui diu volaveras
Per divina tentoria,
Qui theosophus fueras
Et caelum exploraveras
Spiritali praesentia,
Cognita alias via
Post experta supplicia,
Quae pro fide pertuleras,
Pervolasti ad praemia,
Quae tamquam tibi propria
De iure vendicaveras.

46. Ibi victorialiter
Vita vivis feliciter
Aureolis coronatus,
Pro tuis efficaciter
Patronus factus iugiter
Atque pius advocatus,
A trino sic trinitatus,
Quod eidem sociatus
Es inseparabiliter,
Cui sit trinus honor datus
In hac terra incolatus
Sine fine perenniter.

Collect. ms. Claraevallense saec. 15. Cod. Trecen. 1612.

360. (15.) Psalterium B. M. V.

1. Beatus vir, qui erigit
Mentis vultum et dirigit
Ad suum directorium,
Qui videt et intelligit
Memoriaeque redigit,
A quo sum principium;
Nam eius manet folium
Non defluens per vitium
Et, si defluat, eligit
Fugam ad diversorium
Ventumque vitans noxium
Ibidem se recolligit. etc.

Dieses Psalterium siehe in der Sammlung der Psalterien Anal. XXXVI, 105 ff.

361. (16.) Praefatio in opus sequens super cantica canticorum.

1. Descendens per fenestrulam
Semel inventam patulam
In Salomonis hortulum
De floribus coronulam
Feci ibi et zonulam
Volens dare munusculum
Virgini matri parvulum
Natoque cuique singulum
Per manum meam gerulam;
Si acceptet pauperculum,
Me ditabit ad cumulum
Animamque pauperculam.

2. Sic me misceo sermone
Praesumens cum Salomone
Pro vendicanda amica;
Salomon dilectione
Dedit ei donum zonae
Fabrefactura antiqua.
Ego novella fabrica
Cudens cum manu lubrica
Rudi operatione
Pro ferratura modica
Addo quaedam specifica
Humili devotione.

3. Laudabilis est zonula
Salomonis praeambula
Confecta primiverio;
Haec, quam feci, coronula
Cum iuncta zona parvula
Facta est de solsequio,
Verum cum multifario
Flore seu clavo vario
Ferratur zona parvula,
Non quali artificio
Volui, sed quali scio,
Ut palpans carens facula.

Incipiunt cantica.

Auctor ad angelos de V. M.

1. *Osculetur me osculo*
Oris sui, quae flosculo
Suum ornavit hortulum,
Ore gratiae baiulo
Dulcorisque congerulo
Os meum tangat paululum,
Edocens per oraculum
Me qualemcunque famulum
Cantare meo nidulo
Unum parvum canticulum
Ad laudis suae titulum
Pro posse meo modulo.

Auctor ad virginem.

2. *Meliora sunt ubera*
Tua vino, puerpera
Virgo, quae lactas puerum,
Qui te fecit et sidera
In sphaeraque stelligera
Lucidissimam siderum,
Sugens ipsorum uberum
Lac pietatis pauperum
Ad recreanda viscera,
Quibus vinum signiferum
Sanguinis est mortiferum
Non vomentibus scelera.

3. *Fragrantia* sunt *optimis*
Unguentis suavissimis
Haec ubera dignissima
Et a finibus ultimis
Insulisque novissimis
Sentiuntur promptissima,
Ut sauciatus anima
Et laesa habens intima
Miser et pusillanimis
Accurrens cura maxima
Sugat haec sua optima
Sanitati facta nimis.

4. *Oleum est nomen tuum*
Effusum per continuum
Stillicidium gratiae,
Roridum et irriguum
Per fluentum assiduum
Dulcis misericordiae;
Ubi nomen est Mariae,
Directivum habent viae
Transfretatores fluctuum,
Et est eis lux pro die
Sine nocte, si se pie
Regant per oleum suum.

5. *Ideo te* iuvenculae,
Sanctae *adolescentulae*
Toto corde *dilexerunt*,
Tibi dulcis virginulae
Atque animae singulae
Innocentum adhaeserunt,
Ex quo ducem te viderunt,
Cito post te exierunt
Obsequentes discipulae
Vana mundique spreverunt
Et ea reputaverunt
Esse loco decipulae.

6. *Trahe me post te* et eas,
Virgo dulcis, et videas,
Quoniam me ni traxeris
Propter sarcinas terreas,
Corporales et luteas
Hic detentus in inferis,
Semper ero cum miseris,
Iacens sordibus pulveris,
Alas faciens plumbeas,
Quae obices itineris,
Ne evolem cum superis,
Impedient vias meas.

7. *Curremus in unguentorum*
Odorem, virgo, *tuorum*,
Si prior currat anima
Postque corpus tractu horum
Vel te corda miserorum
Trahente, benignissima.
O anima pigrissima,
Tuque, caro gravissima
Et organum peccatorum,
Currite, dum dulcissima
Vos trahit a miserrima
Miseria mundanorum.

8. *Introduxit me* gratia
Rex in sua cellaria,
Dum permittit me inscium
Tua et eius dulcia
Percipere colloquia,
Quae confert mos amantium;
Nunc laudante te filium
Laudat per modum alium,
Nunc tu et ille alia
Laudatis, et praeplurium
Est ibi vox laudantium
Vos ambos in laetitia.

9. *Exsultabimus* praedicti
Et laetabimur invicti
Caro mea et spiritus
In te, mater benedicti,
Ne nos consortes delicti
Perdas in finem penitus;
Inter ubera positus
Tuus et Dei genitus
Per te mutabit edicti
Formam, si velis, subditus
Tibi factus humanitus
Iam mundi memor afflicti.

10. *Memores*que sic *uberum*
Super vinum in posterum
Tuorum semper erimus,
Nam, cum videmus puerum
Te lactantem, nil asperum
In te vel ipso cernimus,
Sed nimium metuimus
Vinum, quod esse novimus,
Ut dictum est, signiferum
Sanguinis, quem didicimus
Fusum fuisseque scimus
Causa nostrorum scelerum.

11. *Recti diligunt te* satis,
Dum te matrem pietatis
Nunquam volunt offendere,
Causam quoque suam gratis
Ante thronum trinitatis
Parata es defendere;
Sed, qui volunt incedere
Tortuose et agere
Per vias iniquitatis,
Te nesciunt diligere,
Licet nolis repellere
In casu humilitatis.

Virgo de morte filii.

12. *Nigra sum* non immerito
Filio morti tradito
Propter peccata saeculi
Meo dulci et perdito,
Mara facta sum subito,
Sic vocate me, populi,
Sed formosa, si hunc tuli
Horto formosi claustruli
Omni viro incognito;
Plus sum nigra, plus oculi
Mei flent, plus sunt tituli
Decoris in abscondito.

13. *Ierusalem* vos *filiae*,
Filii mei, filiae,
Dolores intuemini,
Si fletus estis nesciae
Pro filio, pro me piae
Flente flere dignemini;
Videte matrem Domini
Alteri datam homini
Sub tutela custodiae,
Etsi virginem virgini,
Nondum tamen, ut memini,
Comparis excellentiae.

14. *Ut Cedar tabernacula*
Feci mihi umbracula
Tenebrarum et maeroris,
Decoris mei bibula
Umbra mihi et nebula
Est mei mors amatoris,
Causa quoque fit doloris
Et lamenti grandioris
Ipsa mors facta gerula
Gladii interfectoris
Ipsius et occisoris
Animae meae ferula.

15. *Sicut* mei *Salomonis*
Pelles, die passionis
Extensas in eculeo,
Ob ictus contunsionis
Et tractus extensionis
Ruptas ubique video,
Sic lamentor, sic lugeo
In doloreque sedeo
Et valle plorationis
Proque moriente eo
Contabesco et langueo
Datis sub pede coronis.

16. *Nolite considerare*,
Quod fusca sim sive quare
Decolorata lugeam,
Quia magnum luminare
Mundi, qui illuminare
Solebat faciem meam,
Sol decoloravit eam
Eclipsatus per frameam
Et ictum mortis amarae
Ita, quod si semper fleam,
Cum facere hoc debeam,
Non debet ullus obstare.

17. *Filii* Evae veteris,
Matris meae, quae sceleris
Mundi suum initium
Causa tumentis ulceris
Pullulantis in posteris
Fuerunt seminarium,
Cur fleo, dum ob vitium
Contra me mitem mitium
Pugnaverunt in inferis,
Asperae mortis gladium
Vibrantes contra filium
Usque in vulnus lateris.

18. *Custodem me posuerunt*
Ignorantes et fecerunt
Mundi huius *in vineis*,
Nam omnes, qui sunt et erunt
Et fructus optimos gerunt,
Iam fiunt sub curis meis;
Propter hoc in lapideis
Tuguriis et ligneis
Me latentem gentes quaerunt,
Ne a feris extraneis
Vindemientur plateis,
Ubi se quandoque ferunt.

19. *Vineam meam* optimam,
Sanctam, pretiosissimam,
*Non*dum tamen *custodivi*,
Nam donatam ad victimam
Suamque dantem animam
Me praesente, heu me, scivi,
Sed, quando eum nequivi
Defendere vel nescivi,
Oculi mei lacrimam
Deducunt ut fontes vivi,
Donec eius redivivi
Videam faciem primam.

20. *Indica mihi*, fili, te
Doloribus expositae,
Quem vere *mea anima*
Diligit et quem stipite
Crucis pensum et palmite
Fera voravit pessima,
Si ad inferni infima
Descendisti pro decima
Dragma quaerenda tacite,
Cura tibi sit maxima
Monstrandi te et proxima
Mihi languori subditae.

21. *Ubi pascas et* quas gentes,
Qui semper esurientes
Pascis, vellem cognoscere,
Qui te solum cupientes,
Me et discipulos flentes
Voluisti relinquere;
Mi dilecte, revertere,
Cito veniens pascere
Desolatas nostras mentes,
Recordando, quod tenere
Te pavi dulci ubere
Lacte presso inter dentes.

22. *Ubi cubes* et cum quibus,
Meis patet obtutibus,
Cum fiat *in meridie;*
Tu cubas cum latronibus
Fixis in cruce manibus
Postque cubas pro requie
Monumenti duritie,
Qui solebas omni die
Et clarefactis noctibus
In sinu cubare piae
Tuae relictae Mariae
Iunctis castis amplexibus.

23. *Ne vagari incipiam*,
Dic, ubi te inveniam,
Cum resurges a mortuis,
Ubi occurram obviam
Tibi, dic, ut certa fiam
Tersis lacrimis profluis;
Ad te vadam et te tuis
Visis plagis irriguis
Per emanantem gratiam
Adorabo et mutuis
Amplexibus, si adnuis,
Fruar pellens tristitiam.

24. Si *post greges sodalium*
Tuorum te amantium
Abire me contigerit,
Et sollicitum studium
Quaerendi te per devium
Mihi nihil profuerit,
Tunc mors me iterum ferit,
Et quasi me spes deserit,
Cum rarum sit excambium
Gregis, qui terrena terit,
Ad eum, qui eius gerit
Curam, pastorem ovium.

Filius ad matrem.

25. *Si, o pulchra, te ignoras*
Vel te nescis, iuste ploras
Affligendo te fletibus,
Sed te sciens et me roras
Genas atque decoloras
Frustra tantis doloribus;
Ad hoc tuis uberibus
Fui lactatus dulcibus,
Ut exirem pugil foras
Pro salvandis hominibus
Tormentis mediantibus,
Quibus iam feceram moras.

26. *Inter mulieres* vere
Sola potes percipere
Secreta mea opera,
Cum nova volo facere,
Nunquam dico: egredere,
Vel: exi mea camera;
Sed si tu esses altera,
Nesciens te, itinera
Tibi possem ostendere
Dicendo: o puerpera,
Egredere et propera,
Ut discas te cognoscere.

27. *Et abi post vestigia*
Gregum, qui in omni via
Sunt dispersi me pastore
Tradito ad supplicia,
Ut in sua angustia
Carentes consolatore
Confortes et in amore
Adiuves, donec maiore
Fulciantur laetitia,
Quod erit meo labore
Finito, me cum honore
Resurgente et gloria.

28. *Atque pasce hoedos tuos,*
De cetero assiduos
Te tamquam matrem quaerere,
Quos foetoribus affluos
A me tamquam incongruos
Solebam procul pellere;
Hos nolebam aspicere
Ante mortem nec tangere
Gratia mea vacuos,
Quos oportet te pascere
Atque ad me adducere,
Si purgent reatus suos.

29. *Iuxta* grandia meorum
Tabernacula pastorum,
Qui debent oves pascere,
Pasces greges peccatorum
Morte mea redemptorum
Pietatis ex ubere,
Supposito, quod fugere
Ad te velint et currere
Sicut apes ad mel florum
Et meo viso labore
Semetipsos corrigere
Per levamen delictorum.

30. *Equitatui* gerenti
Meo me et deferenti
In mundum a caelestibus,
Equitatui trahenti
Meo, mihi adducenti
Merces a mundi finibus,
Pharaonis in curribus
Seu subiectis corporibus
Olim hosti furienti,
Assimilavi paribus
In hoc conditionibus
Te medentem omni genti.

31. *Amica mea*, tractare
De te volo, quam amare
Scio me, amicum tuum,
Tibi cupiens monstrare,
Qualiter poterit stare
Hic amor in perpetuum;
Meum et tuum nocuum
Atque hostem affectuum
Foras debemus pulsare
Ita, quod locum vacuum
Commune impleat suum,
Aliter nequit durare.

32. *Pulchrae sunt* et dulcisonae
In omni narratione
Genae tuae ut turturis,
Nihil habent in sermone
Turpe vel locutione
Mellito fundo gutturis;
Genas non habes vulturis
Praedantis rostro murmuris
Clam cognomen famae bonae,
Quo pasti pane furfuris
Ac iacentes in purpuris
Iam utuntur pro mucrone.

33. *Collum tuum*, passagium
Cordis oris ad ostium
Sive cordis ad os via,
Non est virtutis nescium,
Continuans eloquium
Haustum in mente sobria.
Sicut ergo *monilia*
Continuum formantia
Nullum permittunt varium,
Sic patet, quod eloquia
Tua a corde dulcia
Suum sumunt exordium.

34. Laudum *tibi murenulas*
Cohaerentesque copulas
Ego, pater et spiritus
Per canticorum clausulas
Singularumque notulas
Faciemus divinitus;
Pretiositate situs
Has *aureas* paraclitus
Cudet per notas singulas,
Ut omnis mihi subditus
Te collaudet humanitus
Per similes catenulas.

35. *Vermiculatas* ideo
Quasi a verme terreo
Seu vermiculo homine
Laudes aliquas video,
Quibus gratanter faveo,
Dum *argenteo* carmine
Seu sonoro affamine
Toto cordis conamine
Fiunt in honore meo,
Et laus sine rubigine
Clare patet in lumine
Ut in vase argenteo.

Virgo de filio.

36. Pensata carnis trabea
Rex saeculi, *nardus mea*,
Dum esset in accubitu
Suo et dura area
Nardo unctus nectarea,
Dedit quasi in transitu
Odorem suum sonitu
Verbi dulcis, ne gemitu
Me consumam iterea,
Quod resurget cum spiritu
Sumpto gloriae habitu
Et cassa mortis framea.

37. *Murrae mihi fasciculus*
Dilectus meus parvulus
Et magnus factus, etiam
A corruptela sedulus
Me servavit et pendulus
Amaram me fecit piam,
Cum murream angariam
Colligens fascem nimiam
Fecit sibi, ut gerulus
Eius sit, ob me Mariam,
Eius sequacem propriam,
Debet esse manipulus.

38. Quando mihi obviabit,
Inter ubera pausabit
Mea et *commorabitur;*
Tunc quietem mihi dabit
Et dolor meus cessabit
Ex totoque delebitur;
Sed quamdiu atteritur,
Botrus Cypri efficitur
Mihi, et maeror non abit,
Dum torculari premitur,
Nequaquam consolabitur
Oculus, sed plus plorabit.

39. *Dilectus meus* est nimis,
Quem sequor ut exanimis
Et afflicta doloribus
In vineis miserrimis
Engaddi et nequissimis
Sine uvis et fructibus
Tentatis suis passibus
In absconsis aspectibus,
Quasi unus ex pessimis
Factus esset latronibus,
Exutus fuit vestibus
Datis plagis gravissimis.

Filius ad matrem.

40. *Ecce*, tu si specularis
Attente et contemplaris
Te in me, tuo speculo,
Pulchra es et singularis
In decore expers paris
Meo iudice oculo;
Tu sola es in saeculo
Admiranda spectaculo
Pulchritudinis solaris,
Et ideo cum osculo
Cum amplexuque sedulo
Amica mea vocaris.

41. *Ecce, tu pulchra* iterum
Dicenda *es* ob uterum
Ornatum primiverio,
Vernantem, odoriferum
Atque semper florigerum
Virtutum flore vario,
Virginitatis lilio
Concesso privilegio
Virescentem fructiferum,
Me ipso facto ostio
Eius et ostiario
Seu custode in posterum.

42. *Oculi tui* simplices
Columbarum sunt indices
Atque erunt me irato,
Ut mitius tu iudices
Et vindictam modifices
Demeritam pro peccato;
Nam habeo pro probato,
Quod hoc posse tibi dato
Ad supplendas meas vires
Custodies me pacato
Et furore mitigato
Mihi et tibi supplices.

Mater ad filium.

43. *Ecce, tu es, mi dilecte,*
Pulcher et decorus recte
Seu pulchritudo potius,
Pulchritudines infectae
Omnium et imperfectae
Sunt nisi tui solius;
Si pulchra sum vel alius,
Ut dixisti mihi prius,
Hoc a te venit directe,
Ad tuam puncti unius
Non sunt omnes vel ullius
Pulchritudines collectae.

44. *Lectulus noster floridus*
Munditiaque splendidus
Debet esse in homine,
Non debet esse sordidus
Lectus cordis nec hispidus
Pro te et pro me virgine;
Immunis turpitudine,
Ornatus sanctitudine
Debet esse et lucidus,
Scopatus paenitudine,
Situatus cacumine
Tuae crucis quasi nidus.

45. *Domorum nostrarum tigna*
Debent esse sic *cedrina*,
Quod fastigia cordium
A corruptela vicina,
Dependente ab arnina,
Suum eximant studium;
Debent esse et omnium
Laquearia mentium,
Sic fieri *cypressina*,
Quod propter opus varium
Nullum permittant vitium
Secum esse in carina.

Caput II.

Christus ad angelos.

1. *Ego* sum *flos et lilium*
Campi atque *convallium*,
Ad quem debent recurrere
Ut apes alvearium
Omnes turbae fidelium,
Qui melle volunt vivere;
Ut lac in matris ubere,
Mel est in meo latere
Ad pastum me quaerentium,
Mel offero meae cerae
Scientibus me sugere
Affectione cordium.

2. *Inter filias* pudica
Eminet *mea amica*
Ut inter spinas lilium,
Nulla est in mea dica
Sic immunis ab iniqua
Culpa originalium;
Nam hanc per privilegium
Ante suum exordium
Exemptavi ab hac plica,
Ut huic rosam et pretium,
Coronam et imperium
Det nova lex et antiqua.

Mater de filio.

3. *Inter filios* electus
Filius *meus dilectus*
Et *ut malum inter ligna*
Silvarum solus, detectus
Et perfossum habens pectus,
Quasi monstrando per signa,
Quod mens eius est benigna,
Et brachia sua tigna
Sunt, quibus erit protectus
Ab instantia maligna,
Qui devotione digna
Sibi fuerit subiectus.

4. *Sub umbra sedi illius*,
Qui nusquam umbrae ullius
Fuit, cum sit lux fulgida,
Sed cum nil tenebrosius
Sit mihi vel umbrosius,
Quam mors illius horrida;
Sedi nimirum turbida
Nec in me fui splendida,
Donec surrexit, *quem* prius
Desideraveram fida
Mente nimis et fervida,
Cum nil mihi sit dulcius.

5. *Fructus eius* et profectus
Iam est et fuit collectus
Et erit ab hominibus,
Ob hoc *dulcis* est effectus
Gustui mei affectus,
Nam gaudeo pro fructibus
Hominum et profectibus,
Gutturi meo dulcibus,
Sciens, quod ipse dilectus
Non fuit in laboribus
Tunc sine causa gravibus
Ab hominibus erectus.

6. Rex *in cellam vinariam*
Sive sanctam ecclesiam,
Ubi sanguis fit de vino,
Introduxit me, filiam
Suam, ut discam et sciam,
Quae ibi fiunt omnino,
Qualiter modo festino
Vinum atque repentino
Panis quoque substantiam
Trausmutat verbo divino
Pro homine peregrino
Pascendo hic per gratiam.

7. Caelum volens ascendere
Me et suos neglegere
Non voluit, quos linquebat,
Caritatem in me vere,
Ut hos vellem diligere,
Ordinavit, ut decebat;
Per me quisque faciebat,
Quod fieri oportebat,
Ne quid fieret temere,
Caritas nos uniebat,
Quod unus, alter volebat,
Meum erat praecipere.

8. Iam *fulcite me floribus*,
Praeconiis et laudibus,
Ut decet regis filiam,
Stipate malis dulcibus
Atque laudum operibus
Me et meam praesentiam;
Oblita sum angariam,
Quam passa fui nimiam,
Videns animae visibus
Paratam mihi gloriam
Et sedem caeli regiam
In eminentioribus.

9. *Quia amore langueo*,
In hac terra non video,
Quo debeam quiescere,
De elemento igneo
Amoris facta debeo
Locum supernum petere;
Nec debeo languescere
Diu in mundi pulvere,
Cum sim exempta terreo
Elemento et cinere
Igneaeque iuncta spherae
Corde plus quam aethereo.

10. *Laeva eius*, levatura
Me de mea sepultura,
Iam est *sub meo capite*,
Cum cito sim surrectura,
Levabit me magna cura,
Qui meo crevit stipite;
Non decet organum vitae
Hic relinqui indebite
Et inter mundana rura,
Cuius ope sunt redditae
Hereditates perditae
Hominibus atque iura.

11. *Dextera* quoque *illius*
Erigens me superius
Vere *me amplexabitur*,
Secum ut bonus filius
A dextris locabit pius
Ita, quod coronabitur
Caro mea, ut creditur
Atque pie supponitur,
Eo, quod hunc inferius
Coronavit, sicut scitur,
Et fides in hoc figitur,
Nullo figenda firmius.

Christus ad fideles.

12. *O filiae Ierusalem*,
Animae, quae aeternalem
Me debetis Deum scire,
Adiuro vos ad regalem
Matris meae specialem
Honorem omnes venire;
Adiuro, inquam, servire
Per capreas, ut salire
Curetis per saltum talem,
Quod nescientis saevire
Nunquam sciam vos nescire
Laetitiam supernalem.

13. *Per cervosque*, ut curratis
Et cursum praeveniatis
Irretitos pigritia,
Camporum transiliatis
Et spatiorum linquatis
Limina retardantia.
Cum magna festinantia
Mundata conscientia
Ita omnes accedatis,
Quod nulla neglegentia
Seu causa dilatoria
Redargui valeatis.

Christus ad angelos.

14. Eius pretiosissima
Manu mea est anima
Carne sopita lectulo,
Ut suscitetur, proxima
Est, ne tam sacratissima
Gleba putrescat tumulo;
Vos angelos, qui loculo
Hanc servatis nunc regulo
Diligentia maxima,
Ne eam coram populo
Suscitetis in patulo
Causa tacita intima.

15. *Neque* causam cum sciatis,
Dilectam sic *faciatis*
Evigilare publice,
Modo sufficiet satis,
Quod suscitatam feratis
In caelum beatifice,
Quousdusque magnifice
Ipsa velit in apice
Sedens altae potestatis
Sic monstrari theatrice.
Hanc monstrante me iudice
Causis mundi ventilatis.

Virgo ad populum.

16. *Vox dilecti mei* fuit,
Qui angelos edocuit,
Quid de me vellet fieri,
Qui sicut se me voluit
Exemptare, ut decuit,
Ne data essem pulveri,
Et si debetur cineri
Cinis ex usu veteri,
Exceptionem potuit
Facere, prout repperi
In voluminibus veri,
Qui regulam hanc statuit.

17. *Ecce iste*, ut memor sum,
Propter pomi malum morsum
Et propter culpam mordentis
Olim descendit deorsum,
Per Gabrielem seorsum
Scrutans votum meae mentis,
Sed inter verba loquentis
Me sensii [!] iam praesentis
Repente plenam introrsum
Et gloriae vestimentis
Me propter salutem gentis
Undique tectam extrorsum.

18. *Venit* ergo ut *saliens*
In montibus transsliens
Colles atque cacumina,
Nam, dum fuit pertransiens,
Relinquendo ut nesciens
Plura sanctorum agmina
Feminarum pro femina
Me facienda domina
Saltum fecit, et quotiens
Scivit earum culmina
Sanctitatis et nomina
Salivit quoque totiens.

19. *Similis est* sic *dilectus*
Meus capreae electus
Atque cervorum hinnulo,
Ad meum salivit pectus
Tam directe quam directus
Sumpto in me corpusculo;
Hunc aureo vehiculo
Et regio curriculo
Ventris mei et affectus
Portavi clauso claustrulo,
Ut saliret pro populo
Saltus maioris profectus.

20. *En, ipse stat* absconditus
Non se monstrans divinitus,
Fixus crucis patibulo,
Post parietem penitus
Nostram factus humanitus
Se tenet in latibulo
Clavorum retinaculo
Sic detentus in patulo,
Iam non salit ut primitus,
Quo salivit in nidulo,
Mortuus est pro populo.
Saltus hic non est perditus.

21. Pariete fenestratus
Et in carne perforatus
Per fenestras respiciens
Est etiam cancellatus
In ea et vulneratus
Per cancellos prospiciens,
Quamquam carne sit moriens,
Cuncta videt ea sciens
Post parietem celatus,
Nil invisum praeteriens
Seu non videre nequiens
Tota carne occultatus.

22. *En, meus mihi loquitur*
Dilectus et supponitur,
Quod loquamur de amore,
Quo pie mihi iungitur
Atque mihi astringitur
Suo benigno favore;
Sic est; unde pio ore
Rogo omnes, ne rancore,
Per quem amor dissolvitur,
Utantur, sed nostro more
Quilibet sit in fervore
Amoris, dum hic vivitur.

Filius ad matrem.

23. *Surge* de mundi pulvere,
Propera in itinere,
Amica mea unica
*Formosa*que *mea* vere,
Pulchrior omni sidere,
Columba mea pudica,
Fellis expers, pacifica,
Solita crucis pertica
Memoriter quiescere;
Veni relicta pedica
Mecum ad regna caelica
Locanda meae dexterae.

24. *Iam enim hiems transiit*,
Rigor patris praeteriit,
Quo mundus solet tremere,
Aestas amoris rediit,
Quo salvatur, qui periit
Homo pro suo scelere;
Imber solens exstinguere
Amorem et disperdere
Recessit iam *et abiit*
Ita, quod fructum facere
Poterit et producere,
Qui mecum foedus iniit.

25. *Flores* fructum praetendentes
Ut nuntii praecurrentes
In planta novae fidei
Apparuerunt, ut gentes
Fructum habere volentes
Cito adhaererent ei
In terra nostra, quam rei
De semine Cananaei
Diu fuere tenentes,
Erit dies iubilaei
Ratione datae spei
Propter fidelium mentes.

26. *Advenit putationis*
Tempus et abiectionis
Superfluorum actuum.
Audita est vox sermonis
Sive praedicationis
In terra nostra, fletuum
Monitiva et luctuum,
Nutritiva gemituum
Atque lamentationis,
Ut turturis reatuum
Expulsiva per congruum
Opus satisfactionis.

27. *Ficus* fidelis anima,
Per tempora quam plurima
Fructus nullos parturiens,
Circumfossa ad infima,
Stercorata cum lacrima
Paenitentiam faciens,
Iam vigorem recipiens
Protulit se operiens
Grossos suos et optima
Effecta est iam nesciens,
Plus sterilis esse quiens
Producere utillima.

28. *Vineae* fideles mei
Florentes flore fidei
Dederunt odorem suum,
Praedicantes verbum Dei
Fecerunt, quod extranei
Senserunt illud congruum
Ad purgamen reatuum,
Speculamen affectuum
Et internae faciei,
Ad gratiae irriguum
Habendum in perpetuum
Et erectionem spei.

29. *Surge amica* igitur
Mea, dum bonum dicitur
De nostra terra perdita,
Saluti restituitur,
Et cuique posse traditur
Iam acquirendi merita;
Surge, inquam, redimita
Sponsa mea, gratuita
Ultra satis quam creditur,
Veni et mecum habita,
Sedes gloriae praedita
Tibi a me promittitur.

30. *In petrae foraminibus*,
Petrae mei vulneribus
Seu *cavernis maceriae*
Nidum meis doloribus,
Columba mea, gravibus
Fecisti tibi sauciae
Ibi inventa requie
Nulla, dico summarie,
Digna meis amplexibus,
Ad me Noe vola pie,
Te ad fenestram gloriae
Exspecto in caelestibus.

31. *Ostende mihi faciem*
Tuam, virgo, et speciem
Quae me te fecit amare,
Oculorum maneriem
Monstra, si habent requiem
Vel cessaverunt plorare;
A fletu debent cessare,
Ex quo volo te vocare,
Ut te mihi associem,
Dum te volo coronare
Et in caelis tibi dare
Meum iubilaeum diem.

32. *In meis sonet auribus*
Tua pro peccatoribus
Vox sonora pietate,
Tua vox est prae omnibus
Dulcis aliis vocibus
Audienda indilate,
Petitio facta a te
Alterius advocatae
Non indiget sermonibus,
Per te solam impetratae
Sunt gratiae confirmatae
Et datae postulantibus.

33. *Facies tua decora*
Omni loco, omni hora
Exaudivi facilius,
Te facit et sine mora
Impetrareque maiora
Pro reis et uberius,
Sicut nihil est dulcius
Sive melodiosius
Quam dulcedine sonora
Vox tua, sic nil pulchrius
Facie tui ipsius
Rutilante ut aurora.

Deus pater ad populum.

34. Vos omnes, qui amantium
Approbatis colloquium,
Capite nobis parvulas
Suggestiones sordium,
Antequam crescant nimium
Tunc *vulpes*, nunc vulpeculas,
Paenitentiae patulas
Iam habetis discipulas
Propter capturam talium,
Quae vineas et vinulas
Demoliuntur singulas
In salutis dispendium.

35. *Nam* nostrum genus humanum,
Vinea nostra, quae manum
Nostram habet pro cultrice,
Floruit, nec est in vanum,
Nam fructum faciet sanum
Omnimoda consumptrice
Capta vulpe infelice,
Quae assumpta sibi vice
Quasi venantium canum
Persequitur impudice
Et maculat sua pice
Iuvenculum atque canum.

Mater de filio.

36. *Dilectus meus* filius
Mihi factus est proprius
Et ego illi propria,
Unica fio unius,
Quod vult una, vult alius,
Quod vult unus, vult alia;
Nulla data sunt media
Voluntati contraria
Unius et alterius,
Pax et misericordia
Concordant cum iustitia,
Nunquam discordes amplius.

37. *Qui pascitur* munditia
Ut apis *inter lilia*,
Nequaquam est expers mellis,
Eius non caret curia
Diligentibus dulcia
Virginibus et puellis,
Quas mecum in caeli cellis,
Ubi non est rancor vel lis,
Pascit mellita gratia,
Qui pastus est in flagellis
Amaritudine fellis
Agente nimis impia.

38. *Donec dies* sic *aspiret*,
Quod per te reus respiret
Atque umbrae inclinentur,
Te incessanter requiret
Et ubique te perquiret
Cor meum, ut sibi dentur
Induciae, ut laventur
Sordes suae et purgentur,
Et quod ei sic inspiret
Paraclitus, quo moventur
Alii et edocentur,
Quod ob reatus suspiret.

39. Si ergo a peccatore
Recessisti tuo more,
Mi dilecte, revertere,
Non tradas operam morae,
Similis esto amore
Mei, tuae puerperae,
Capreae promptae currere
Et cum saltu incedere
Festinantiae fervore,
Nam, ni sibi succurrere
Velis, oportet ruere
Eum in instanti horae.

40. *Atque cervorum hinnulo*
Quod similis sis, postulo,
Reos festinans iuvare,
Nam dicitur in saeculo,
Quod debeo pro populo
Assidue te rogare;
Super montes Bethel quare
Me supponunt alte stare
In tuo habitaculo,
Credentes inhabitare,
Per me et hereditare
Tecum gratiae titulo.

Caput III.

Christus ad angelos.

1. Carnis assumptae nidulo
Facto mihi pro *lectulo*
Nullius quietudinis
Iam senescente saeculo
Per noctes sub crepusculo
Transgressionis hominis
Ego, filius virginis,
Cura sollicitudinis
Satis nota in populo
Quaesivi medicaminis
Modum, ut sui criminis
Solveretur a vinculo.

2. *Quem anima mea* vere
Diligit, nolo perdere
Propter defectum gerendi,
Sibi volo ostendere
Non tam verbis quam opere,
Quod tempus est miserendi;
Adam, ubi es? petendi
Non est tempus, sed solvendi
Hunc et suos a carcere;
Ob hoc de caelo descendi,
Promptus animam tradendi
Pro se et suo genere.

3. *Quaesivi illum* parvulus
Vagiens et infantulus
Positus in praesepio,
Ligatus ut pauperculus
Panniculis, quos querulus
Panis haberet odio,
Hunc quaerens tali studio
Non inveni in alio
Loco, qui plus est patulus,
Oportet necessario,
Quod propulsato taedio
Hunc quaerendi sim sedulus.

4. *Surgam* igitur et ibo
Alibi et *circuibo*
Civitatem mundanorum,
Aegyptum prius adibo,
Post haec indeque redibo
Ad patriam Iudaeorum,
Per vicos legis doctorum
Et per plateas eorum
Legem docens pertransibo
Atque Ierosolymorum
Sedens in asino forum
Quasi fessus introibo.

5. *Quaeram, quem anima mea*
Dilexit, omni platea,
Si forte sic inveniam,
Non erit silva spinea,
Non cherubina framea,
Quas in quaerendo fugiam;
Transibo per invidiam,
Fabricantem iniuriam
Et instrumenta ferrea
Ad faciendam nimiam
Carni meae angariam
Et fodiendum in ea.

6. *Quaesivi illum* nudatus,
Utque dixi, flagellatus,
Et non inveni latentem,
In inferno vinculatus
Erat et incatenatus
Nullum habens remedentem,
Invenerunt me quaerentem
Vigiles, qui super gentem
Parvam habent potentatus,
Qui vigilem habent mentem,
Ut occidant innocentem
In hac terra incolatus.

7. *Qui* alios *custodiunt*
Et se nolunt vel nesciunt
Custodire vel regere,
Qui *civitatem* ambiunt
Et fieri hoc faciunt,
Quod nunquam volunt facere,
Illi mihi imponere
Iugum voluerunt vere
Nescientes, quare fiunt
Gressus mei pro paupere,
Quem nunquam cesso quaerere
Et cui vires deficiunt.

Christus ad pastores.

8. O vigiles, *num vidistis*,
Quem dilexit, si novistis,
Fidelis *mea anima*,
Si bene vigilavistis,
Nullam ovem prodidistis,
Quaeque vobis est proxima,
Sollicitudo maxima
Debet esse et intima
Vobis de his, quae coepistis
Regere, ut novissima
Respondere et ultima
Possitis hora de istis.

Resumit Christus ut supra.

9. *Cum pertransissem paululum*
Eos, qui per patibulum
Tunc tradiderunt me morti,
Ad inferni ergastulum,
Locum meorum exsulum,
Traditorum malae sorti,
Descendens in manu forti
Inveni datum cohorti
Daemonum meum populum
Ita, quod nisi extorti
Per me fuissent, absorpti
Essent usque in saeculum.

10. Sic *quem diligit anima*
Mea virtute intima,
Foras volui trahere,
Tenui eum, ne prima
Ruina vel simillima
Plus oporteat cadere,
Nam pronus ad malum vere,
Ni teneam, subsistere
Non potest hora minima,
Bonum nunquam quid facere,
Ni velit coassistere
Huic manus mea proxima.

11. *Nec dimittam* hunc etiam,
Quem teneo per gratiam,
Donec introducam illum
In propriam ecclesiam,
Ut agat paenitentiam
Per tempus vitae pusillum,
Atque eum ut pupillum
Seu debilem et vacillum
Enutriri sic faciam,
Quod cognoscentem vexillum
Meum crucis et sigillum
Introducam in gloriam.

12. *In domum et cubiculum*
Seu thalamum et lectulum
Matris meae genetricis,
Id est in habitaculum
Caeli dandum ad titulum
Ipsius deprecatricis,
Devotum mei calicis
Participem opificis
Introducere populum
Intendo, ut magnificis
Donis et beatificis
Praemietur in saeculum.

Christus ad pastores.

13. *Ierusalem o filiae,*
Vos pastores ecclesiae,
Quos femineo nomine
Voco, ut regatis pie
Et benigna manerie
Sive dulci affamine,
Ut pro subiecto homine
Vestra plena dulcedine
Sint ubera omni die,
Praesidentes in agmine
Estis, ut quasi feminae
Nutrices sitis patriae.

14. *Adiuro vos* et moneo
Ex toto conatu meo,
Quod animam peccatoris
Iacentem lecto luteo
Vel irretitam laqueo
Inimici venatoris
Laboretis cunctis horis,
Ut cito locum foetoris
Deserat, ne eam leo
Explorans intus et foris
Hanc devoret, ut est moris
Sopito pastore reo.

15. *Per capreas et camporum*
Cervos nunquam est decorum
Peccatorem suscitare,
Venatio praelatorum
Debet esse subiectorum
Reatus exterminare.
Cotidie praedicare,
Iustas leges ordinare,
Venatio est eorum,
De qua habent cogitare
Atque mecum computare
Die magna computorum.

16. Animam ergo *dilectam*
Licet peccatis infectam
Per feras, *ne suscitetis*,
Quod dico, quia deiectam
Animam vestram non rectam
Videns oculis discretis,
Pro legibus vel decretis
Omnibus ab eo spretis
Non monstrabit se erectam,
Ni verbis aequiparetis
Exempla, sicut debetis,
Per industriam detectam.

17. *Nec* quo*que evigilare*
Faciatis, ni monstrare
Velitis opere viam,
Propter solum praedicare
Diebus his se levare
Nescit anima quidpiam,
Donec ipsa velit, sciam
Se facere per gratiam,
Quam sibi volo donare
Seu per aliquam nimiam
Eam cogam angustiam
Valentem hanc suscitare.

Angeli de virgine eunte ad crucem.

18. *Quae est ista, quae ascendit*
Et ad calvariam tendit
Decalvata laetitia,
Quae in fletu se expendit,
Dum ascendendo perpendit
Iesum pati supplicia?
Estne mater vel filia
Eius vel illa Maria,
In quam de caelo descendit?
Nota eius tristitia
Hanc a nostra notitia
Quasi extortam ostendit.

19. Dicti montis *per desertum*
Vestigium videt certum
Fusi sanguinis filii,
Nudum hunc et discopertum
Plorat, videns ferre sertum
Spinarum et opprobrii;
Si mater est cordis pii,
Eius ob ictum gladii
Iuste flet latus apertum
Et eius est solacii
Cor expers atque gaudii
Doloribusque refertum.

20. *Sicut fumi* fit *virgula,*
Quam virgam Iesse sedula
Fatetur plebs fidelium,
Attenuata parvula
Facta doloris ferula
Ob morientem filium,
Iam ostendit fumigium,
Quae solebat incendium
Dare cum magna facula,
Quasi sit per martyrium
Extincta, in umbragium
Mundi data ut nebula.

21. *Ex murrae aromatibus*
Et turis redolentibus
Et universi pulveris
Pigmentarii ictibus
Contusis valde gravibus
Fumus iste in superis
Recipitur, dum generis
Universi in inferis
Sic plena est virtutibus,
Quod trita dolorigeris
Gemitibus letiferis
Caelum replet odoribus.

22. Quid credit ipsa facere,
Quae non novit nisi flere?
En, Salomonis lectulum,
Ne quis ei succurrere
Audeat vel accedere
Nisi propter spectaculum,
Sexaginta per circulum
Et amplius non paulum
Fortes ambiunt, et vere
Huiusmodi cubiculum
Parum allicit populum,
Ut velit hic quiescere.

23. *Ex Israel fortissimis*
Et ad malum promptissimis
Sunt illi, qui Salomonem
Nostrum poenis gravissimis
Vexarunt Ierosolymis
Usque ad cor et pulmonem,
Omnes quasi pugionem
Tenentes sive mucronem
Linguas pestiferas nimis
Factas ad occisionem
Ut *gladios* per sermonem
Nequam haustum ex intimis.

24. *Ad bella* sunt *doctissimi*
Alumni malignissimi
Furientes invidiae,
Canes impudentissimi,
Venatici nequissimi,
Boni et innocentiae
Eis insunt insidiae
Et latentes excubiae
Ita, quod nec cautissimi
A laqueis perfidiae
Eorum et nequitiae
Evadant decepti primi.

25. *Uniuscuiusque ensis*
Talium verbis accensis
Opponit se iustitiae,
Nam pertransitis offensis
Pertinaciter defensis
Quisque gerens se impie
Adversatur cotidie
Habentibus se sobrie
Et cum laudibus immensis,
Volens, quod faeces propriae
Velentur prima facie
Ex aliorum expensis.

26. Ob hoc *super femur suum*
Detectum per reatuum
Publicam ostensionem
Portant ensem assiduum,
Gladium linguae nocuum
Ad sui tuitionem,
Nam per impugnationem
Aliorum tectionem
Propriorum defectuum
Credunt habere mucronem,
Timentes et ultionem
Consciorum erratuum.

27. *Propter nocturnos timores*
Seu tenebrosos errores,
Quos habent rei timere,
Volunt fieri peiores
Inculpando meliores,
Quibus honorem praebere
Deberent et exhibere
Diligereque sincere
Imitando suos mores,
Veluti ad opus cerae
Apes quaeritant in vere
Flores, qui sunt meliores.

28. *Ferculum fecit* moriens
Salomon verus, patiens
Rex, sibi et pro populo
De lignis, quae multotiens
Quilibet fuit audiens
Sumptis *Libani* cumulo,
Pensans, quod facto ferculo
Illo, id est patibulo,
Omnis homo ingrediens
Ad ipsum iusto titulo
De mortali hoc saeculo
Sursum feratur exiens.

29. *Columnas* praedicatores,
Apostolos et doctores
Eius fecit argenteas,
Volens, quod per bonos mores
Lucidi donent clamores
Verbi Dei per plateas
Praedicando sic per eas
Et sonando, ut luteas
Mentes lavent peccatores
Et sic plus quam per ferreas
Columnas sint vel ligneas
Ferculi sustentatores.

30. Non habens, quo reclinare
Caput vel apodiare,
Auri reclinatorium
Fecit, cum caput pausare
Voluit et inclinare
Super suum pectus pium,
Super aureum scrinium,
Quo thesaurus est omnium
Et quo debent recubare
Fessae mentes fidelium,
Aliud pausatorium
Nescientes frequentare.

31. *Ascensum* et *purpureum*
Constravit et sanguineum
Caritate tunc *media*,
Sanguine fecit rubeum,
Caritate coccineum,
Ut fieret duplex via
Ascensus ad caelestia
Per corporis supplicia
Et per affectum igneum
Amoris paenitentia
Comitante seu praevia
Tollente, quod est luteum.

32. *Propter Ierusalem* pias
Animas, suas *filias*,
Fecit Christus hunc ascensum,
Ne per aliquas varias
Se excusent malitias
Vel extorqueant assensum
Ascendendi ob immensum
Laborem, cum iam ad sensum
Videant paratas vias
Ac Christum super extensum,
Dicentem omnibus: en, sum
Promptus ad amicitias.

33. *Egredimini, filiae*
Sion igitur [nunc] piae,
Et videte Salomonem,
Regem vestrum, qui nimiae
Plenus misericordiae
Demonstrat affectionem,
Quam ad liberationem
Vestram et salvationem
Habet et qui miseriae
Vestrae ob compassionem
Se dat in oblationem
Deo patri plenarie.

34. *In diademate* suo,
Ex quo ab invicem duo
Demuntur, et quibus iunctus
Ut Deus est perpetuo
Ligamine sic congruo,
Quod nunquam fiet defunctus,
Pietate est inunctus,
Sed non officio functus
Debito regi strenuo,
Nam punctus est et repunctus
Et dilaceratus cunctus
Relictusque pro mortuo.

35. *Quo eum* mater impia
Coronavit, vestigia
Patent per guttas sanguinis,
Sed quo *mater sua* pia
Coronavit, indicia
Patent ex carne hominis;
Coronam flagellaminis
In signum turpitudinis
Dedit mater nefaria,
Coronam pulchritudinis,
Factam ex carne virginis,
Dedit mater propitia.

36. *In die desponsionis*
Illius et unionis
Fuit Gabriel nuntius
Testis impraegnationis,
Testis incorruptionis
Et sanctitatis ipsius;
Ad nuptias illas prius
Servivit et posterius
Magister provisionis,
Thalami secretarius,
Pius referendarius
Amborum affectionis.

37. *In dieque laetitiae*
Cordis eius et gloriae
Ministravit cum ceteris
Et cantavit primarie:
Surgite, cives patriae,
En, venit arca foederis;
Ecce, surgit ab inferis,
Ut sedeat in superis
Tamquam regina curiae,
Cum laudibus hymniferis
Matri humani generis
Occurrunt omnes hodie.

Caput IV.
Filius ad matrem.

1. *Quam pulchra es* interius,
Quam pulchra es exterius,
Amica mea nobilis,
Nihil in mundo pulchrius,
Nil in caelo splendidius,
Post me sola laudabilis,
Genetrix venerabilis,
Virtute ineffabilis,
Fulgens ut solis radius,
Sola incomparabilis
Et cui nulla est similis
Sursum sive inferius.

2. *Oculi* miserativi
Et nunquam indignativi
Tui sunt ut *columbarum*
Absque eo, quod captivi
Gratiarum optativi
Et misericordiarum
In te sperant ob suarum
Deletionem culparum
Et, *quod latet*, ut praescivi,
Intrinsecus intra carum
Pectus nesciens amarum,
Quod iugiter custodivi.

3. *Capilli tui* devoti
In te radicati toti
Sicut greges sunt *caprarum*,
Quotiens sunt bene loti
A sordibusque semoti
Tricas habentes firmarum
In se amicitiarum,
In pascuis gratiarum
Tuarum sunt bene foti
Ab impetuque ferarum,
Ne praeda fiant earum,
Velamen es antidoti.

4. *Quae de Galaad* tumulo
Testis vitae pro populo
Seu de monte Calvariae
Sumpto ibidem pabulo
Ex arboris ramusculo
Et cibatae plenarie
Ad te montem clementiae
Pascendae secundarie
Ascenderunt in saeculo,
Te solam indigentiae
Necessariam propriae
Videntes mentis oculo.

5. *Dentes tui* sunt clerici
Omnes ecclesiastici,
Laudes tuas ruminantes,
Qui *sicut greges* forcipi
Subsunt, semper pacifici
Modum *tonsarum* monstrantes,
Non clamantes vel balantes,
Sed potius reservantes
Vindictam mihi iudici,
Nec ob hoc unquam cessantes
A laudibus ut constantes
Dentes atque fortifici.

6. *Quae te lavacro* et fonte
Baptismali alto ponte
Posito paenitentiae
Ascenderunt ad me sponte
Oves, eis prima fronte
Largior dona gratiae;
Illas qui tondet impie
Sive tundit nefarie
Persecutione sonte,
Tamquam profugus patriae
Se abscondat a facie
Mea vel sub horizonte.

7. *Omnes gemellis fetibus*,
Fide atque operibus,
Oves meae debent esse,
Et sterilis vernantibus
Inter eas virtutibus
Non est, si volunt prodesse
Pro magna habenda messe,
Insudare est necesse
Virtuosis laboribus,
Nec debet quisquam paeesse
Nisi ille, qui expresse
Pollet bonis maioribus.

8. *Sicut vitta coccinea*
Sive semipurpurea
Caritate colorante
Labia tua mellea
Mentem stringunt, ne per ea
Quid exeat post vel ante
Dissolutum, quod ligante
Indigeat, cum sis tantae
Virtutis, quod in platea
Omni terra attestante
Atque caelo affirmante
Tu digna es esse mea.

9. *Dulce tuum eloquium*
Per meum mihi nuntium
Relatum me descendere
Ad te fecit non alium,
Locum videntem proprium,
Cui sic vellem me tradere,
Ubi vellem quiescere
Vel sic unquam diligere,
Cum sit supremus omnium,
Ubi flores eligere
Possem atque colligere
Ad medicinam gentium.

10. *Ut fragmen mali punici*
Ita genae tuae mihi
Factae sunt in respondendo,
Nam vi verbi angelici
Sic cor tuum frangens vici,
Quod mihi oboediendo
Respondisti, quod implendo
Velle meum, congaudendo
Volebas mihi subici
Sciens, quod concipiendo
Me atque parturiendo
Virgo poteras perfici.

11. *Absque eo, quod* tacite
Intrinsecus abscondite
Latet in sinu mentali,
Sic succurrere perditae
Ovi meae et traditae
Supplicio gehennali
Voluisti te totali
Signo expresso vocali
Exposita explicite
Provisioni regali
Voto intentionali
Te supponens gratuite.

12. *Sicut turris* spectabilis
David, fortis et nobilis,
Collum tuum invenitur,
Per quod pauper et humilis
A te est receptibilis
Et recipit, quod largitur;
Ecclesia, sicut scitur,
Quasi collum stabilitur
Vel ut canalis habilis,
Per quam ad te pertransitur
Et ad plebem pie itur,
Dum tu fis compassibilis.

13. *Quae est cum propugnaculis*
Defensoribus sedulis
Primitus *aedificata*
Et modo nugigerulis,
Proh dolor, vel infantulis
Saepissime sociata
Ita, quod iam debellata
Fortiter et impugnata
Subiacensque periculis
Nequaquam est defensata,
Propugnacula quassata
Sunt, cunctis patet oculis.

14. *Mille ex ea* aurei
Pluresque *pendent clipei*
Armaturaque fortium
Omnis et sunt Maccabaei
Omnes per eam, qui ei
Nunc faciunt contrarium;
Pessimum est commercium
Sumere beneficium
Et ducatum aciei
In dantis praeiudicium
Vel eius damnificium
Totum in contemptu mei.

Christus ad ecclesiam.

15. O dilecta ecclesia,
Duo ubera dulcia
Tua dicuntur rectores
Duo, qui temporalia
Regunt et spiritalia,
Tam minores quam maiores;
Hi tamquam uberiores
Olim pascere minores
Solebant cum clementia,
Esse pauperum tutores
Et eorum defensores
Sumpta a me vicaria.

16. Nunc *sicut duo hinnuli*
Capreae, qui ob pabuli
Causam sciunt te sugere,
Fiunt necdum edentuli,
Cum sugendo ut aemuli
Morsum sciant infligere,
Gemelli sciunt pascere
Se tuo duplo latere
Sic, quod adulescentuli,
Assueti accurrere,
Iam non habent, quo vivere,
Nisi panis sint quaeruli.

17. Sed grandis o miseria,
Caveant sibi lilia,
Nam *pascitur in liliis*!
Hos liliorum curia
Sustinet atque patria
Cum propriis stipendiis.
Et, si in locis aliis
Pascantur, non ex propriis
Faciunt victualia,
Quaerunt in monasteriis
Pro suis necessariis
Ultra quam necessaria.

18. *Donec dies* adveniat,
Aspiret et talis fiat,
Quod *et umbrae inclinentur*,
Quod omnis homo me sciat
Iudicem, qui non deviat
Et, quae penso, revelentur,
Nunquam praedones tollentur
A te, cum multiplicentur
Semper, et nullus faciat
Tantum, quod exterminentur
Vel saltem alienentur,
Aut defensor tuus fiat.

19. O dilecta ecclesia,
Sustine vice alia,
Causam tuam iudicabo,
Vadam ad montem te scia
Murrae, quem tunc iustitia
Totum amarificabo
Contra malos, quos damnabo,
Ex quo hos considerabo
Tibi fecisse noxia,
Sed *ad collem* transmigrabo
Turis, cum remunerabo
Tibi iunctos concordia.

Filius ad matrem.

20. *Tota pulchra es, amica*
Mea casta et pudica,
Et non est in te macula,
Felix illa est fabrica
Praefulgens et magnifica,
Qua fabricata primula
Fuisti innocentula,
Cum a communi regula
Exempta sis damnifica,
Sanctificata parvula
Te mundante praeambula
Gratia mea caelica.

21. *Veni* ad me, *sponsa mea*,
Quam caritate ignea
Iunxit mihi paraclitus
De sancta carne terrea,
Candida et virginea,
Ut *de Libano* penitus
Veniat ad me primitus
Candidus tuus spiritus,
Sciens, quod post corporea
Gleba ascendet caelitus,
Et gaudebit exercitus
Caeli cantans in chorea.

22. *Veni* et *veni* igitur
De Libano, nam dicitur
Tibi: *iam coronaberis*
Supra omne, quod colitur
Post me vel esse creditur,
Regina appellaberis,
Capite Amana reris
Coronari, cum generis
Tui tibi imponitur
Honor, et, ut in inferis
Assis reis et miseris,
Auctoritas tribuitur.

23. *De Sanir* quoque *vertice*
Coronanda theatrice
Es a me Deo luminis
Superiori apice
Dignitatis magnificae,
Ut particeps regiminis
Ponenda, ut spes hominis
Tenuis fortitudinis
Et oberrans excentrice
Ex nota magnitudinis
Tuae et altitudinis
Convalescat non modice.

24. Anathematis maeroris
Seu *Hermon* inferioris
De leonum cubilibus,
Tenebrarum et horroris
Furientisque tumoris,
De pardorum et montibus
Coronanda prae omnibus
Tu es, ut tuis iussibus
Oboediant cunctis horis
Demissisque cervicibus
Te sepultis tumoribus
Timeant intus et foris.

25. *O soror* et *sponsa mea*,
Cui donavi me et mea,
Tu *cor meum vulnerasti*,
Non tam me mors vel lancea
Seu mortis ipsa framea,
Quam tu astans lanceasti;
Si tu, virgo, me portasti,
Non propter hoc me armasti
Contra dolores galea,
Sed potius perforasti,
Et si non considerasti,
Mei cordis intranea.

26. *Vulnerasti* ergo *meum*
Suave *cor* intraneum
Ita, quod matrem vocare
Non potui, qui felleum
Potum atque veneneum
Satis potui gustare,
Per quod tu potes probare,
Quod plus ferebam amare
Tui fletus aculeum,
Quam gustum mortis potare,
Potentem mellificare
Cor hominis lapideum.

27. *In uno*, virgo, *tuorum*
Spiritali *oculorum*
Solita me respicere
Motivum mihi dolorum
Fuisti satis maiorum,
Cum scirem hunc me cernere
Et, si alium claudere
Voluisti et linquere
Ut invisum tuum forum,
Alter nunquam se tegere
Potuit vel abscondere
Me intuens vi amborum.

28. Si collum est ecclesia,
Ut dixi vice alia,
Sacramenta a capite
Per eam dependentia
Quasi crines ornantia
Sunt ipsammet compositae;
Uno ergo *crine* rite
Colli tui meae vitae
Fuisti quasi obvia,
Dum innocentem vidi te
Cruciari insolite
Mentali paenitentia.

29. *Quam pulchrae sunt mammae tuae*,
Pietas, venia, duae,
O soror et sponsa mea!
Plenae sunt et irriguae,
Lac praebentes assidue,
Quippe tota es lactea,
Tota dulcis et mellea,
Suavis et nectarea
Sicque manens continue,
Nec est gens tam extranea,
Quae non possit scire ea
Esse vera perpetue.

30. *Vino fiunt pulchriora*
Ubera tua decora
Atque odor est tuorum
Super omnia maiora
Atque excellentiora
Aromata unguentorum;
Tu medela languidorum,
Debilium, infirmorum
Aptata hos sanans hora;
Tibi cura est cunctorum
Pauperum et miserorum
Et his ades sine mora.

31. *Favus distillans* dulcoris
Labia tua decoris,
Sponsa mea dulcissima,
Per ostium patet foris,
Quod tui interioris
Apis sum sagacissima,
Extra monstro, quae optima
Tua continent intima,
Et quales sunt fructus floris,
Ob quem ad mundi infima
Descendi de altissima
Turri caeli creatoris.

32. *Mel te lac*, quae sunt dulcia,
Sub lingua tua iurgia
Nescienti patefiunt,
Dum praedicantis labia
Sive linguae eloquia
Laudes tuas aperiunt,
Qui te, ut possunt et sciunt,
Elucidare cupiunt
Vilipendentes omnia,
Quae vilem linguam faciunt
Seu quae eam inficiunt
Per verba vana, vilia.

33. *Et odor vestimentorum*
Ut odor turis tuorum
Est cum de pulchrioribus
Totius scripturae florum
Castissime collectorum
Tu induta es laudibus,
Quamquam gloriae vestibus
Vestita sis perennibus
In conspectu angelorum,
Laudum quoque decoribus
Te debent et odoribus
Vestire ora tuorum.

34. *Hortus conclusus* es vere,
Soror mea, sponsa, vere
Atque cunctis temporibus,
Hortus conclusus, quo ferae
Viam nequeunt habere
Pro devastandis floribus,
Angelicis custodibus
Undique pervigilibus
Semper servatus sincere,
Semper refertus fructibus,
Semper vernans virtutibus
Non desinensque florere.

35. *Fons signatus* es veniae
Atque misericordiae
Ad adaquandum miseros,
Signo signatus gratiae,
Quod cives meae patriae
Cognoscunt apud superos,
Fons solus inter ceteros
Signatus propter posteros,
Non desinens ullo die,
Fluctus emittens prosperos,
Nesciens unquam alteros
Dare tuae familiae.

36. *Tuae* sunt *emissiones*
Sive distributiones
Ut *paradisus malorum*,
Qui tuas largitiones
Recipit, munitiones
Habet omnium bonorum,
Paradisus *punicorum*
Cum fructibus aliorum
Pomorum es, si tu dones
Te in usum infirmorum,
Languentium, morbidorum
Dando miserationes.

37. Tu omnibus es omnia
Ministrans necessaria
Tam singulis quam singula,
Quibusdam dans remedia
Cypri cum nardo dulcia,
Nardus, croccus et fistula,
Cinamomum ad pocula,
Seu unguenta vel fercula
Reserata sunt alia,
Ad quae danda es sedula,
Ut exigunt praeambula
Morborum seminaria.

38. *Cum Libani* unctuosis
Universis et gummosis
Lignis medicinalibus
Tuis ades languorosis
Et hos ungis pretiosis
Unguentis factis talibus;
Murra, aloe manibus
Tuis inest *cum omnibus*
Primis unguentis famosis,
Ut visis qualitatibus
Morbi dones languentibus
Medelam atque morbosis.

Auctor.

39. Conservat a putredine
Murra, sed fortitudine
Per aloe cor firmatur,
Murreo medicamine
Conservatur a virgine,
Qui continens non moechatur;
Qui, ut desperet, temptatur,
Per aloe roboratur
Virginis promptitudine,
Ex quibus exemplum datur,
Quod de aliis dicatur
Horum similitudine.

40. Multae sunt emissiones
Eius et largitiones,
Quoniam et miseriae
Nostrae inclamationes,
Multae et directiones
Infirmitatis propriae;
Variis ergo varie
Morbis per manus Mariae
Dantur medicationes,
Quas supra multifarie
Viris intellegentiae
Monstrant nominationes.

Christus resumit ut supra.

41. *Fons hortorum*, quo lavantur,
Privatim et balneantur
Peccatores a sordibus,
Quo eorum irrigantur
Horti mentis, ut reddantur
Apti pro multis floribus;
Nullis cadat in mentibus,
Quod suis unquam cultibus
Fructus sibi augeantur,
Nisi de tuis dulcibus
Rivulis emanantibus
Mentes ipsae respergantur.

42. *Puteus* indeficiens,
Ad quem accedit sitiens
Propter gratiae pocula,
Sed profundum prospiciens
Atque haurire nequiens
Utitur cauta formula,
Sibi inest pro situla
Oratio pro chordula
Devotio alliciens,
Sic efficitur bibula
Tua pauper ovicula
Ire alibi nesciens.

43. *Aquarum* sic *viventium*
Atque vitam donantium,
Quae de Libano candoris
Fluunt, tu es principium,
Earum beneficium
Dando *impetu* amoris,
Nam impetus es maioris
In dando dona valoris
Propter candidum pallium
Habitus humani foris,
Libani interioris
Extra gerens insignium.

Caput V.

Auctor.

1. *Surge, aquilo* pessime,
Ventus urens nequissime,
Egredere de hortulo
Meo et claustro animae
Recedens velocissime
Facto alibi nidulo;
De alto habitaculo
Caelorum et latibulo
Veni, auster dulcissime,
Et in meo pectusculo
Dato doctrinae pabulo
Descende benignissime.

2. *Perfla* ex nunc *hortum meum*,
Ut queam decus aureum
Virginis enucleare
Titulumque virgineum
Eius atque sidereum
Canticis elucidare,
Ut per terram atque mare
Fluant aromata clare
Illius per me terreum,
Indignum eam laudare
Seu laudes eius orare,
Calamum factum luteum.

Virgo ad angelum.

3. *Veniat* nunc Dei Deus,
Filius *dilectus meus*
In me factam *hortum suum*,
Paratus est virgineus
Locus sibi et floreus
Virorem dans continuum,
Suum esse perpetuum
Et suum locum arduum
Non deserens Nazareus
Fiat per me proficuum,
Sic est valde et congruum,
Ut respiret homo reus.

4. *Ut comedat* infantulus
Sive sugat ut parvulus
Fructum uberum meorum,
Veniat et iuvenculus,
His se pascat puerulus
Loco *pomorum suorum*,
Sanctum cibum viatorum
Atque panem angelorum
Si pasco, omnis oculus
Fidelium redemptorum
Mihi per cultum honorum
Debet fieri patulus.

Filius ad matrem.

5. *Veni* et tu, *soror mea*,
Sponsa, mater virginea,
In hortum meum mentalem,
Affectione ignea
Et virtute intranea
Desidero te totalem;
Non volo, quod aliqualem
Nidum ponas specialem
Nisi in me, qui postea
Hortum dabo sic vernalem,
Quod nunquam vidisti talem
Pulchritudine florea.

Christus ad populum.

6. *Murram meam* tunc *messui*,
Cum extensus cruce fui
Fixis clavis in manibus,
Ideo metere volui,
Cum hanc mixtam recolui
Cum meis aromatibus;
Visis namque ex gravibus
Tormentis magnis fructibus
Continere non potui,
Quin pro meis hominibus
In amaritudinibus
Exponerem me casui.

7. *Favum*, quem fecit humana
Apis, mater mea sana,
Ad opus suavitatis
Intrans sua surburbana
Et induens me membrana
Assumptae humanitatis
Cum meo divinitatis
Melle commedi, cum gratis
Ipsam disparia grana
Nexu iunxi unitatis
Iuxta gustum voluntatis
Liberalitate plana.

8. *Vinum meum bibi* datus
Morti, non hoc plus potatus
Mea cena consummata,
A matre tunc separatus
Recte fui ablactatus
Ipsaque fuit ablata
Cum lacte meo, quod grata
Solebat dare locata
Atque stans ad meum latus
Ita, quod, cum viduata
Fuit sic et sequestrata,
Fui quoque viduatus.

9. *Amici mei*, venite,
Corpus meum *comedite*,
Quoniam sum vere cibus,
Sanguinem meum *bibite*,
Inebriamini rite,
Cunctis licet fidelibus;
Carissimi prae omnibus
Estis mihi hominibus,
Si me sumatis licite
Purificatis mentibus
Et eius cunctis sordibus
Eiectis ore debite.

10. *Ego dormio* oculo,
Cum peccata dissimulo
Differendo sententiam;
Deceptio in populo
Est, si credant crepusculo
Meam tegi notitiam;
Cor meum diligentiam
Exhibens per praesentiam
In quocunque latibulo
Vigilat, habens perviam
Qualemcunque malitiam
Perpetratam in saeculo.

Virgo ad populum.

11. *Dilecti mei pulsantis*
Vox angeli nuntiantis
Certum fuit indicium,
Nam proprium est amantis,
Ad amicam properantis,
Prius mittere nuntium.
Nuntii quoque proprium
Est, mittentis negotium
Facere et dominantis,
Quod totale officium
Fecit salubre studium
Angeli me salutantis.

Filius ad matrem.

12. *Soror mea*, nunc *aperi*
Mihi aurem, nam repperi
Unum novum remedium,
Quo salvabuntur miseri
Et succurretur pauperi
Dato in manu hostium,
Amica mea, proprium
Huius rei negotium
Est, quod volo te fieri
Mediatricem omnium
Et quod me, Dei filium,
In arca portes uteri.

13. *Columba mea* tu eris
Et me ipsum pro litteris
Geres ad mundi patriam,
Ibi cum me portaveris
Seu ibidem adveneris,
Mundo dabis laetitiam;
Tibi occurrent obviam
Dicentes: monstra copiam
Litterarum, quas tu geris,
Tunc tibi et mihi diam
Faciens reverentiam
Signis receptis foederis.

14. *O mea immaculata*,
Ad hoc cito sis parata,
Quia pater, *caput meum*,
Plenum est rore, et grata
Fiunt ei haec pensata
Et se totum dat roreum,
Volens, quod hominem reum
Te mecum iuvante eum,
Damnatum propter peccata,
Per pretium sanguineum
In suum ducam horreum
Passione consummata.

15. *Cincinni mei* angeli,
Caeli cives, archangeli,
Pleni sunt *guttis noctium*,
Roriflui ipsi caeli
Facti sunt, cum Gabrieli
Commissum est negotium
Ad parandum hospitium
Per mutuum colloquium
Et amotionem veli,
Quod tibi protectorium
Fuisset contra noxium
Ictum alterius teli.

Vox paenitentis.

16. Olim *me mea tunica*
Sordida et mortifica
Paenitens *exspoliavi*,
Quomodo illa lubrica
Induar et damnifica
Sive facta mihi gravi?
Si bene consideravi,
Dissimilis essem avi,
Quae semel capta pedica
Nunquam nisi alia vi
Redit, potius suavi
Abstinet ostensa mica.

17. *Lavi* in confessione
Cum magna contritione
Pedes meos et affectus;
Quomodo occasione
Quacumque, communione
Corporis Christi refectus,
Illos per malos effectus
Inquinabo, ut abiectus
Et dignus confusione
Fiam ac peior effectus,
Quam si mansissem infectus
Non sumpta refectione?

18. *Dilectus* Dei filius,
Meus factus tamquam prius,
Manum suam ad tutamen
Misit mihi, dum saepius
Habitanti inferius
Largitus est recreamen;
Totale meum solamen
In hoc mundo et levamen
Est, quod eum interius,
A quo meum est iuvamen,
Intueor *per foramen*,
Quod sibi fecit impius.

19. Ad tactum eius vexatus
Et adversis flagellatus
Venter meus intremuit,
Non tactus vel excitatus,
In prosperis soporatus
Neglegenter se habuit,
Conscientia tacuit
Nec unquam sibi miscuit
Dolorem, vi tribulatus
Fui, cur tactus congruit
Mihi, quoniam diluit
Occasione reatus.

20. *Surrexi* iacens faecibus,
Ut totis meis viribus
Dilecto meo cor meum
Aperirem, nam foribus
Sibi seratis precibus
Meis non exspecto eum;
Qui expellit a se Deum
Nec se confitetur reum,
Portis sibi patentibus
Vacuum habet horreum
Nec credat esse nucleum
In totis suis fructibus.

21. *Manus meae stillaverunt*
Murram, quotiens fecerunt
Opera laudabilia,
Scilicet quod fructum ferunt
Et, quamdiu sunt et erunt,
Fiunt imputribilia,
Quae quamquam multiplicia
Videantur et varia
Quasi stillae, quae fuerunt
Cuncta et singularia,
Fiunt commendabilia,
Si se manus bene gerunt.

22. *Murraque probatissima*
Ad continuandum prima
Pleni mei sunt digiti,
Non sufficit, quod optima
Opera vel laetissima
Sint temporis praeteriti,
Nisi fructus gratuiti
Prioribus sint additi
Tota virtute intima,
Nam nullius est meriti
Inceptio neophyti
Huius intermissa lima.

23. *Pessulum mei ostii*
Et linguam oris proprii
Aperui, ut mos erat,
Ut *dilecto meo* pii
Exhiberem praeconii
Laudes, prout occurrerat,
At *ille declinaverat*
Atque ultra *transierat*
Respuens laudes labii.
Monstrans, quod laus non venerat,
Cum de corde non fuerat,
Ad exitum postitii.

24. *Anima mea* pluribus
Liquefacta est fletibus,
Ut locutus est publice
In praedicationibus
Sive in lectionibus
Iam inspectis in codice;
Istae namque eius vice
Sic loquuntur rectifice
Pro informandis moribus,
Quod liquefiunt lubricae
Mentes atque erraticae
In lamentationibus.

25. *Hunc quaesivi* ieiunando,
Ecclesiam frequentando,
Mea dando pauperibus,
Quaesivi peregrinando
Infirmosque visitando
Et in multis laboribus.
Et non illum pro talibus
Investigationibus
Inveni, hunc forte, quando
Aliis aptioribus
Vacavero operibus,
Inveniam gratulando.

26. *Vocavi* illum precibus
Atque orationibus
Rogans eum suppliciter,
Et non adhuc pro talibus
Respondit mihi vocibus,
Iam illum quaeram aliter;
Invenerunt me pariter
Custodes, *qui* fideliter
Custodiunt ab hostibus
Animam, quae humiliter
Se subdit et veraciter
Eis confessionibus.

27. *Circumeunt civitatem*
Perscrutando voluntatem
Hi custodes presbyteri,
Attendentes qualitatem
Atque numerositatem
Cuiuslibet mortiferi,
Si subditi vel superi,
Seniores vel pueri
Seu habentes dignitatem
Fecerunt sic, ut sceleri
Donent, ut decet fieri,
Medicinabilitatem.

28. Confitentem *percusserunt*
Me atque vulneraverunt
Donando paenitentiam,
Corpus meum afflixerunt
Atque de eo fecerunt
Rectam mihi iustitiam;
Dolorem et angariam
Debet portare nimiam,
Per quemvis mala venerunt,
Et illi reverentiam
Debent habere propriam,
Qui poenas ei dederunt.

29. Ipsi *custodes murorum*,
Pugnitores peccatorum
Tulerunt meum pallium,
Tegimen absconditorum
Tollentes, ut singulorum
Viderent modum varium;
Nam palliatum vitium
Et vulnus latens nimium
Testimonio doctorum
Nullum habet remedium,
Nec est dandum consilium,
Ni per detegimen horum.

Virgo ad pastores.

30. *O Ierusalem filiae*,
Vos rectores ecclesiae,
Adiuro vos benigniter,
Ex quo vobis meae viae
Confessae sunt plenarie,
Si dilectum fideliter
Inveniam, quem dulciter
Quaesivi et suaviter
Atque modo cotidie,
Nam nescio hunc aliter
Quaerere, nisi vos iter
Ostendatis notorie.

31. Vos quoque regis filia
Adiuro ego Maria,
Si inveneritis meum
Dilectum, ut voce pia
Nuntietis ei, quia
Amore langueo eum
Quaerens dulcoris nucleum
Gerentem velum testeum
Inter notos de patria
Demonstrantemque se Deum
Per documentum igneum
In gente sibi impia.

Pastores ad virginem.

32. *O* domina dulcissima,
Mulierum pulcherrima,
Qualis est tuus dilectus
Ex dilecto? illo lima
Videtur esse maxima
In imo tui affectus;
Dic, *qualis est* effectus
Dilectus tuus perfectus
Ex dilecto? tali prima
Es, quae sollicitum pectus
Habes, ut monstrat aspectus,
Sic quaerendi promptissima

33. *Quia sic nos adiurasti,*
Te amicam demonstrasti
Veram dilecti illius,
Illum solum tu amasti,
Quoniam solum lactasti
Cum unicus sit filius;
Ergo cognoscis melius,
Qualis est et perfectius,
Dum cum eo conversasti,
Describereque planius
Eum potes et clarius,
Quem iam mundo praesentasti.

Virgo describit filium.

34. *Dilectus meus candidus,*
Mundus, castus et fulgidus,
Coruscans pulchritudine,
Splendens, nitens et lucidus
Vernans, frondens et floridus,
Omni plenus dulcedine
Et rubicundus sanguine
Olim fuso pro homine,
Pietate tunc roridus
Rosea fit rubedine
Permixta cum albedine
Magis placens et placidus.

35. *Ex milibus, est electus,*
Solus inventus perfectus,
Cum solus sit perfectio,
Dirigens mundi defectus,
Sine quo nullus directus
Suo est exercitio;
Vere felix electio,
Cum homo toto studio
In eum ponit affectus,
Dicens: cunctis renuntio,
Tibi servire cupio,
In te solum sum proiectus.

36. *Caput eius aurum* primum,
Optimum et aptissimum
Ad opus fabricae diae,
Caput patrem altissimum
Dico et aurum animum,
Quo fit corona gloriae;
Dilectus quoque proprie
Habens in causa veniae
Affectum ductilissimum,
Aurum fabricae regiae
Gestat, suae familiae,
Se praebens benignissimum.

37. *Comae eius* paenitentes
Sunt eidem adhaerentes
Sicut elatae palmarum,
In ipso fixi manentes,
Pro pectine non cadentes
Temptationis culparum,
Qui onera iniunctarum
Sibi paenitentiarum
Semper secum sunt ferentes
Et per signum elatarum
Manuum et levatarum
Sursum semper habent mentes.

38. *Quasi corvus nigrae* fiunt
Istae comae, nam nesciunt
Paenitentes se blondire,
Vana quoque despiciunt,
Viles mundo magis sciunt
Filio meo servire,
Uti cati custodire
Sciunt domum nec exire
Et plus ad manum veniunt,
Pulchrae pelles protervire
Suadent et superbire
Nec dilecto se uniunt.

39. *Eius* sunt aspicientes
Oculi ad paenitentes
Super cursum lacrimarum,
Sicut columbae cernentes
Benignae et intuentes
Super rivulos aquarum;
Typum gerunt columbarum
Animae, quae gratiarum
Fluenta sunt appetentes
Earumque inspectarum
Atque desideratarum
Haustu lavant suas mentes.

40. Vere iustorum animae,
Quae sunt lotae purissimae
Lacte misericordiae,
Resident apertissime
Atque manifestissime
Iuxta fluenta gratiae,
Plenissima ita pie
Similitudinarie
Ostendentes, quod lacrimae
Insunt visioni diae
Ipsius complacentiae
Semper congruentissime.

41. Flatu divino inflatae
Genae sunt *illius* datae
Doctrinae apostolicae,
Sicut areolae gratae
Aromatum, quibus flatae
Sunt animae catholicae;
Nam praedicantes publice
Apostoli eius vice
Nituntur, ut emendatae
Fiant animae lubricae,
Ut quasi aromatice
Redoleant trituratae.

42. *A* bonis *pigmentariis*
Fidei ordinariis
Sunt hae doctrinae *consitae*
Articulisque variis
Suis datis sententiis
Sunt omnibus impositae,
Ut maiores explicite
Minoresque implicite
Credant amotis dubiis
Et, secundum quod traditae
Sunt, teneantur debite
Postpositis calumniis.

43. Docens per evangelia
Facta sunt *eius labia*
Doctrinae suavioris
Sicque eius sunt omnia
Verba plena *ut lilia*
Suavitate odoris,
Ob hoc tam causa doctoris
Quam doctrinae melioris
In sanctorum ecclesia
Debent habere maioris
Reverentiam honoris
Murram primam stillantia.

44. *Manus illius* ductiles
Fiunt atque *tornatiles*
In operationibus,
Quoniam variabiles
Sunt in mundo et mobiles
Multis mutationibus,
Plenae tamen profectibus
Quasi *iacinthis* pluribus,
Aureae sunt, valibiles
Et praeferuntur omnibus
Pretiosis lapidibus
In nullo defectibiles.

45. *Venter eius eburneus,*
Castus atque virgineus
Et plenus multis filiis,
Pro pascendis his lacteus,
Pro docendis sidereus
Caelestibus scientiis,
Saphyris multis variis
Distinctus, ut insigniis
Cognoscatur esse Deus,
Qui in suis sententiis
Et distinctis indiciis
Clarus est et saphyreus.

46. *Crura illius* sunt mentes
Benigniter patientes
Adversa et contraria,
Ut columnae sustinentes
Marmoreae et ferentes
Sua secum oppobria
Sic, quod a gente impia
Nulla impatientia
Frangantur, ita manentes
Constanter in angustia,
Eidem per supplicia
In cruce commorientes.

47. *Quae super bases fundatae*
Sunt aureas, fiunt gratae
Tolerantiae omnium,
Quae non sunt in caritate
Tamquam in auro firmatae,
Minantur praecipitium,
Franguntur crura talium
Nec promerentur praemium,
Quia de necessitate
Ad obtinendum bravium
Oportet post principium
Peragere consummate.

48. *Ut Libani est species*
Eius atque effigies,
Cum origo sit candoris,
Imaginata pluries
Fulgida eius facies,
Radicalis fons decoris,
In omni loco horroris
Et omni hora timoris
Efficitur meridies,
Gravamineque laboris
Pro sarcinaque soporis
Libanus est et requies.

49. *Ut* alti *cedri electus*
Factus est meus dilectus,
Ut ibi queat pausare
Omnis pauper et abiectus,
Qui tundendo suum pectus
Se disponit emendare;
Nunquam habet declinare
Umbra eius vel cessare,
Cum nullius sit defectus,
Ne se possit excusare,
Qui alibi nequit stare
Ab hominibus eiectus.

50. *Suavissimum illius*
Est *guttur* et suavius
Quam res ipsa gustabilis,
Nam semper gustat dulcius
Rem humanam et melius,
Quam sit ipsa valibilis;
Totus desiderabilis
Est atque affectibilis
Gustanti eum saepius,
Gustans est favorabilis,
Gustatus appetibilis.
Gustans et gustatus pius.

51. *Talis est meus dilectus*
Et ipse est meus rectus
Amicus, o vos *filiae*
Ierusalem, qui detectus
Est vobis per me perfectus,
Ut audistis summarie;
De sua pulchra specie
Et de eius manerie
Aliquos vobis profectus
Dixi, ut mentis acie
Habeatis cotidie
Ad eum vestros aspectus.

Pastores ad virginem.

52. *O* sanctarum sanctissima,
Mulierum pulcherrima,
Dic, *quo abiit dilectus*
Tuus? utrum ad infima
Vel utrum ad altissima
Seu remota sit profectus?
Quo declinavit electus
Dilectus tuus, perfectus?
Et eum tota anima
Quaeremus tecum affectus
Atque etiam effectus
Cum vi virtutis intima.

Caput VI.

Respondet virgo.

1. *Descendit dilectus meus*
Omni dulcore roseus
In hortum suum saeculi,
Ad me *areolam* Deus
Aromatum spontaneus
Venit hospes uteruli
Mei, ut facti parvuli
Ipsius et pueruli
Mundo fierem alveus,
Itaque omni exsuli
Dato in manu zabuli
Annus esset iubilaeus.

2. Ius est suum, *ut pascatur*
In hortis et nutriatur,
Videlicet in cordibus
Castis, quibus situatur
Devotio et plantatur
Comitata virtutibus,
Et lilia cum floribus
Colligat multiplicibus
Tamquam amans, qui amatus,
Nam de bonis operibus,
Castis atque florentibus
Sertum vernans sibi datur.

3. *Ego* sum *meo dilecto*,
Dignissimo et electo
Et mihi meus dilectus,
Semper debet omni tecto
Iungi perfecta perfecto
Atque perfectae perfectus;
Qui pascitur supra pectus
Meum, meus est electus,
Quem et pascere affecto
Inter lilia, ut rectus
Hic consideret aspectus
Me laetam tali obiecto.

Filius ad matrem.

4. *Pulchra es*, dilectissima
Amica mea, maxima
Suavisque in omnibus,
Decora es in anima,
Nec caro tam mundissima
Est in saeculi finibus;
Tu digna cunctis laudibus,
Praeferenda honoribus,
Sicut Ierusalem prima
Debes esse a civibus
Mundanis et caelestibus
Electarum dignissima.

5. *Ut acies ordinata*
Castrorum atque ornata
Hostibus es *terribilis*,
A quocunque invocata
Tu es vel interpolata.
Huic ades defensibilis;
Ad castra tua debilis
Fugiens sive exilis
Subsidia praeparata
Habet, nec accessibilis
Iam est hostis horribilis
Praeda sua depraedata.

6. Hominibus profecturus
Et per mortem valiturus
Averte non dico certe,
Sed timens homo passurus
Et in carne moriturus
Tunc dico: *a me* averte
Oculos tuos, nam per te
Compassuram meae pertae
Ad mortem sum transiturus
Te passuramque operte
Ob hoc corditus aperte
Condolendo sum visurus.

7. Haec dico, quia oculi
Ipsi ad vitam saeculi
Me fecerunt avolare,
Licet salutem populi
Praepensaverim, distuli
Et volui exspectare
Te condignam me portare
Et lac virgineum dare
In pastum mei parvuli,
Unde, si me properare
Fecisti, causa est, quare
Citius tormenta tuli.

8. Homines causa culparum
Facti *sicut grex caprarum*
Dicuntur *capilli tui*,
Quia omnium suarum
Advocata es causarum,
Nisi sit defectus sui;
Eorum sunt superflui
Quidam cadentes profiui,
Tibi adhaerentes parum,
Tenaces et assidui
Sunt alii et congrui
Iuvamine gratiarum.

9. *Quae de Galaad* venerunt
Gentes et *apparuerunt*
Acervo testimonii,
Sunt hae, quae mecum fuerunt
Cotidie, sunt et erunt
Testes mei suplicii
Atque mei opprobrii;
In atrio cordis pii
Acervum sibi fecerunt,
Sicque capitis proprii
Tui, summe egregii,
Se capillos monstraverunt.

10. *Dentes tui* ruminosi
Praeconii gloriosi,
Cuius tu es dignissima,
Sunt viri religiosi,
Ordinati, amorosi
Unitate carissima,
Constantia fortissima,
Tolerantes gravissima
Mala, quibus sunt corrosi,
Clausura secretissima
Se servantes nec intima
Monstrantes facti verbosi.

11. Tales *sicut grex ovium*
Laudes tuas balantium
Facti sunt, *quae ascenderunt*
De lavacro currentium
Aquarum, paenitentium
Quae de corde exierunt
Per oculos, qui fleverunt
Culpas factas et laverunt
Eas ritu dolentium
Ita, quod dealbaverunt
Sese et mundos fecerunt
Per tale stillicidium.

12. *Omnes gemellis fetibus*
Tam animo quam manibus
Debent mihi comparere,
Et sterilis virtutibus
Seu virtuosis fructibus
Non est in eis, si vere
Cupiunt mihi placere,
Immo mihi arridere
Videntur, qui habitibus
Extra volunt apparere
In animoque carere
Rectis intentionibus.

13. *Sicut cortex est punici*
Mali, quo servant medici
Grana pro infirmantibus,
Sic firmiter possunt dici
Genae tuae et conspici
Plenae medicinalibus,
Scilicet sanctis precibus,
Quibus medicas omnibus,
Qui tibi volunt subici
Absque occultis pluribus
Tuis interioribus,
Quibus gaudent domestici.

14. *Sexaginta sunt reginae,*
Octoginta concubinae
Et adulescentularum
Non est numerus vel sine
Numerationis fine
Est multitudo earum,
Quae tibi continuarum
Agunt laudes gratiarum
Absque tegmine cortinae,
Dicentes: tu animarum
Dominatrix es cunctarum,
Sola tenens ius reginae.

Christus ad angelos.

15. *Una est mea perfecta,*
Columba mea dilecta
Unaque est matri suae
Singularis et *electa*,
Nulla sororum inspecta
Ita a me praecipue;
Nam licet aliae duae
Fuerunt praedictae *suae*
Genetrici, haec obiecta
Mihi non supervacue,
Considerata congrue,
Magis placens est effecta.

16. *Filiae* Adam *viderunt*
Illam et praedicaverunt
Cunctarum *beatissimam*,
Concubinae laudaverunt
Et reginae tenuerunt
Eam excellentissimam;
Beati, qui piissimam
Et misericordissimam
Hanc devote mente quaerunt
Et, qui suam dignissimam
Gloriam et grandissimam
Praedicando mundo ferunt!

Filii Adam de ortu virginis.

17. Qui tenebris habitamus,
Quae est ista, ignoramus,
Quae consurgens progreditur;
Optimum est, quod sciamus,
Quae sit illa, et discamus,
Vel, si bonum hinc oritur;
Quasi aurora cernitur
Consurgere et creditur,
Quod per eam evadamus
Noctem nostram, quae dicitur
Peccatum, et dignoscitur,
Si eidem occurramus.

18. *Pulchra ut luna* lustrata
Sole et illuminata
In suo plenilunio,
Nullatenus eclipsata
Nisi terra mediata
Retracto solis radio,
Posito namque filio
In capitis confinio
Ipsa caudaque locata
Draconis eclipsatio
Eius fit, cum in medio
Terra humana est data.

19. *Electa ut sol* electus
Et sua nube detectus
Stellarum est clarissima,
Non est planeta perfectus
Retrogradus vel directus
Sicut est perfectissima;
Sola lucet sanctissima,
Sola splendet mundissima,
Sola, cuius est erectus
Affectus ad altissima
Secreta Dei maxima,
Quae sibi monstrat dilectus.

20. *Terribilis ut castorum,*
Acies et armatorum
Contra hostes *ordinata*,
Semper est archangelorum
Et omnium beatorum
Comitiva sociata,
Tanta virtute vallata,
Quod bella sibi parata
Sciant hostes famulorum
Suorum, cum invocata
Fuerit vel exspectata
Ad durum casum eorum.

Christus ad angelos.

21. *Descendi* Dei filius
In ecclesiam, quam pius
Volui *hortum* dicere
Nucum, quia exterius
Amaram et interius
Dulcem, qui testam frangere
Vult, quoniam, qui sincere
Paenitentiam facere
Ibi vult, amaram prius,
Dulces fructus colligere
Poterit et recipere
Oleumque posterius.

22. *Ut poma* redolentia
Convallis et fragrantia
Seu verae humilitatis
Viderem, quia talia
Mihi sunt complacentia
Et ea diligo satis,
Poma vero vanitatis
Seu monstruositatis
Mihi non sunt habilia,
Immo ipsis propulsatis
Omnibus humiliatis
Semper assum cum gratia.

23. *Si vinea* humanarum
Floruisset animarum,
Ut inspicerem, descendi,
Nam ex floribus earum
Futurum fructum uvarum
Aliqualiter perpendi;
Ex floribus attendendi
Sunt fructus et supponendi,
Nec sunt plurimae plantarum,
Ex quibus sint colligendi
Fructus vel recipiendi
Sine floritura quarum.

24. Cum multa sint florifica,
Quae non fiunt fructifica,
Videre quoque volui,
Si germinassent punica
Mala, quae sunt gratifica,
Sitientium gustui,
Opera dantes fructui
Laudabili et usui
Re privata et publica
Bonorum appetitui
Germina dant et visui
Grandis boni significa.

25. *Nescivi*, sapientia
Qui Dei sum et omnia
Scio semper et video,
Si metuens supplicia
Iam dicam prae angaria
Praevisa patri: redeo
Ad te; nam homo timeo
Mortem nec eam debeo
Natus in innocentia,
Vel oboediendo Deo
Sic vadam mori pro eo
Comparans sua vitia.

26. *Propter quadrigas* saeculi
Aminadab et populi
Me conturbavit anima,
Nam animarum geruli
Omnes mei discipuli
Me donato pro victima
Rupti erunt ad intima,
Nec erit ulla lacrima,
Quam non emittant oculi,
Sola quadriga parvuli
Mei stabit, cui contuli
Ut semper sit firmissima.

Christus ad animam.

27. *O Sulamitis* misera,
Anima rea, propera
Atque ad me *revertere*,
Revertere, accelera,
Quae abisti post scelera
Volendo me relinquere;
Revertere, revertere,
Ut intueamur vere
Te ego et puerpera,
Quae rogare et petere
Pro te et tuo scelere
Non cessat salutifere.

Caput VII.

Mater ad filium.

1. *Quid videbis,* carissime,
Fili mi praedulcissime,
In Sulamite obiecta,
Nisi choros rectissime,
Castrorum et aptissime
Per te a morte erecta?
Nam quaelibet virtus recta
Contra hostes et erecta,
Ut defendatur optime,
Ipsa anima abiecta
Olim, sed a te respecta
Nunc misericordissime.

Gabriel ad virginem.

2. Summi *principis filia,*
Virgo dulcis, egregia,
Quam pulchri sunt tui gressus!
Tibi continua via
Semper est innocentia
Nesciens notam disgressus;
Ob hoc ad te sum ingressus,
Ut primus intus processus
Sit Ave plena gratia,
Finisque sit, ut regressus
Ad Dominum indefessus
Tua monstrem vestigia.

3. Pellibus legis veteris
Fortificatis literis
Typice es calceata,
Calceamentis alteris
Seu pulchrioris operis
Nova lege es parata;
Felix sutor, a quo grata
Calceatura aptata
Calceata efficeris,
Cuius scriptis es ornata
Vel a te sunt haec lustrata,
Quorum paramenta geris.

4. *Iunctura,* virgo, *tuorum*
Feminum virgineorum
Sicut quaedam *monilia*
Fiunt omnium virorum
Per corruptionis thorum
Consortium privantia,
Esse debent firmantia,
Quae manu operaria
Artificis creatorum
Fabricata sunt propria
Pro sola persona dia
In fabrica divinorum.

5. *Umbilicus* virgineus
Tuus florens et floreus
Sicut crater tornatilis
Vel quasi scyphus aureus,
Iuxta quod praecipit Deus
Oboediens et ductilis,
Potus desiderabilis
Donativus et fertilis
Tamquam gratiae alveus,
Constans et defensibilis,
Contra carnem volubilis
Tamquam umbo vel clipeus.

6. *Nunquam indigens poculis*
Vel superfluis epulis
Hic fuit ab initio
Erectis mentis oculis
In caelestibus saeculis
Tua est conversatio,
Exemplo demonstrans pio
Similitudinario
Tam omnibus quam singulis,
Quod, in quibus est ratio,
Caelum habent pro gaudio,
Non gaudentes in saeculis.

7. *Sicut acervus tritici*
Quo panis debet effici
Ad animarum pabulum
Venter tuus debet dici,
Dum corporis dominici
Effectus est vehiculum;
Fame vexatur saeculum,
Ad molens fer patibulum,
Quod gestas, ut famelici
Evadentes periculum
Mortis atque ergastulum
Per te valeant refici.

8. Iste venter est *liliis*
Vallatus pro custodiis,
Et, qui amamus lilia,
Ego cum meis sociis
Quasi apis in ostiis
Assumus pro custodia;
Nulla sunt alvearia,
Ubi apum tot milia
Sunt in cunctis provinciis,
Quot sumus hic de curia
Te habentes in gardia
De omnibus ierarchiis.

9. *Duo tua* sunt *ubera*
Miseris salutifera
Sicut gemelli hinnuli,
Duo capreae aspera
Per deserta et iugera
Saltantes pastus quaeruli,
Pietas tua saeculi
Veniaque et populi
Vitam quaerunt et sunt vera
Ubera plena pabuli
Saltantia, ut singuli
Transferantur ad supera.

10. *Collum tuum* est duorum
Passagium extremorum
Seu medium inter ea,
Ab extremo humanorum
Ad extremum divinorum
Transcendendo empyrea;
Per eum forma turea
Vota scandunt virginea,
Ut supra situm polorum
Sicut turris eburnea
Tu sis scutum et galea
Defensatrixque tuorum.

11. *In Esebon* tristitiae
Et in casu miseriae
Sicut piscinae sunt *tui*
Pleni misericordiae
Oculi lavantes pie
Maculas discontinui,
Non sunt dandi neglectui
Oculi tales, proflui
Pietatis et gratiae,
Nec debent tales renui
Piscinae, quae sunt ob sui
Lavamen necessariae.

12. *Quae sunt in* prima facie
Multitudinis filiae
Sive *porta* civitatis,
Piscinae tuae gratiae
Omnibus sunt propitiae
In casu necessitatis,
Omnibus parantur gratis,
Ad libitum habet satis,
Qui vult accedere pie,
Non sunt in locis firmatis
Vel latibulis relatis,
Cunctis patent notorie.

13. *Nasus tuus* per odores
Discernit optimos flores
Colligendos pro filio,
In quibuscumque foetores
Sunt vel foetidi vapores,
Illos tua discretio
Abicit, quia ratio
Non est, ut tuo gremio
Sic locentur peccatores,
Quod tradantur repudio
Hi, quorum conversatio
Florescit per bonos mores.

14. *Sicut turris* est effectus
Hic *Libani* nasus rectus
Sive recta discretio,
Nam, qui a te est electus,
Nullo foetore infectus
Sub tuo est praesidio;
Felix, qui carens vitio
Foetoris et contagio
A te pie est respectus
Et cuius es defensio
Turris atque protectio,
Vel qui a te est protectus.

15. Tu es illa, *quae* armata
Ut Libanus dealbata
Contra Damascum respicit,
Per cuius est disgregata
Candorem et refutata
Virtus hostis, qui inficit
Animas et se reficit
Ex sanguine, qui allicit
Cor humanum ad peccata;
Tua virtus hunc deicit,
Posse suumque deficit,
Ubi tu es invocata.

16. *Caput tuum* est filius
Tenellus, mollis et pius
Ut Carmelus in gratia,
Eum habes superius,
Teque regit propitius
Provida sapientia,
Tu eius mater, filia
Flores ei et lilia
Collegisti inferius,
Quibus tu, virgo regia,
Eum in amicitia
Coronasti exterius.

17. *Et comae capitis tui*
Affectus eius mutui
Sicut regis sunt *purpura*,
Qui te ornant assidui
Et decorant perpetui
Ut quadam capillatura;
Tua sunt regia iura,
Cum sis sine labe pura,
Ut tuo cedat usui
Dignissima vestitura,
Materia et factura
Stupenda intellectui.

18. Haec purpura caritatis,
Qua tu, mater pietatis,
Ornata es, *canalibus*
Vincta est cum tibi datis,
Coniuncta es praeparatis
Angelis ministrantibus;
Transmissi de caelestibus
Hi referunt hominibus
Gratias collatas gratis,
Rursus, quae sunt in mentibus,
Sursum ferunt se talibus
Monstrantes canales satis.

19. *Quam pulchra es*, dulcissima,
Quam decora, *carissima*,
In supernis *deliciis*,
Sol de tua clarissima
Pulchritudine maxima
Stupet retractis radiis;
Novis florescit gaudiis
Caelum atque praeconiis
De te et omnis anima
Reverberata nimiis
Splendoribus et variis
Tibi servit humillima.

20. *Statura tua est* grata
Et *palmae assimilata*
Aspere vivens in imo,
Superius dulcorata
Atque fructu onerata
Dulcium praedulcissimo;
Tu es a remotissimo
Horizonte et ultimo
Nota, quia exaltata
In loco es altissimo
Atque excellentissimo
Perpetuo collocata.

21. *Et botris tua ubera,*
Quae semper sunt lactifera
Ad pabulum orphanorum,
Comparantur, ut altera
Fiant tamquam vinifera
Ad poculum perfectorum;
Sanguis fit lac parvulorum,
Et lac vinum adultorum,
Vinumque voluta sphaera
Fit filii vi verborum
Sanguis verus, ex tuorum
Viscerum ortus camera.

22. *Dixi* tibi, virgo pia,
Quaedam tua magnalia,
Ut occurrerunt primitus;
Quam plurima sunt alia,
Quae nulla eloquentia
Possunt exprimi penitus.
Missus fui divinitus
Ad te, ut hunc humanitus
Servata innocentia
Recipias; introitus
Eius in te et exitus
Incognita fiet via.

23. *Ascendam* nunc superius
In palmam, quam inferius
Vilem vidi et asperam;
Palmam fecit Deus pius,
Palma sua quando prius
Saeculorum fecit sphaeram,
Hic deorsum poenigeram,
Nunquam aut raro prosperam,
Fructu carentem saepius,
Sursum solum fructiferam
Dantibus iugem operam
Operi, quod est melius.

24. *Fructus eius* sicut prius
Apprehendam superius
Ad locum meum rediens
Et vota tua ocius
Tamquam fidelis nuntius
Renuntiabo haec sciens
Atque, quia fui cliens
Ad te missus oboediens,
Ut voluit mittens pius,
Fructus maiores capiens
Ero et omnis sapiens
Honorabit me amplius.

25. *Et erunt tua ubera*
Sicut botri vinifera
Vineae delectabilis
Fundendo super ulcera
Vinum in forma altera,
Quae plus erit valibilis;
Et sicut tu es fertilis,
Sic et propitiabilis
Eris in gente misera
Factaque favorabilis
Misereberis humilis
Monstrantis tibi vulnera.

26. *Et tui* sunt sancti mores
Sicut malorum odores
Omni circumferentia
Longinquos et propiores,
Primos et posteriores
Pascentes redolentia;
Nulla sunt diversoria
In saeculo vel devia,
Ubi non sit intra fores
Tuae famae fraglantia
Atque odoris copia
Tam per fructus quam per flores.

Virgo ad angelum.

27. *Sicut vinum* fit *optimum*
Guttur tuum dulcissimum,
O archangele nobilis,
Mentem meam et animum
Laetificasti plurimum
Vi verbi amicabilis;
Postquam Deus est humilis
Et huic visa sum habilis
Ad opus suum maximum,
Debeo oboedibilis
Esse et inclinabilis
Recipiens altissimum.

28. *Ad potandum* est *dilecto*
Meo dignum et electo
Labiisque et dentibus
Illius in omni tecto
Ruminandum, nam profecto
Potus sunt ei et cibus
Verba nostra, cum talibus
Caritatis sermonibus
Pulso murmure infecto
Gaudeat nullis dapibus
Cupiens melioribus
Saturari a perfecto.

29. *Ego* iam *dilecto meo*
Me offero, ut floreo
Meo discedat hortulo;
Dic, Gabriel, quod pro eo
Parata sum virgineo
Parato pro se claustrulo;
Praesentia *et* oculo
Eius ad me pro populo
Fiat horto iubilaeo
Conversio, nam flosculo
Pro se servato primulo,
Sicut tu scis, non careo.

Mater ad filium.

30. *Veni, mi dilecte*, vere
Non est tempus, quo latere
Nos debeamus amplius,
In agrum mundi iam vere
Incipientem florere
Egrediamur ocius;
Tu me reges exterius,
Teque feram interius
In montana, ubi vere
In matre fiet obvius
Tuus exsultans nuntius
Se praesentans iam parere.

31. *In villis* multiplicibus
Bethlehem profitentibus
Edicto facto patulo
Oportebit, quod ter tribus
Completis meis mensibus
Commorcmur in stabulo
Monstrando sic spectaculo,
Quod pro villarum populo
Ex cunctis mundi partibus
Atque pro toto saeculo
Ad hunc locum te baiulo
Lumen umbrae colentibus.

32. Deus pater si plantavit
Vineas, quando creavit
Homines, terra saeculi,
Si ibidem te legavit
Et me tecum ordinavit
Mane tui pueruli,
Surgamus facti seduli
Ad vineas has populi
Supponentes, quod mandavit
Nobis pater, quod patuli
Nostri videant oculi,
Quae melius se aptavit.

33. *Videamus, si* Iudaea,
Tua dilecta *vinea*,
Floruit, et quales fiunt
Flores et fructus in ea,
Si virtute intranea
Flores, fructus parturiunt;
Sunt vineae, quae faciunt
Fructus, qui nihil sapiunt
Nisi accida terrea,
Quae tibi non sufficiunt
Neque mihi conveniunt,
Amanti quae sunt mellea.

34. Debemus quoque videre,
Si mala punica vere
Apostoli *floruerunt;*
Ex nunc iam debent florere
Et tibi se adhaerere,
Si salutis grana ferunt
Corticemque duram gerunt
Ad mala, quae post haec erunt,
Paratis tibi placere,
Grana quoque sua serunt
Et in praedicando quaerunt
Salutem cunctis praebere.

35. Ubi humani generis
Compatieris miseris,
Ibi tibi dabo grata
Ubera mea, pueris
Novae legis et veteris
Qualia non sunt donata;
A te sunt sanctificata
Atque privilegiata
Uberibus prae ceteris,
Plena gratia rorata
Caelitus et destillata
Emanante a superis.

36. Ad primum lucis radium
In portis nostris tam pium
Scilicet tui nascentis
Sanctumque puerperium
Meum propinans gaudium
Caelo atque elementis
Mandragorae orientis
Mysticis e documentis
Numerum suorum trium
Ad olfactum omnis gentis
Dederunt affectu mentis
Odorem laudis proprium.

37. Ad tuae laudis propria,
Dilecte mi, praeconia
Tibi omnia *servavi*
Vetera testimonia
Et nova evangelia,
Poma odore suavi
Fraglantia, nam pensavi
In me et consideravi,
Quod tota diligentia,
Facundia et mea vi
In publico et conclavi
Te laudandi sum nescia.

Caput VIII.

Christus ad hominem.

38. *Quis mihi det fratrem meum*
Te, hominem extraneum
Factum mihi per peccata?
Si me offendisti Deum
Et te supportare reum
Velim gratia parata,
Decet sponsalia grata
Fieri inusitata
Inter me et te terreum
Ita, quod sint confirmata
A patre meo et rata
Ad pacificandum eum.

39. Tunc faciam te in gentem
Magnam, scilicet *sugentem*
Ubera matris virginis
Meae, quam habes clementem,
Mitem et compatientem
Tibi, o fili hominis;
Hanc honora dulcedinis
Atque mansuetudinis
Tibi lac suum praebentem,
In casu desolaminis,
Miseriae et turbinis
Semper tui miserentem.

40. *Ut te foris inveniam*
Per dignam paenitentiam,
Meum est desiderium;
Celanti conscientiam
Patri suo nunquam fiam
Promptus in adiutorium;
Non est dandum remedium
Fugienti consilium,
Velanti mentem sauciam;
Monstra vulnus et vitium
Exiens sic in medium.
Et tunc tibi subveniam.

41. *Et* toto desiderio,
Ut *deosculer*, cupio
Te purgatum a sordibus,
Ut mei oris unio
Tuique et coniunctio
Fiat strictis amplexibus;
Quod fiet, cum sermonibus
Meis assumptis dulcibus
Tua erit locutio,
Et labia murmuribus
Sive detraetionibus
Non dederis aut iurgio.

42. *Et* si moriens abiectus
Olim fui et despectus,
Nec est ullus, qui nesciat
Fructus habens et profectus
Et ob hoc salvus effectus,
Iam me nemo despiciat;
Honor ex nunc mihi fiat,
Et se mihi subiciat,
Qui non adhuc est subiectus,
Cum nullus me effugiat
Et vitium patefiat,
Quo quilibet est infectus.

43. Homo, si tu volueris,
Fugere me non poteris,
Apprehendam te subito,
Si videro, quod fueris
Corrector tui sceleris
Et declinans a vetito,
Adducam te satis cito
Plus gratia quam merito
In domum matris, et eris
De omni tuo placito
Dominator pro libito,
Si eidem servieris.

44. *Et* ingressus *cubiculum*
Meae et tabernaculum
Genetricis carissimae
Percipies ad oculum,
Quod sola habet titulum
Sanctitatis dignissimae,
Quodque sanctorum animae,
Quae mihi fiunt proximae,
Hanc habent inspectaculum
Et ei devotissimae
Serviunt et humillimae
A saeculo in saeculum.

45. *Ibi me docebis* vere,
Quid iam debebo facere,
Nam, iuxta quod servieris
Matri meae puerperae
Diligenter vel temere,
Reus vel expers sceleris
Per me effectum operis
Echo praemiatus eris
Adaequato de munere,
Quamquam favore generis
Gratia mea miseris
Plus velit retribuere.

46. *Et dabo tibi poculum*
Post carnis meae pabulum
Ex vino facto sanguine
Condito per oraculum
Vivae vocis per saeculum
Propaginato germine,
Non quod conditum sit sine
Me aliquo conamine
Sacerdotum vel praesulum,
Nam cum omni sum homine,
Etiam pleno crimine,
Parante tantum ferculum.

47. *Et malorum granatorum*
Mustum donabo *meorum*
Tibi, si velis habere;
Ad medicinam languorum,
Fervens doctrina doctorum
Plurimum solet valere;
Si mundo habes languere,
Mala ista tibi quaere
Substantiamque eorum
Ede, bibe, ea tere,
Mustum fac, quod te fervere
Faciat vi mandatorum.

Christus de ecclesia.

48. Homo, si de ecclesia
Scire vis aliqualia,
Laeva eius sub capite
Meo, cum temporalia
Patri sunt reclamantia
Molestata indebite,
Ita pulsat sollicite
De allata illicite
Sua gravi molestia,
Quod caput levare rite
Oportet me insolite
Pro agenda iustitia.

49. *Dextera* tamen *illius*,
Qua se regit prosperius,
Id est per spiritalia,
Amplexabitur dulcius
Me turbata et firmius,
Cum eius sum fiducia;
Nam unita potentia
A sua parifaria
Recollecta interius
Fortior ad contraria
Sicut quam multifaria
Se diffundens exterius.

Ad impedientes spiritales.

50. *Adiuro* igitur piae
Ierusalem vos filiae,
Ne ex toto *suscitetis*
Hanc *dilectam*, nam facie
Prima quasi notorie
Evidenterque videtis,
Quodsi eam propulsetis
In dextera nec curetis
De sua in me requie,
Vos cum ea succumbetis
In foveam, quam scietis
Magnae esse miseriae.

51. *Neque* hanc *evigilare*
Faciatis; dico quare:
Quia vigilo pro ea.
In pace debet pausare,
Quae nunquam novit pugnare
Armis, hasta vel galea;
Preces et vox spontanea
Laudis sunt eius ferrea,
Quibus solet se armare,
Donec facta Macchabaea
Ipsa velit, nisi ea
Non licet sibi portare.

Virgo de ecclesia.

52. *Quae est ista, quae ascendit*
De deserto, quam defendit
Dilectus meus filius?
Ipsa est, pro qua descendit
Et pro qua suum expendit
Sanguinem hic inferius;
Synagoga fuit prius,
Quam relictam propitius
In deserto apprehendit,
Eo quod iam ulterius,
Ut *deliciis* amplius
Fiat *affluens*, intendit.

53. *Innixa* potentissime
Fortiter et firmissime
Super meum atque *suum*
Dilectum constantissime
Atque immobilissime
Manebit in perpetuum;
Eam impetus fluctuum,
Flatus venti in vacuum
Impingent et vanissime,
Sustentatorem strenuum
Habet atque praecipuum
Fundamentum potissime.

Christus ad hominem.

54. *Sub arbore malo* fuit,
Quo primus homo corruit
Fructu gustato suavi,
Sed non tantum tunc obfuit,
Quantum per me post profuit,
Plexum ob hoc morte gravi;
Pelicano factus avi
Similis *te suscitavi*,
Nec sanguis meus latuit,
Quando in corde notavi
Pie et consideravi,
Quod facere oportuit.

55. *Ibi* sub illa arbore
Carens virtutis robore
Corrupta est mater tua,
Malum gustans malo ore,
Ibi violata flore
Genetrix tua fatua
Est de voluntate sua
Appetente incongrua
Praemonente temptatore
Ita, quod facta nocua
Fecit mala perpetua
In omni posteriore.

56. *Super cor tuum* mobile
Multum et variabile
Pone me ut signaculum,
Ut quocunque volubile
Fuerit vel vertibile,
Me habeat ad oculum,
Ut etiam *signaculum*
Super brachium singulum
Tuum me habe, ne vile
Opus agas, quod scrupulum
Sapiat aliquantulum
De iure non factibile.

57. *Quia fortis dilectio*
Ut mors est, te iam cupio
Praemonere salubriter,
Ut sicut separatio
Per mortem et divisio
Ab invicem fit graviter,
Sic te mihi suaviter
Et inseparabiliter
Iungat amoris unio
Ita, quod primo fortiter
Et fortius finaliter
Amborum sit coniunctio.

58. *Sicut infernus* est *dura*,
Detestanda omni cura
Nutrix contumeliarum,
Aemulatio, quae plura
Patravit pessima iura
In pluribus curiarum;
Lampades eius flammarum
Ignis atque furiarum,
Lampades plus adustura
Servientis, quam bonarum
Legum vel iustitiarum
Clara illuminatura.

59. *Aquae* tribulationis
Multae et turbationis,
Quae mundo solent fluere,
Non potuerunt in bonis
Ortae fidei colonis
Caritatem extinguere,
Nec obruent illam vere
Flumina pestis asperae
Et tyrannizationis,
Quoniam novit pascere
Se ipsam omni genere
Saevae persecutionis.

60. *Si homo omnem* variam
Domus suae substantiam
Donet pro dilectione,
Quasi nihil eximiam
Effectam sive nimiam
Eius comparatione,
Eam actu et sermone
Atque cogitatione
Despiciet ut scoriam,
Nam dilectioni bonae
Mundi transmigratione
Non comparatur quidpiam.

61. *Soror, nostra* dilectio,
Mecum matris in gremio
Semper uterina fuit,
Alendam ab exordio
Tibi dedi pro pretio,
Quod tunc dari non licuit;
Sed video, quod profuit
Parum, quia apparuit
Mihi *parva* et iam scio,
Quod eandem, ut decuit,
Non nutristi, quod arguit
Prima sui ostensio.

62. Fertilissima *ubera*
Deberet et lactifera
Propter proximos habere,
A sinistra et dextera
Quasi usque ad viscera
Semetipsam exhibere;
Et iam, ut potest patere,
Ubera *non habet* vere,
Nulli est pabulifera,
Aliter illius gere
Curam, si vis obtinere
Promissa inde munera.

Filius ad matrem.

63. *Quid faciemus sorori*
Nostrae, inter nos maiori,
Licet parvae in saeculo,
In die salubriori,
Quando est medio thori
Alloquenda pro populo?
Per te, mater, me consulo
A te saepeque postulo
Consilium, ut honori
Tuo cedam, cum titulo
Te cupiam in patulo
Honorare digniori.

Mater ad filium.

64. *Si murus est* dilectio,
Ut mundi sit defensio
Quasi flammea rumphea,
Aedificemus regio
Cultu et artificio
Super eam *argentea*
Propugnacula, quae mea
Praeconia virginea
Cum tuo semper praevio
Verbi divini framea
Defendant facta ignea
Toto fidei studio.

65. Et *si* ipsa *est ostium*
Expellens omne vitium,
Illud tabulis cedrinis
Compingamus, ut proprium
Sit ei sese obvium
Dare linguis serpentinis,
In omnibus disciplinis
Atque etiam doctrinis
Iungendum est remedium,
Ut semper sit bonus finis,
Et servetur a ruinis
Consummatum negotium.

Virgo ad angelos.

66. Si murus est dilectio,
Ego murus; probatio:
Nam meum est defendere,
Quod claudo et recupio,
Et qui conamine pio
Se mihi volunt iungere,
Pro omni meo genere
Volenti se committere
Mihi, ego defensio
Facta sum, sciens pellere
Hostes atque excludere
De locis, quos custodio.

67. *Ex quo* fui oboediens,
Dilecto semper faciens
Sancta et iusta opera,
Et *facta sum* eum sciens,
Coram eo reperiens
Quasi pacem et foedera,
Mea facta sunt *ubera*
Sicut turris belligera,
Ad quae qui est refugiens,
Salvabitur a vipera
Et ab omni pestifera
Aerumna, quam est patiens.

68. Christus, vitis et *vinea*
Pullulans in terra mea
Et faciens me florere,
Propaginatus fovea
Mundi *fuit* vel *in ea*,
Quae habet populos, vere
Pacifico se praebere
Semper vult et exhibere
Caritate spontanea,
Nec vult, quod eum plus ferae
Vindemient, ut fecere,
Sed maneant in Iudaea.

69. Se credens sacerdotibus
Tractandum suis manibus
Tamquam propriis colonis
Eam quasi *custodibus*
Tradidit pervigilibus
Oculis discretionis;
Sanctae conversationis
Et magnae perfectionis
Debent esse in omnibus,
Qui tantis gratiae donis
Privilegiantur bonis
Prae ceteris hominibus.

70. *Pro fructu eius* vineae,
Quem mundo dant manus meae,
Vir devotione motus
Affert mihi spontaneae
Vota mentis intranee
Et vult esse meus totus;
Mille argenteos lotus
A peccato atque fotus
Stilla caelestis oleae
Valet, cum omnis devotus
Melius sit mihi notus
Quam quaeque res argenteae.

Virgo ad homines.

71. *Vinea mea* fertilis,
Filius meus nobilis,
Quem debent cuncti noscere,
Coram me est transibilis;
Per me fit et donabilis,
Venite omnes propere,
Festinate recipere,
Hunc parata tribuere
Sum vobis favorabilis;
Nulla est vinca vere,
Quae sic possit proficere
Super omnes valibilis.

72. *Mille tui pacifici*
Sint, si potes, et amici,
Non quidem propter utile,
Sint et tibi gratifici
Omnes, sed non ut Stoici,
Hoc est ob delectabile,
Ob bonum honorabile,
Honestum et laudabile
Amicitia confici
Debet, et detestabile
Atque vituperabile
Est de contrario dici.

73. *Et* quia pax potest dici
Bonum, quod est in duplici
Caeli, mundi regione,
Ut *ducenti* gratifici
Terrigenae et caelici
Numeri perfectione;
His assunt, *qui* in sermone,
Actu et intentione
Custodiunt pacifici
Fructus eius, quia bonae
Paci in perfectione
Nil compar potest conspici.

Filius ad matrem.

74. *Quae in hortis* florentibus
In floridisque mentibus
Habitas, o mater pia,
Scias, quod complacentibus
Amici nostri auribus
Auscultant nostra dulcia,
Quae dicimus, eloquia,
Ut ea mente sobria
Cum animae affectibus
Tractent sperantes praemia
Inde supercaelestia
Cum nostris caris civibus.

75. Nunc, mater, *fac me audire*
Vocem tuam, nam abire
Ad quaerendum peccatores
Volo, si tu consentire
Velis et non contraire
Odiens suos errores;
Dicas ergo et perores
Iam, qualis interior es,
Si vis, quod eos perire
Sinam vel gratiae fores
Eisdem superiores
Pandam parcens meae irae.

Mater ad filium.

76. *Fuge, dilecte mi*, cito
De meo beneplacito
Est, quod tu velis salvare
Omnes gentes, supposito,
Quod a suo illicito
Humiles velint cessare;
Capreae assimilare
Scienti se festinare
Hinnuloque indomito
Cervorum nolenti stare
Super montes vel pausare
Aromatum et pergito.

Expliciunt cantica canticorum.
Et sic finis.

Collect. ms. Claraevallense saec. 15. Cod. Trecen. 1612. — Caput II. 21, 12 oculatus. — Caput III. 18, 12 compotorum. — 25, 3 Seu pertinaciter. — Caput V. 9, 9 Et stans. — 13, 2 zu diesem Vers bemerkt die Hs.: Ego sum Alpha et O; et nota, quod in Aegypto et Syria columbae sunt gerulae literarum. — 15, 9 dazu die Hs.: Velum est excusatio: „Quoniam virum non cognosco“. — 22, 5 letillima. — 36, 5 hierzu die Hs.: Cato: S Deus est animus. — 11, 7 danti. — Caput VII. 26, 10 olfatum.

Petrus Olavi,

Confessor generalis Vastenensis,

† 1378.

Magister Petrus Olavi war geboren zu Skeninge in Östergotland: sein Vater hiefs, wie sein Beiname besagt, Olaf, seine Mutter Botilda. Wo er studiert, wo und wann er den geistlichen Stand ergriff, besagt die uns erhaltene kurze Biographie des Gerwinus von Vadstena nicht, sondern unterhält uns fast ausschliefslich mit Wunder- und Spukgeschichten. 1346 war Petrus Olavi Vorstand des Heiliggeistspitals seiner Vaterstadt. In diesem Jahre nahm ihn die hl. Birgitta zu ihrem Seelenführer und Reisebegleiter nach Rom. Nach ihrem Tode und der Überführung ihrer Gebeine nach Vadstena leitete er als erster Beichtiger dieses Kloster (Toti congregationi fratrum et sororum vigili et paterna cura praeerat, in temporalibus et spiritualibus moderatissimus dispensator). Er ist nicht zu verwechseln mit seinem Namensgenossen, dem Cistercienser Petrus Olavi, Prior von Alvastra, der ebenfalls Beichtvater und Reisebegleiter Birgittas war (duo confessores beatae Birgittae, magister Petrus Olavi et dominus [Petrus] Olavi). Jener starb den 16. Sept. 1378 und wurde in Vadstena begraben; dieser verschied den 9. April 1390, und ward in Alvastra beerdigt. Von jenem schreibt das Diarium Vazstenense: In crastino octavae nativitatis beatae Mariae virginis obiit magister Petrus, primus confessor generalis in Vazstenom. Hic magister et confessor fuit s. Birgittae, permanens in virginitate per omne tempus vitae suae. Hic dictavit cantum sororum, de quo multa bona alibi inveniuntur. Der Prior Olavi zeichnete die Offenbarungen der hl. Birgitta auf und übersetzte sie ins Lateinische. Ein dritter Petrus Olavi starb zu Vadstena 1438.

Der Cantus sororum, den Magister Petrus Olavi verfafste, ist das marianische Officium, zu dem er die im nachstehenden mitgeteilten Hymnen dichtete: Der Text ist nach den folgenden Handschriften wiedergegeben: Collect. ms. Vastenense saec. 15. Cod. Upsalen. C 432. (A). — Collect. ms. Suecicum (Vastenense?) saec. 15. Cod. Upsalen. C 8 (B). — Brev. ms. Brigittinum saec. $14/15$. Cod. Coll. Germanici s. n. (C). — Brev. ms. Brigittinum anni 1522. Clm. Monacen. 23066. (D). — Andere Handschriften: Berlin, Ms. theol. lat. IV° 19 und 72; Haag, K 65; Kopenhagen, Thott. 538; Maihingen II 1. 4° 35; Oxford, University College 25. Aus A hat Klemming die Hymnen herausgegeben in den Piae Cantiones in regno Sueciae olim usitatae II, 1 ff. Da sie aber dort nicht als ein Ganzes mitgeteilt, sondern an verschiedenen Orten zerstreut sind, habe ich bei jedem Liede die Seite bemerkt, auf der es bei Klemming zu finden ist. — Vgl. Antiquarisk Tidskrift för Sverige V (1895) S. 294—312; S. 415 ff. — Benzelius, Diarium Vazstenense, Upsaliae 1720, S. 2.

362. (1.) Die Dominica.

Ad Nocturnum.

1. O trinitatis gloria,
Caelestis decus curiae,
Sponsa regis altissimi
Suique mater filii,

2. Te Deus ab initio
Sanxit reginam gloriae,
Super cuncta, quae fecerat,
Te dominam patraverat.

3. Unde poli, tellus, mare
Et quidquid in se continent,
Te laudant iure debito
Tam gratam summo Domino.

4. Virgo, Deo gratissima
Cunctorum, quae creaverat,
Sibi gratos nos effice,
Quos sanguine redemerat.

5. Maria, mater gratiae,
Mater misericordiae.
Tu nos ab hoste protege
Et hora mortis suscipe.

6. Gloria tibi, Domine,
Qui natus es de virgine,
Cum patre, sancto spiritu
In sempiterna saecula.

3, 2 Et fehlt bei Klemming, nicht aber in seiner Quelle: continet C. — 4, 1 Dei D. — 4, 4 redimerat C. — 5, 4 Et in hora C. — Str. 5 und 6, welche Entlehnungen aus älteren Hymnen sind, kehren als letzte Strophen in jedem Liede des Petrus Olavi wieder und sind in der Folge im Abdruck fortgelassen. — Klemming II, 138.

363. (2.) Die Dominica.

Ad Laudes.

1. Alme pater, qui filium
Fecisti unigenitum
Nasci pro nobis miseris
Ex alvo castae virginis,

2. Da nobis te diligere
Semper pro tanto munere,
Natum cum matre colere,
Caste ac pie vivere.

3. Ne mors incaute veniens
Mortis reos perpetuae
Inveniat, nos faciens
Vita carere gloriae.

4. Patris natique spiritus,
Te nostris infer cordibus,
Quos purgasti baptismate,
Tuo fove carismate.

4, 4 Carere vitae D. — Klemming II, 1 u. f.

364. (3.) Die Dominica.

Ad Horas.

1. O veneranda trinitas,
O trium una deitas,
Lustra vero nos lumine
Pro virginis precamine,

2. Quam matrem ante saecula
Lucis aeternae sanxeras,
Ut bona semper agere
Cernamus, mala fugere.

Klemming II, 6.

365. (4.) Die Dominica.

Ad Vesperas.

1. Lux Deus indeficiens,
Cedente solis radio
Illustra domicilium
Pie nostrorum cordium.

2. Qui virginem inhabitans
Fulgebas super aethera,
Nunc habitans in aethere
Nos infimos illumina.

3. O stella solem pariens,
Mortis tenebras effuga,
Quas solet hostis invidus
Vagis inferre mentibus.

4. Ut sopitis corporibus
Deo corda adhaereant,
Voluntas semper maneat
Ad nutum prompta Domini.

5. Correctrix cogitatuum,
Verborum sis et actuum,
Ut te iuvante omnia
Tuo nato sint placita.

1, 1 Laus Deus indeficiens D. — 4, 1 Et sopitis C. — Klemming II, 131.

366. (5.) Die Dominica.

Ad Completorium.

1. In genitore genitus
Et genitor in genito,
In utroque paraclitus,
Uterque in paraclito,

2. Hi Mariae virginea
Manentes inter viscera
Sedem inter angelica
Summam tenebant agmina.

3. In his una divinitas
Et in hac sola femina
Fulget clara virginitas
Et fecunda maternitas.

4. Eiusque solum filium
Verum Deum et hominem
Confitemur, nec alium
Matrem habere virginem.

5. Ubique praesens optime
Deus et potentissime,
Nos te timentes respice,
Precantes te non despice.

2, 1 In Mariae B; Maria C. — 2, 2 intus C. — 2, 4 Summam fehlt bei Klemming, nicht aber in seiner Quelle; Summa D. — 5, 1 Ubique precens B. — Klemming II, 3 u. f.

367. (6.) Feria Secunda.

Ad Nocturnum.

1. Per se lucens carbunculus
Luce non eget alia,
Sic Deus aeternaliter
Sibi solus sufficiens.

2. Claros creavit angelos
Ex bonitate propria,
Volens eos participes
Effici suae gloriae.

3. Exercitus angelici
Mox, ut se factos viderant,
Ipsorum quidam tumidi
Suum factorem spreverant.

4. Hi ruunt in miseriam,
Deum laudantes reliqui
Per te, Maria, noverant
Suam fracturam erigi.

Klemming II, 139 u. f.

368. (7.) **Feria Secunda.**

Ad Laudes.

1. In throno Deo proximo
Tu, virgo sacra, residens,
Super cuncta placabilem
Te sibi thronum exhibens.

3. In te creator omnium
Quievit temporaliter,
In quo tu, virgo virginum,
Quiescis aeternaliter.

2. Te throni cum angelicis
Collaudant potestatibus,
Te concinunt altisonis
Caeli caelorum laudibus.

4. Ex te laetatur iugiter
Tota caelestis curia,
Ex te speramus gaudia,
Qui sumus in angustia.

Klemming II, 130.

369. (8.) **Feria Secunda.**

Ad Horas.

1. Virgo fulgens virtutibus
Prae creaturis omnibus,
Nostris pulsis criminibus
Infer virtutes mentibus.

2. Tu nos errantes corrige,
Tu nos cadentes erige,
Manum benignam porrige,
Nociva semper abige.

Klemming II, 150.

370. (9.) **Feria Secunda.**

Ad Vesperas.

1. Deus, plasmator hominis,
Intactae fili virginis,
Qui libertatem dederas
Nobis, quos tu condideras.

3. Tu induratos despicis,
Tu paenitentes respicis,
Se deprimentes relevas,
Se extollentes superas.

2. Qui angelos et homines
Hac abutentes gratia
Tua, iudex aequissime,
Afflixisti iustitia,

4. Qui monita complentibus
Tua vitam promiseras,
Confer nobis alacriter
Complere, quidquid iusseras.

5. Ut cum iudex adveneris
Ite, venite referens,
Matris prece nos socies
His, quos dextra locaveris.

1, 2 filii C. — 2, 1 homines et angelos D. — 4, 2 Tuam CD. — 5, 3 preces C. — Nach 5, 4 hat A statt des Anfanges *Maria mater gratiae* die Worte: *Sacra mater cum.* — Klemming II, 58.

371. (10.) Feria Secunda.

Ad Completorium.

1. Caelestis erat curia
Pulchris repleta floribus,
Pars nona quorum marcuit
Ex aquilonis furia.

2. Hinc austro flante placido
Tellus rigatur sterilis
Imbre vere salvifico,
Per quem fiebat fertilis.

3. In valle virens lilium
Crevit ex cuius semine,
Montis Dei fastigium
Decoro floret germine.

4. Christe, semen peroptimum
Pulchre florentis lilii,
Nobis te ipsum insere
Dando fructum solacii.

1, 3 Pars nova D. — 2, 3 Imber D. — 4, 1 Ipse semen D. — Klemming II, 36.

372. (11.) Feria Tertia.

Ad Nocturnum.

1. Deceptae verbo coniugis
Primus homo consentiens
Stulte iussis dominicis
Factus est inoboediens.

2. Hic eiectus est misere
A paradisi gloria,
Mundum coactus visere
Vivendo in penuria.

3. Immortalis qui fuerat,
Factus est morti deditus,
Vir fere compar angelis
Mundi ferarum socius.

4. Huic Deus intellegere
Dedit, quod nasci voluit
Ex una clara virgine;
Nam se peccasse doluit.

2, 1 miser C. — Klemming II, 37 u. f.

373. (12.) Feria Tertia.

Ad Laudes.

1. Dolens Adam ex famine,
Quod Evae serpens edidit,
Lugens ex paenitudine,
Quod ipsa sibi credidit,

2. Gavisus est de virgine,
Quam novit Deum parere,
Suggestoris intellegens
Verbis hanc nunquam credere.

3. Luxit uxorem propriam
Fuisse superbissimam,
Gaudens praescivit filiam
In omnibus humillimam.

4. Quae per oboedientiam
Caeli portas aperuit,
Quas mater per superbiam
Cunctis praecludi meruit.

2, 3 Suggestorum, Klemming gegen seine Quelle. — Klemming II, 123 u. f.

374. (13.) Feria Tertia.

Ad Horas.

1. Veni, creator spiritus,
Qui prophetarum cordibus
Illapsus es, ut canerent
Deum nasci de virgine.

2. Qui paraclitus diceris,
Sis consolator miseris
Huius precatu virginis,
Quam castam matrem feceris.

Klemming II, 115.

375. (14.) Feria Tertia.

Ad Completorium.

1. Victum vitalem tribuit
Deus humano generi,
In quem virus evomuit
Hostis verbo mendacii.

2. Corda vatum ingurgitat
Sacrum flamen dulcedine,
Quos ad profandum incitat
De mira quadam virgine.

3. Quae sicut Aaron virgula
Fructum daret mirifice,
Qui vitae ferret pocula
Laesis hostis a famine.

4. O Iesu, summa veritas,
Mane nobiscum iugiter,
Hostis saevi ne falsitas
Nos perimat fallaciter.

2, 3 ad prophetandum D. — 3, 4 hostis affamine A. — Klemming II, 143.

376. (15.) Feria Tertia.

Ad Vesperas.

1. Virgo Deum laetificans,
Solamen praestans angelis,
Dans protoplaustis gaudium
Te nascituram praesciis,

2. Patriarcharum cordibus
Praestitisti solacium
Et prophetarum mentibus
Te nasci praecinentium.

3. O quanta tuis gaudia
Collata sunt parentibus,
Ex Dei magna gratia
Te talem praescientibus!

4. Quis est, quem non laetificet
Matris Dei conceptio,
Ipsius ei si placet
Iucunda generatio?

5. Da nobis ergo, domina,
Ortum tuum sic colere,
Ut nostra solvas crimina
Tuo pio precamine.

1, 4 nascitur C. — 2, 2 Praestiti C. — Nach Str. 5 hat nur B eine weitere Str.

Tu plasmatorum omnium
O mira praepolentia,
Tu placa nobis filium,
Referta plena gratia.

In A finden sich nur zwei Zeilen dieser Strophe als Versiculus und Responsorium. — Klemming II, 143 u. f.

377. (16.) Feria Quarta.

Ad Nocturnum.

1. Errorum pleno tenebris
Mundo lumen exoritur,
Matris ex alvi latebris
Maria cum egreditur.

2. Lux lucem gignens panditur
Pulsa mortis caligine,
Nexus peccati solvitur
In te sacrata virgine.

3. Tu luna carens nebula,
Superni solis radius,
Quo refulgente iacula
Hostis vitantur cautius.

4. Tu crystallinus thalamus,
Quo residens rex gloriae
Per te fecit propitius
Finem nostrae miseriae.

1, 1 Decorum pleno. — Klemming II, 124.

378. (17.) Feria Quarta.

Ad Laudes.

1. Tu miro micans lumine,
Maria, stella nautica,
Nos a mortis voragine
Perduc ad regna caelica.

2. Tu nectare suavior
Cunctis te praegustantibus,
Tu solis luce clarior
Te cernere conantibus.

3. Tu vere fragrans lilium,
Cuius odore trahitur
Ad te Deus, ut habeat
Te sibi domicilium.

4. Ergo pie nos miseros
Trahe tua fragrantia,
Ne trahamur ad inferos
A mundi petulantia.

3, 1 flagrans D. — Klemming II, 148.

379. (18.) Feria Quarta.

Ad Horas.

1. Ignis ardore triplicis
Mundi decor emarcuit,
Erupit fons in medio
Terrae, per quem refloruit.

2. O virgo, fons laetitiae,
Tu corda nostra marcida
Irriga rore gratiae,
Sint ut virtute florida.

1, 2 decore C. — 2, 3 rore gloriae C. — Klemming II, 129 u. f. — Die Hymnen zur Vesper und Komplet des Mittwochs sind nicht von Petrus Olavi, sondern Entlehnung, nämlich die Hymnen Gaude visceribus mater in intimis (Dan. I, 245) und Fit porta Christi pervia (Dan. I, 21). Dasselbe gilt von den sämtlichen Hymnen des Donnerstags mit Ausnahme des Hymnus zur Komplet. Diese anderweitig entlehnten Hymnen sind:

Feria 5. ad Noct. Quem terra, pontus, aethera (Anal. II, 38).
„ 5. „ Laud. Isaias quae cecinit (Klem. II, 151).
„ 5. „ Horas. Rex Christe clementissime (Klem. II, 62).
„ 5. „ Vesp. Ave, maris stella (Anal. II, 39).

380. (19.) Feria Quinta.

Ad Completorium.

1. Sponsae iungendo filio
In claritatis thalamo
Collateralis socius
Pater erat et spiritus.

2. Stola nova induitur
Hic domicellus nobilis,
Decora pompa graditur
Sponsae vestitu similis.

3. Venter Mariae thalamus
Sponsaque eius anima
Sponsusque Christus Dominus,
Vestis trabea carnea.

4. O sponsam fecundissimam,
Quae replet caeli curiam
Ad laudem regis gloriae
Venustae prolis agmine!

Klemming II, 143.

381. (20.) Feria Sexta.

Ad Nocturnum.

1. Relictis mundi frivolis
Iocis vanisque gaudiis
Revolvamus in animis
Nati tormenta virginis.

2. Qui vere lympha triplici,
Fletu, sudore, sanguine
Mundavit nos multiplici
Coinquinatos crimine.

3. Pensemus matris tremuli
Spinas cordis acerrimas,
Dum vidit corpus filii
Poenas pati quam plurimas.

4. Fons vitae siti aruit,
Qui vitae potum tribuit,
Cui fel pro favo redditur,
Dum de siti conqueritur.

5. Auxit dolores filii
Dolor matris, et auctus est
Matris dolor opprobriis,
Quae cum poenis perpessus est.

6. Sic nostra corda penetret,
O Iesu, tua passio,
Ut semper nos inhabitet
Tua vera dilectio.

2, 4 Coinatos C. — 5, 1 Ausit doles ABC. — 5, 2 et auctus est B. — 6, 2 ff. fehlen A. — Klemming II, 83.

382. (21.) Feria Sexta.

Ad Laudes.

1. Rogatus Deus rumpere
Caelos et huc descendere,
Venit nobis in virgine
Nos volens salvos facere.

2. Sputa, flagella, lancea,
Minae, probra, crux, verbera,
Clavi, spinae, mors, vulnera,
Fel, vincla, carnis tubera,

3. Haec sunt, quae virgo viderat
Suo parari filio,
Qui liberare venerat
A gravi nos exsilio.

4. Patibulo suspenditur,
Latronibus coniungitur,
A cunctis fere spernitur,
Sic desolatus moritur.

5. O quam praedigni rivuli
In cruce Christi sanguinis
Et, quos fuderunt oculi
Sub cruce matris virginis!

6. Sic nostra corda penetret,
O Iesu, tua passio,
Ut semper nos inhabitet
Tua vera dilectio.

Klemming II, 84 u. f. — Von diesem Hymnus ist eine Bearbeitung, die namentlich überall den reinen zweisilbigen Reim herstellt, in die nordischen Breviere übergegangen, so in das Stregnense, Aarhusiense, Roschildense. Vgl. diese Bearbeitung bei Klemming II, 186.

383. (22.) Feria Sexta.

Ad Horas.

1. Summae mater laetitiae,
Summae plena maestitiae,
Perscrutans regem gloriae
Subdi mortis angustiae.

2. Da nobis mundum spernere
Et sedulo recolere,
Quae passa es cum filio
Pro nobis tam propitio.

1, 4 Subdit B. — Klemming II, 147.

384. (23.) Feria Sexta.

Ad Vesperas.

1. Sol occidit iustitiae,
Poli nigrescunt sidera,
Petrae scinduntur arduae,
Mundi tremiscit machina.

2. Lux oritur in tenebris,
Orcus privatur spoliis,
Cum lucro natus virginis
Redit pro dono sanguinis.

3. Celsi tonantis pharetra
Maria condens iaculum,
Hostem ferum traiciens
Totum turbantem saeculum.

4. Emissum telum Christus est
A patre mortem feriens,
Qua caesa nos vivificat
Ad patrem vivus rediens.

5. O summi plena gaudii
Mater post mortem filii,
A culpis nos evacua,
Reple virtutum gratia.

2, 3 Ortus privatur CD. — 3, 3 Hostem verum D. — 5, 1 O summa. — Klemming II, 142 und f.

385. (24.) Feria Sexta.

Ad Completorium.

1. Rubens rosa tunc palluit,
Dum nati mortem doluit
Virgo, quem vox prophetica
Dixit passurum talia.

2. Aurum in luto conditur,
Quo totus mundus emitur,
Dum Christus terrae traditur
Nec surrecturus creditur.

3. Mariae spes non periit,
Plebs tota quamvis abiit,
Haec sola fidem tenuit
Sperans, quod ipse dixerit.

4. O lucernam clarissimam,
Quae totam mundi machinam
Obumbratam caligine
Suo lustrabat lumine!

5. Ramum columba deferens
Noë signum clementiae
Mariae typum gesserat,
Spem afferentis veniae.

6. Memento nostri, domina,
Nostras mentes irradia,
Spe firma, fide integra
Et caritate fervida.

3, 4 dixerat Klemming gegen seine Quelle. — 4, 1 lucerna clarissima BD. — Klemming II, 140 u. f. — Sabbato ad Noct. der Hymnus: O gloriosa domina, Anal. II, Nr. 27, Str. 5 ff.

386. (25.) Sabbato.

Ad Laudes.

1. Non passus est rex gloriae
Corpus matris putrescere,
Ex quo suscepit hostiam,
Qua summam pandit gratiam.

2. Immo vexit cum anima
Hoc in caeli palatia,
Suscepturum perennia
Cum trinitate gaudia,

3. Ut sicut tota trinitas
Simul mansit in virgine,
Ita cum ipsa sisteret
Tota virgo sine fine.

4. Hinc plaudat aula caelica,
Mundi laetetur machina,
Omnis factura iubilet
Laudesque Deo personet.

5. Linguarum nulla sileat,
Nec iubilando torpeat
Ullius cor, sed gaudeat,
Ut Deo grates referat.

2, 1 vescit C. — 3, 1 Et sicut D. — Klemming II, 132. —

387. (26.) Sabbato.

Ad Horas.

1. Virgo, pascentem angelos
Et sustentantem omnia
Quae pavisti, nos pupillos
Non linquas, plena gratia.

2. A tuo celso solio
Te requirentes respice,
Pasce, solare, filio
Tuo devotos effice.

1, 3 non pupillos D, nos pusillos C. — Klemming II, 151. — Ad Vesp. der Hymnus: O quam glorifica luce coruscas, Anal. II, 40.

388. (27.) **Sabbato.**

Ad Completorium

1. Trina caeli ierarchia,
Sol, stellae, luna, sidera
Deum laudent, o Maria,
Pro te, virgo puerpera.

2. Aer cum volatilibus,
Fretum cum natatilibus
Et terra cum reptilibus
Cunctisque animantibus,

3. Nix, imbrium stillamina,
Flores, fructus et gramina
Deo pro tua gloria
Dent laudum dona varia.

4. Omne genu caelestium,
Infernorum, terrestrium
Flectatur caeli Domino,
Locanti te in gaudio.

5. Omne momentum transiens
Mille millenis gradibus
Trinum Deum glorificet
Pro te, tam digna laudibus.

1, 1 Prima caeli D. — 4, 3 Frectatur C. — 4, 4 Intranti te cum gaudio BD. — Klemming II, 147 u. f.

Johannes a Jenstein,

Archiepiscopus Pragensis,
† 1400.

Johann von Jenstein ward 1350 auf der Burg Jenstein bei Podolanky in Böhmen geboren, von der sein Vater Paul aus dem Hause Vlašim den Namen angenommen. Sein Oheim, Očko von Vlašim, war der zweite Erzbischof von Prag. Jenstein besuchte nacheinander die Universitäten von Prag, Padua, Bologna, Montpellier (1374) und Paris (1375—76) und ward von Gregor XI., noch nicht 26 Jahre alt, zum Bischofe von Meifsen ernannt. Als am 6. März 1379 Očko zum Kardinal ernannt wurde, folgte ihm der Neffe auf dem Stuhle von Prag, und als er den 14. Januar 1380 das Zeitliche segnete, auch in der Kanzlerwürde des Königreiches Böhmen. Zweimal 1384 und 1389 geriet Jenstein in ernste Konflikte mit dem König Wenzel. Der zweite, welcher sich um die Besetzung der Abtei Kladrau drehte, kostete Jensteins Generalvikar, Johann von Nepomuk, das Leben, ihn selbst zwang er, in Rom Hilfe zu suchen, wo er am 2. April 1396 zugunsten seines Neffen Wolfram von Škworec auf sein Bistum verzichtete und, vom Papste mit dem Titel eines Patriarchen von Alexandrien geehrt, am 17. Juni 1400 im Kloster der heiligen Praxedis verschied.

In Rom liefs Jenstein eine Gesamtausgabe seiner Werke schreiben, die er selbst überwachte und korrigierte. Es ist dies der heutige Cod. Vatican. 1122, aus dem die nachfolgenden Poesien Jensteins herausgegeben sind.

Johann von Jenstein hat zuerst in seiner Erzdiözese das Fest „Mariä Heimsuchung“ eingeführt, und Officium, Hymnen und Sequenzen für dasselbe verfafst. Urban VI, dessen Anhänger Jenstein war, wurde durch den Tod verhindert, das Fest auf die ganze Christenheit (soweit dieselbe zu seiner Obedienz zählte) auszudehnen. Dies geschah unter seinem Nachfolger, Bonifaz IX., 1389. Doch kam nicht das von Jenstein verfafste Officium, sondern ein von dem Kardinal Adam Easton gefertigtes (Vgl. Anal. XXIV, 89 ff) in den römischen Gebrauch. Vgl. für die näheren Lebensumstände, die sonstige literarische Tätigkeit Jensteins, sowie für die Quellen: Dreves, Die Hymnen Johanns von Jenstein, Prag 1886.

Sequentiae.

389. (1.) De Corpore Christi Sequentia.

1 a. Eia, laeta cantica
Psallat ecclesia,
Alleluia;

1 b. In excelsis gloria
Decantet caelica
Deo turma,

2 a. Cibum qui se comminus
Exhibet hominibus
Humilibus,

2 b. Angelis quos sociat
In esu, sed minorat
Paulo minus.

3 a. En, parata omnia,
O dilecta anima,
Mentem para;

3 b. Accede, accelera,
Ede, bibe munera
Haec praecara!

4 a. Sancta eucharistia,
Corda tua gratia
Fulci mire;

4 b. Salutaris hostia,
Fac caelorum ostia
Introire!

5 a. O quantae deliciae,
Quibus aromaticae
Nobis fluunt gratiae
Dona tanta!

5 b. O inaccessibile
Lumen, tuo lumine
Dulci nos dulcedine
Reple sancta!

6 a. Nos, dulcis claritas,
Illustris veritas,
Vera divinitas,
Irradia!

6 b. Pater familias,
Qui nos sic satias
Tibi, en, gratias
Mens dat pia.

fol. 152 a. — „Incipiunt prosae; prima de corpore Christi.“ — Melodie der Sequenz: Laetabundus. — Diese Sequenz findet sich auch in Cant. ms. Wenceslai de Wyskytna anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. — Lesarten: 2 a, 1 se qui. — 3 b, 3 praeclara. — 4 b, 2 hostia. — 6 a, 2 Et illustris caritas. — 6 b, 2 Qui nos pie satias. — 6 b, 3 En tibi.

390. (2.) De Visitatione B. M. V.

Sequentia Prima.

1 a. Illibata mente sana
Abit virgo in montana
Salutando gravidam,

1 b. Onus ferens praesuave,
Roborata sumpto Ave
Senem mulcet pavidam.

2 a. Hanc ut vidit haec matrona
Elisabeth, inquit: dona
Quis mihi tot tribuit,

2 b. Ad me mater quod veniret
Dei, talem non sitiret,
Quis hoc nefas induit?

3 a. Nate, clausus unde ovas
Novus cernens proles novas,
Quis te scire docuit?

3 b. Novo novus gratulatur,
Mater matrem amplexatur,
Totum Deus voluit.

4 a. Eia, audit illa illam
Matrem Dei et ancillam,
Haec eam similiter,

4 b. Sacra virgo pacti rata
Magnificat voce grata
Decantat humiliter.

5 a. Ave, flore redimita,
More divo insignita,
Nos, precamur, respice!

5 b. Ros inundat, labe mundat,
Sol virtute te fecundat,
Decorat magnifice.

Fol. 142 b. — 3 a, 1 Ate clausus. — 3 b, 1 Novas novus. — Akrostichon: Iohannes. — Diese und die folgenden beiden Sequenzen stehen in zahlreichen handschriftlichen wie gedruckten Mefsbüchern und Gradualien des 15. Jahrhunderts, namentlich deutschen. Bei der Bedeutung des Cod. Vaticanus als authentischer Sammlung hätte es wenig Wert, die Lesarten eines Teiles

dieser Handschriften und Drucke zu sammeln, da das Resultat nur eine Sammlung von Irrtümern sein könnte. Beispielshalber seien die Abweichung eines Miss. ms. Constantiense saec. 15. Cod. Wolfeggen. s. n. notiert: 1b, 1 Anus ferens. — 1b, 3 Semen mulcet. — 2b, 3 haec nefas. — 5b, 1 Nos inundat.

391. (3.) De Visitatione B. M. V.

Sequentia Altera.

1a. Decet huius cunctis horis
Festi voce dulcioris
Facere memoriam

1b. Nec indignum, sed benignum
Voce cordi dare signum
Mariae in gloriam.

2a. Innovemus mente sana,
Mater quod petit montana
Salutare gravidam;

2b. Paranympho comitata,
Fuerat quo salutata,
Senem mulcet pavidam.

3a. Rem miratur sed matrona;
Unde, inquit, tanta dona
Mihi dantur hodie,

3b. Ad me veniret quod illa
Mater Dei et ancilla,
Sceptrum omnis gloriae?

4a. Gaudet clausus sua matre,
Sentit prolem sine patre,
Agnum Dei praedicat;

4b. Erit magnus infans rite,
Regem caeli, agnum vitae
Clausus plausu indicat.

5a. Nequit senex immorari,
Rapit manus manu pari
Et nimis celeriter,

5b. Exsultabat modo miro,
Circumplexa hanc in giro
Salutando dulciter.

6a. Clamat senex voce clara,
Amplexata tot praeclara
Insignia Deo cara
Voce pandens veteri:

6b. Salve, inter mulieres
Te respexit caeli heres,
Meruisti, quod videres
Casta fructum uteri.

7a. Illa sed repudiavit
Laudem, Deo assignavit,
Quando supplex decantavit
Contexens *Magnificat*.

7b. Clemens virgo atque pia,
Tu nos fove, o Maria,
Partus namque tis nos quia
Sola spes vivificat.

Fol. 143a. — „Prosa sequitur."

392. (4.) De Visitatione B. M. V.

Sequentia Tertia.

1a. Ave, verbi Dei parens,
Virginum humilitas,

1b. Ave, omni naevo carens
Humilis virginitas!

2a. Gaude, quae sic gravidaris
Nec gravaris filio,

2b. Gaude, quae sic oneraris
Onere gratissimo!

3a. Salve, Iesse stirpe orta
Virgula fructifera,

3b. Salve, clausa templi porta,
Soli Deo pervia!

4 a. Plaude, vellus Gedeonis,
Rore madens pneumatis,

4 b. Plaude, pellis Salomonis,
Pulchrior es ceteris!

5 a. Vale, Iacob micans stella
Et illustrans maria,
Vale, consignata cella,
Rubus in vi flammea!

5 b. Euge, sole quod amicta
Solem gignis stellula,
Euge, quod sis praeelecta
Scala caeli fulgida!

6 a. Pange, aurora consurgens
Luce novi sideris,

6 b. Pange, arcae trina ferens
Charismata miseris!

7 a. Eia, magnificat tua
Iesum Christum anima,

7 b. Eia, tecum ut laudemus,
Ora, dulcis Maria!

Fol. 152 b. — „Incipit prosa Mariae visitationis sicut O beata". — Melodie der Sequenz: O beata beatorum.

393. (5.) In festo B. M. V. ad nives.

1. Eburnea,
Nivea,
Lactea,

2 a. Liliata,
Margarita
Fulgida,

2 b. Alba, nitens,
Candens virgo
Maria.

3 a. Caelis admiranda
Et saeclis praedicanda,

3 b. Cantica tuorum
Suscipe famulorum,

4 a. Quos pellicit falsitas,
Perimit vanitas,

4 b. Taeterrimis, sordidis
Vitiis implicat.

5 a. O mater Dei,
Carens omni
Macula,
[Lucida]
Facula,
Candens nubecula,

5 b. Manna quae pluis
Semper tuis
Servulis,
Optima,
Nobis da
Iugiter gaudia,

6 a. Ut fruamur caelico
Pane angelico,

6 b. Ne ruamus callido
Sub hoste bellico,

7 a. Cuius tu confringe
Cervicem, mitissima;
Fortissima,
Adiuva,
Depelle noxia;

7 b. Christum nobis ducem
In valle miserrima,
Pulcherrima,
Condona,
Donet qui aethera,

8 a. Tecum qui solio
sedet sidereo,

8 b. Quem prece supplici
Flagita, nancisci

9. Ut possimus
Gaudiorum gaudia.

Fol. 152 b. — „Haec est Mariae nivis".

394. (6.) De S. Iohanne evangelista.

1 a. Ave, frater Domini,
Iohannes, dilecte
Amice, theologe
virgoque electe,
Doctor et apostole
veritatis rectae,
In quoque virgineo
pudore perfecte.

1 b. Obnixe qui Domini
voce paruisti,
Scaffam, retiacula,
parentem liquisti,
Crucem tollens Messiam
secutus fuisti,
Se negans confessus es
te tyronem Christi.

2 a. Tu ob castimoniae
decus pectus lene
Respuis, conubium
sponsae Magdalenae,
Arcana intellegens
limpide, serene,
Super pectus recubans
Christi die cenae.

2 b. Factus evangelicae
veritatis sator,
Fontisque dominici
rivuli potator,
Futurorum praescius
rerum praelibator,
Divini mysterii
fervidus rimator.

3 a. Solis vincens radios
aquila praegrandis,
Celsa petis pervolans
aetheraque scandis,
Indiserta disseris
et obtusa pandis,
Praedicari praecipis
atque fari fandis.

3 b. Filius tonitrui
tonas caro factum
Verbum, per quem virginis
uterum intactum,
Vincenti absconditum
manna das in actum,
Aestuanti animae
in perenne pactum.

4 a. Mariae pro mortuo
Ioseph subrogaris
Atque, custos virginis
ut sis, virgo daris,
Haec mater, tu filius,
ipsi commendaris,
Eius quippe ut simus
filii, adoptaris.

4 b. Haereseos malleus,
hostis synagogae,
Devote qui in Deum
is per anagoge,
Et sanctae theotocos
fide paedagoge,
Fac, nosque ut vestiant
candidatae togae.

5 a. Ast cum condiscipuli
mundi regionem
Peragrarent undique
ac religionem
Christianam sererent,
te, suum custodem,
Virgo mater dirigit
ob Christi amorem.

5 b. Te divina protegens
respexit minerva,
Ferventi cum frigeris
a gente proterva
Olei sartagine,
potaris acerba
Virulenta cicuta
verbi propter verba.

6 a. Frustra cum sic agerent
Caesar, senatores,
Te Patmos in insulam
relegant tortores,
At ibi uranicas
visitationes
Recipis et abditas
revelationes.

6 b. Felici certamine
bene consummato
Et Mariae virginis
funere servato,
Ad epulas caelicas
a Christo vocato,
Bustum sospes invisis
lumine velato.

7 a. Fac nos ergo precibus
tuis adiuvari,
Fac caduca linquere,
Christum imitari,
Facque pudicitiae
lilium sectari,
Fac Dei mysteria
per te reserari.

7 b. Da divini numinis
personare voces,
Da nos intellegere
mystica, quae doces,
Da panis angelici
spiritales dotes,
Da, nos dignos effici
Christi sacerdotes.

8. O pugil eximie,
Christi caelibita,
Actus nostros dirige
in hac valle ita,
Ut cum transitoria
fuerint finita,
Nos caelestis capiat
et perennis vita.

Fol. 152 b. — „Item prosa de s. Iohanne evangelista.“ — 1 b, 7 Se negans (statt Te negans) Bohemismus? — 5 a, 8 os Christi amorem.

Tropi.

395. (7.) **In Festo Visitationis B. M. V.**

Ad Alleluia.

Ave, stillans mellis alvearium,
Ave, veri Salomonis ferculum,
Ave, verbi Dei tu sacrarium,
Ave, deitatis receptaculum,
Maria.

Fol. 142 a. — Zur Sequenz Ave, verbi Dei parens. — Vgl. das zu Nr. 2 Bemerkte.

396. (8.) **Aliud Alleluia.**

O Maria, mater Christi,
Quae montana adiisti,
Nobis assis in agone
Tua intercessione.

Fol. 142a. — Zur Sequenz Decet huius cunctis horis.

397. (9.) **Per Octavam Visitationis B. M. V.**

Ad Alleluia.

O Maria, mater Christi,
Montana quae adiisti
Et cognatam salutasti,
Consilii mater casti,
Audi nos, dulcis et pia,
Natum nobis concilia.

Fol. 142b. — Zur Sequenz Illibata mente sana.

398. (10.) **In Festo Mariae Nivis.**

Ad Alleluia.

O formosa, virtuosa,
Candens super lilium,
Speciosa plus quam rosa,
Ora tuum filium,
Ut damnosa vitiosa
Nostra purget criminum.

Fol. 151a. — Zur Sequenz Eburnea, nivea, lactea.

Officia.

399. (11.) **In Festo Visitationis B. M. V.**

Ad Completorium.

Super Nunc dimittis.

A. Gaude, Maria, mater Christi,
Quae singulari
privilegio meruisti
Portare Christum Dominum,
Lumen ad revelationem gentium.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Quam gloriosam
et admirabilem
In universa terra
Fecit Deus
ancillam humilem!

2. Caeli stupent in Maria,
Cui tot singularia
Sunt collata donaria.

3. Ferax est terra Domini
Venter sacratae virginis,
Qui thesaurum fert hominis
Nostrae parem imaginis.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Verbum bonum, virgo, paris,
Manens expers omnis maris,
Fecundata pneumate.

2. Torrens sacrati flaminis
Urbem Dei laetificat,
Dum Maria vi numinis
Ore Deum magnificat.

3. O dilecta civitas
Dei, rei poscimus,
Qui te noscimus,
Ora pro nobis Deum.

Responsoria.

2. Felices matres,
sed nati feliciores,
Et, quae gessere,
felicia facta fuere.
V. Felix domus,
felix familia,
Quibus sunt visa
tot mirabilia!

3. O praeclara stella maris,
Virgo mater singularis,
Quae cognatam visitasti,
Iohannem illuminasti
Prole praeclarissima,
Te precamur in hoc festo,
Sis solamen omni maesto,
Fuga mortem, confer sortem
Nobis in caeli patria.
V. Ad te clamant omnes rei,
Larga datrix sanctae spei,
O fons indeficiens.

Aliud Responsorium.

R. O dies omni
voto recolenda,
O dies omni
studio veneranda,
In qua tot misero
fulserunt gaudia mundo!
V. *Haec dies, quam fecit Dominus, exsultemus et laetemur in ea.*

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Magna mirabilia
In filia,
Quam sibi elegit,
Terrae marisque Dominus,
Caeli nihilominus,
Signanter peregit.

2. Exsultet terra propere,
Multae laetentur insulae,
En, nubem rore caelitus
Implevit sanctus spiritus!

3. Novum tibi, virgo, canticum
Decantamus,
Ut per te vitae viaticum
Habeamus.

Responsoria.

1. Speciosas filias,
Cumulantes divitias,
Thesauro ventris gravidi
Transcendit mater Domini.
V. *Exsulta et lauda, habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israel.*

Tropus ad Resp. 3.

Mater Christi veneranda,
Sublevamen miseris,
Prole tua adoranda
Subveni pestiferis.

Ad te rei suspiramus,
Dux excellentissima,
Te devote exoramus,
Confer vitae gaudia.

Per ascensum hodiernum
Ad montana agilem
Nos ad regnum duc aeternum
Per vitam laudabilem,

Ut soluti mundi mole
Et carnis penuria
De tua laetemur prole,
Virgo praeclarissima.

Fol. 138b sqq. — Alle im vorstehenden fehlenden Teile des Officiums sind prosaisch. Dieses beginnt mit der **A** Exsurgens Maria abiit in montana etc. Vgl. bezüglich dieses Officiums die Bemerkung zu Nr. 2. — Der Tropus Mater Christi veneranda findet sich als Sequenz gebraucht im Miss. ms. saec. 15. Cod. Oenipotan. 100.

400. (12.) In Festo B. M. V. ad Nives.

Ad Vesperas.

Antiphonae.

1. Candor lucis aeternae
In te, virgo, manet interne
Niveique pudoris
Claustra regit ipse decoris.

2. Ut maduit vellus.
mergitur post arida tellus,
Ut nive albet humus,
sic virginis canduit alvus.

3. Beatus, qui exsistit lotus
Hic ab aquis nivium,
Transiet sic dealbatus
Ad calorem nimium.

4. Nazaraea, candidior
Es nive per innocentiam,
Lacteque suavior,
Es per amoris flagrantiam.

5. Qui dat nivem sicut lanam
Mollem atque teneram,
Hic Mariam nobis piam
Reddit ac propitiam.

R. Praecellit candore
Lac ebur, flores lilium,
Nix byssum, metalla argentum,
Gemmas margaritum,
Maria autem haec omnia,
Quae est nubes candida,
In quam ascendit Dominus,
Verae qui lucis radius,
Quo nihil est splendidius,

V. *Quoniam ipse est lumen de lumine, habitans lucem inaccessibilem.*

Ad Magnificat.

A. Ecce, virgo tuis
parent creata praeceptis,
Quando ritu soluto
Transit in adversas
te iubente natura figuras,
Torrido quae sub sole niveas
facis ruere pruinas.

Ad Completorium.

Super nunc dimittis.

A. Ne mireris in his signis,
Quod (in) aestate media
Riget terra, nam insignis
Facit haec christifera,
Qua iubente parent [ignis],
Caelum, terra, maria.

Ad 1. Nocturnum.

Antiphonae.

1. Quomodo nix in aestate
Durat neque solvitur,
Mire sic cum caritate
Castitas coniungitur.

2. Nunquam de petra agri
Deficiet nix Libani,
Nec in intacta virgine
Candor innocentiae.

3. Sequitur haec sola primum
Sponsum et agnum candidum
Et ut regina virginum
Canit epithalamium.

Responsoria.

1. Ens omne qui sic condidit,
Sese Mariae subdidit,
Hic plasma sibi subicit,
V. *Haec praecipit nivi, et descendit.*

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Et post eam mox proxime
Sequuntur regis filiae
Novo canentes carmine,
Norunt quod solae canere.

2. Hinc candidatus martyrum
Mox sequatur cuneus,
Stola quorum
per fluminis impetum
Dealbatur vivificum.

3. Mox post hanc currunt fervide
Tyrus, alienigenae
Et populus Aethiopum
Candorem flagitantium.

Responsoria.

1. Sicut frigus nivis
In diebus messis
Messores laetificat,
Sic pudor virgineus
Carnis pressos aestibus
Iucunde castificat.
V. Sicut te, intemerata,
Virginitas illibata,
Comitatur humilitas.

2. Tu, qui dealbatus eris
In Mariae nivibus,
Iam ultra non inquineris,
Manens totus candidus,
V. *Et non timebis domui tuae a facie nivis.*

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Deum vere qui contemplantur
Eius amore fervidi,
Ut reges nive dealbantur
In Selmon, monte Domini.

2. Leonem in media
Haec interfecit
Nivis cisterna
Sua sanctimonia
Et magnificentia
Virtute superna.

3. In qua antiquus dierum
Sedet in veste candida,
Iubilet ei omnis terra,
Quia fecit mirabilia.

Responsoria.

1. O Dei tabernaculum
Candore et illibatum
Regale habitaculum,
Ab intus deauratum,
In quo manet ut in throno
Idem Deus atque homo.
V. *Et vestimenta eius candida sicut nix.*

2. Tu amoenans paradisus,
Soli Deo cognitus,
Nitens, candens et invisus
Thronus es eburneus;
V. *In quo sedet candor lucis aeternae et speculum sine macula.*

3. Formam nobis tunc ostendens
Illibatae castitatis,
Locum quando nive tendis
Nitore amoenitatis,
Virum virgo comprehendis
In amore caritatis,
V. *Quia uterus tuus quasi circuitus murorum ex lapide candido.*

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Imperio suo
acceleravit nivem,
Quatenus virtutis suae
patefaceret fidem.

2. Sola haec ingressa
est thesauros nivis,
Ut templum sponso faceret
ex lapidibus vivis.

3. Labiis exsultationis
laudabit os meum,
Unica spes pauperum
Maria post Deum.

4. Te, humilis et intemerata
virginitas,
Virginum illibata
comitatur humilitas.

5. Benedicite, glacies
et nives, Domino,
Qui eius subsistitis
imperio
Et inundatis
profluvio.

6. Laudate Dominum de caelis
In Christi matris prodigiis,
Ignis, grando, nix, glacies,
spiritus procellarum,
Facientes verbum eius.

Fol. 148b ff. — „Incipit historia B. M. Virginis," d. h. auf das Fest Mariae Nivis. — In 1. Noct. **RR** 2 und 3 prosaisch. — In 2. Noct. **A** 3, 1 post haec. — **R** 1, 8 Virginitas virginum illibata. — **R** 3 prosaisch. — In 3. Noct. **R** 1, 6 Deus et homo. — In Laud. Ad Bened. **A** prosaisch, ebenso In 2. Vesp. ad Magnif.

Hymni.

401. (13.) De corpore Christi.

1. Ave, pascha sacrum,
Sanguinis lavacrum,
Manna, nectar rite
Tu caelestis vitae.

2. Salve, sacer panis,
Deifice favus,
Vera ferax vitis
Spiritalis sitis.

3. Iesu corpus, ave,
Gustu praesuave,
O memoriale
Dulce, cordiale.

4. Christi salve sanguis,
Quem profudit anguis
Cruce soporatus,
Membris perforatus.

5. Victus beatorum,
Salus viatorum,
Corda filiorum
Reple tu tuorum.

6. Flagrans odor mentis
Es concupiscentis,
Amoris ingentis,
Indeficientis.

7. Caro crucifixi,
Flexa quae fuisti
Dira nece crucis,
Da gaudia lucis.

8. Imber sacri roris,
Tui nos cruoris
Mundet intus, foris,
Almis iungat choris.

9. Deo patri magno
Laus sit, miti agno,
Flamini benigno,
Trino simplo digno.

Fol. 153a. „Incipiunt hymni, primo de corpore Christi sub numero Ave maris.“ Die Melodie des Hymnus war also, was das Versmafs schon nahe legt, die des Ave maris stella.

402. (14.) In Festo Visitationis B. M. V.

Ad Vesperas.

1. Assunt festa iubilaea,
In Mariae nunc gaudia
Tota psallat ecclesia
Devota laudum dramata.

2. Cuius sacrata viscera
Dei invisit gratia,
Ut esset virgo gravida
Thori virilis nescia.

3. Haec paranympho dum credit,
Sacrum hanc pneuma replevit,
Alvus tumescit et gerit
Verbum patris, quod meruit.

4. Confestim montes adiit,
Elisabeth salutavit,
Obviis eam suscipit
Ulnis, stringit et circuit.

5. Sacri iunguntur uteri,
Milesque, sui Domini
Praesentiam dum percipit,
Hunc exultando suscipit.

6. Clamat anus cum iubilo,
Plena sancto paraclito:
Beata tu in filio,
Quae credidisti Domino.

7. Exsultet caeli regia
Et mundialis machina,
Abyssus atque maria
Laudent Deum per saecula.

8. Patri summo cum filio,
Spiritui quoque sancto
Sit sempiterna gloria
In unitate solida.

Fol. 153a. „Hymnus sanctae Mariae visitationis; et canitur sicut: Chorus novae“, d. h. auf die Melodie des Osterhymnus Chorus novae Ierusalem. — 1. 4 dragmata. — Vgl. zu diesem und den zwei folgenden Hymnen die Bemerkung zu Nr. 2.

403. (15.) Ad Laudes

eiusdem festi.

1. O Christi mater fulgida,
Scatens fons omni gratia,
Lux pellens quaeque nubila,
Maria sacratissima,

2. Gestas quae castimonia
Intacta patrem filia,
Virgo monarcham inclita,
Genetrix pudicissima,

3. Tua prece hanc miseram
Pusillamque plebeculam
Subleva per auxilium,
Quae iacet nexu criminum.

4. O advocata strenua,
Hostem nostrum extermina,
Depelle quaeque noxia,
Impetra caeli gaudia.

5. Sit gloria patri Deo,
Iesu Christoque filio,
Spiritui paraclito,
Trino et uni Domino.

Fol. 153a. „Hymnus ad Laudes“.

404. (16.) Ad Completorium

eiusdem festi.

1. En, miranda prodigia,
Concepit nam virguncula,
Fit Iesu Christi gerula
Maria sacratissima.

2. Anus aetate marcida
Prolis gestat solacia,
Tument ad partum gelida
Grandaevae matris viscera.

3. Hic perit omnis regula
Naturaeque molimina,
Hic cessat omnis ratio
Cedens Dei miraculo.

4. Salutat mater Domini
Matrem vatis mirifici,
Et vates cum praeconio
Reddit salutes Domino.

5. Laudemus et nos Dominum,
Patrem et patris filium,
Sanctum quoque paraclitum
Nunc et per omne saeculum.

Fol. 153a. „Hymnus ad completorium.“

405. (17.) In festo S. Mariae ad Nives.

Ad Vesperas.

1. Cur obstupescit animus
In actu admirabili,
Qui geritur divinitus
Pro matre venerabili?

2. Solis aestus qui fervidos
Miscet algori frigido,
Adversas simul species,
Cauma, nives et glacies.

3. Nimirum hoc efficere
Potest summi opificis
Intacta mater gratiae
Operibus mirificis,

4. Cuius rite imperio
Cuncta subduntur entia,
In terris sibi subdito
Plastis magnificentia.

5. Qui matris ad instantiam
Uti eam efficiens
Convivis reddit gratiam,
Ex aqua vinum faciens.

6. Theotocos propitia,
Naturis quae sic imperas,
. . . . . .
. . . . . .

7. Genitori et genito
Ac utriusque flamini
Honor et benedictio,
Qui obumbravit virgini.

Fol. 153a. „Item hymni de festo Sanctae Mariae Nivis. Ad vesperas.“ — 2, 3 Adversae. — 3, 2 Potest suum opificis. — 6, 3 und 4 sind leider dem Schreiber in der Feder geblieben und daher wohl ein für allemal verloren.

406. (18.) Ad Laudes

eiusdem festi.

1. Exsurgunt nova gaudia
Per gesta mirabilia,
Quibus per saecli climata
Refulget virgo Maria,

2. Benedicta in milibus,
Prae cunctis mulieribus,
Quae congessit ex nivibus
Proferens a sublimibus.

3. Quas ab aestu multiplicat,
Aeque solo accumulat,
Limitibus determinat,
Sic sibi templum ut fiat.

4. Felix fidelis femina,
Caelesti degens regia,
Non dedignata infima
Invisere propitia.

5. Gloria Christo Domino,
Cum iubilaeo cantico,
Processit qui virgineo
Tamquam sponsus de thalamo.

Fol. 153b. „Item hymnus ad laudes.“

407. (19.) Ad Completorium

eiusdem festi.

1. Miretur omne saeculum,
Quod in aestate torrida
Virginitatis speculum
Nives spargit et gelua.

2. Super nivem candidior
E nive domicilium
Struit, cum esset albior
Haec super omne lilium.

3. Nives densat sub spatio,
Ut sibi tabernaculum
In montis supercilio
Adaptaret mirificum,

4. Figuram quod praetenderet
Eius pudoris nivei,
Quatenus sic ostenderet,
Quod templum foret Domini.

5. Eorum in memoria
Haec festa mirabilium
Celebret sanctimonia,
Plaudat coetus fidelium.

6. Doxa patri ingenito
Eiusque unigenito
In Mariae virtutibus
Laudetur almus spiritus.

Fol. 153b. „Ad completorium hymnus.“

408. (20.) De Sancto Wenceslao.

Ad Vesperas.

1. Ut caelebs tuas reboare tyro
Possint faveto servuli ab alto,
Posceque blesam vinclo ut resolvat
Doxas in glossam.

2. Barbaris quamvis cesseris avitis,
Fano profano litarunt qui quando,
Nimis serena tu tamen Bohema
De stirpe prodis.

3. Enixa nempe nepa ex parente
Prole sacratus manens illibatus
Infans, elinguis fueris et quamvis,
Tamen beatus.

4. Senex hic puer, gnarus et haud piger,
A crepundiis studiis anhelis
Virtutum, tandem sacris eruditus
Post gymnasiis.

5. Dempto parente demum tribunali
Exceptus schola, stola quirinali
Caesari Deo praeditus, utrimque
Ut iura reddat.

6. Foris corusco schemate togatus
Rigidos intus sumit cruciatus,
Floccos cum iubis nodose contexit
Pectine tricans.

7. Tandem despectus, humilis, abiectus,
Amore divo sorduit, devoto
Squalore tinctus, monachus est dictus
Vitae rigore.

8. Sitis et famis macie consumptus,
Excubiarum tenet vigil cultus,
Carnem pessumdat, animo resultat
Suspensus Deum.

9. Hinc in opaco tempestoque noctis
Surgit, quiete templa visitare,
Rigentes nive gelida nudatas
Cruentat plantas.

10. Ast solum concors fidus eius miles,
Algorem ferre caumatis non valens,
In loca mergit, quibus pedes trivit,
Ardorem sensit.

11. Umeris sacris struem fert egenis,
Calcat racemos, colat quoque mustum,
Manibus mundis adipem frumenti
Carbone torret.

12. Noe ut alter vineam plantavit,
Abram ut abba cuncta decimavit,
Panem et vinum Domino libavit
Ut Melchisedech.

13. Trabeam ritu sub veteri tandem
Liquens assistit altaris minister,
Defunctos morte alter ut Tobias
Sepulcris implet.

14. Inde confregit carceres et vincla
Vinctosque solvit nexu compeditos,
Horridas, quibus gutture penduntur,
Sustulit cruces.

15. Cosmi per vasta climata scrutatur
Supplices cleros, divos sacerdotes,
Victu quos largo dotat, ut divinus
Succrescat cultus.

Fol. 153b. „Incipiunt hymni de Sancto Wenceslao et primus canitur sicut: Ut queant laxis.“ — 2, 1 cesseris amtis Hs. — 7, 4 Vitae rigorem Hs. — Betreffend die in diesem und den folgenden Hymnen mitgeteilten Wunder vergleiche man die Legende bei Balbin, Epitome rerum Bohemicarum Pragae 1677 L. I. c. 9 bis 12. — Wegen der unglaublichen Ausrenkung der Worte aus ihrer natürlichen Folge ist eine Interpunktion vielfach unmöglich, es sei denn, man setze fast hinter jedes Wort ein Zeichen, wodurch indes dem Verständnisse mehr geschadet als genützt würde.

402. (21.) De eodem Sancto.

Ad Completorium.

1. Gubernatore spiritali carens
Gens fide Christi noviter imbuta
Atrium monte construit supino,
Praesulem praefert.

2. Ratisbonensi baiulos direxit
Aedem Wolfgango, quam construxit, almo
Gurgite quamvis hysopo sacrato
Spargeret muros.

3. Ast vir beatus, futurorum scius,
Votis non ausus contraire pius,
Spondet facturum sese, tamen visum,
Quem vidit, pandit.

4. Vidi Pragensem metropolim caelos
Sursum advexam angelis ministris,
Fore futuram posteris matricem
Deo volente.

5. Ergo beati Viti quod et olim
Sacratum templum fuit, illibatae
In Dei matris est intitulatum
Post hoc Mariae.

6. Gentium natos pretio mercatur,
Renegeratos sacris lymphis mundos
Facit piari labe criminali,
Priventur orco.

7. Oculus caecis exstitit qui, claudis
Bacillus, aegris cataplasma, reis
Venia, lapsis dextraque, proscriptis
Secura Gades.

8. Lilium rosae pro tunc maritavit,
Sanguine castam quando consecravit
Vitam, et fidem violis ornavit
Docens torquatus.

9. Ignea cruce praeditus in fronte
Vincit tyrannum, poplite qui flexo
Veniam dari flagitat concussus,
Remeat victor.

10. Longa pro mora Caesar iracundus,
Archos quam faustus orans traxit tardus,
Angelos surgens, fronte stupefactus
Vidit et crucem.

Fol. 154a. „Ad completorium hymnus.“ — 4, 2 angelos ministros. — 8, 4 Docens torquatus. — Datur et torques aurea | Pro doctrina catholica, sagt ein Lied bei L. Gautier, Oeuvres poetiques d'Adam de Saint-Victor (1859) II, 159, und in einem andern des Thomas von Kempen heifst es: Auream torquem | Possident in sortem | Mihi delecti | Doctores electi.

410. (22.) **De eodem Sancto.**

Ad Matutinum.

1. Mente praesaga divinitus actus
Praesens scit horam mortis imminere,
Tactus pressura est conviva factus
Culeo digni.

2. Lividus nocte perfida parente
Media frater necat quem et acer
Exta transfigit macera, novercam
Sed terra sorbet.

3. Limine stratus spiritum beatus
Altitonanti offert illibatum,
Manibus certat, orat in agone
Pro paricidis.

4. Sed sanguis clamat olim ut Abelis,
Tergi qui nullis potuit cautelis,
Ob letum [triste] martyris praeiusti
Morte nil iusta.

5. Varia saevam mortis trunculentae
Necem tortores rabie vertuntur,
Atris vexantur furiis, cum Kain
Profugi fiunt.

6. Religiosa consurgens germana
Per visum noctis iungit aurem almi
Victoris fissam, loco quoque haeret
Repente caput.

7. Regi Danorum hoc insigne factum
Christus in cruce reddit manifestum,
Titulis ergo struit sibi templum,
Sumptibus dives.

8. Pollinctus busto redditur augusto,
Suave olentis vapor surgit mentis,
Pascit qui famen, trimaque sanatur
Cicatrix inde.

9. Ad cuius astant uranici tumbam
Spiritus, unde sumunt lumen orbi,
Mancique claudi artubus directum
Membrorum usum.

10. Surdis obstrusus redditur auditus,
Defunctis vita pariter medela,
Languidis quoque, maerore deiectis,
Gaudium ovans.

11. Hincque frequenter visus est palaestris
Cuneos inter ferreas catervas
Vincere hostis, aquilae flammantis
Vexillo tutans.

Fol. 154a. „Ad matutinum hymnus.“ — 3, 2 Altitonantis Hs. — 4, 3 Ausfall zweier Silben in der Hs. — 5, 2 tortoris rabiem. — 8, 1 Polincus Hs. fehlerhaft statt pollinctus oder polictus (pollingere). — 11, 3 hostes.

411. (23.) De eodem Sancto.

Ad Laudes.

1. Temporis cursu iubet fratricida
Transferri minax nocte tantum una
Sacrum cadaver, censet collo plecti,
Secus si fiat.

2. At cataclysmo rivos inundantes
Non potuere timidi vadare,
Repente tandem vehiculum cernunt
Per se translatum.

3. Pragam cum urbem clanculo transissent,
Abrupto ponte feretrum in altram
Migravit partem, vinctique solvuntur
Carcere taetro.

4. O Wenceslae, pugil Dei fortis,
Pelle phalanges daemonum et hostes,
Sterne tyrannos, erige prostratros
Iutor ab alto.

5. Utque proinde martyre pro tanto
Cunctipotenti odas referamus,
Contio nostra pangat novas laudes
Simplici trino.

6. Laus Deo patri, quoque filiarchae,
Pneumati almo, in usia uno,
Arce qui poli manet inaccesso
Lumine lumen.

Fol. 154 a col. 2. „Ad laudes hymnus.“ — 4, 4 Iutus ab. — 5, 1 Martyris pro tanti.

Cantilenae.

412. (24.) De sinceritate et amore.

1. Si narrare debeo,
Licet dicant, quod hebeo
Sistens in vanitate,
Ut Codrus ope egeo,
Ratione indigeo,
Ut languens sanitate.

2. Nam cuius conscientiae
Veritas medetur,
Vulgus ut pseudo . . .
Fore hunc fatetur,
Hoc certum praesto spernitur,
Ni rite revocetur.

3. Facitque illa dubia,
Cum sint ipsa vera,
Cupri fert hic lamina,
Cum sit auri minera,
Nec credo orbe vivere,
Qui sit fide sincera.

4. Vulgus errore praedicat
In sensuque captivus,
Quisque se sic reputat,
Quod ratione divus,
Praestantior in omnibus
Sit ut in hoc orbe vivus.

5. Ob hoc non credo . . .
Amore nodari,
Quia quod placet feminae,
Abhorret modo mari,
Nec quit sensu iuvari,
Nam tot sensus, quot animae
Certatrices de impari.

6. De parentum ardore
Hi naturali more
Plus vulgo inclinantur,
Plus horum fero verbera
Quam simulata basia,
A vulgo quae praestantur.

7. Amicorum animus
Mecum unum est velle,
Quae dicunt, haec reputo
Fore sine felle,
Cum omnia prosiliant
Ex favi sui melle.

8. Sodalis grata iunctio
Cordialisque punctio
Amore dulcorata,
Fidei vera unctio
Amorisque inunctio
F[irma]tur sic dotata.

9. In adversis providet
Et tristis in maerore,
Nec de quoquam invidet,
Sed in vero favore
Te dulciter respiciet
In germano amore.

10. Mulierum animus
Semper vagabundis,
Nam earum intentio
Fluctuat in undis,
Te despicit argutiis,
Sermonibus facundis.

Fol. 154 b. „Incipiunt cantilenae.“ — Dies ist von allen Gedichten des Cod. Vat. 1122 das traurigst überlieferte, denn es läfst sich weder ein fortlaufendes Versmafs noch ein zusammenhängender Sinn aus demselben erkennen. Mir scheinen Strophen ausgefallen, unter den vorhandenen die Ordnung gestört zu sein. Man ist versucht zu glauben, Jenstein habe eine Jugenddichtung in seinem Alter aus dem Gedächtnisse niederzuschreiben versucht, was ihm aber nur mit einzelnen Strophen gelungen. Daher der Torso. Da die Handschrift die einzige ist, die das Gedicht überliefert, so bleibt nichts übrig, als das Lied, wie es liegt, abzudrucken. Für durchgreifende Emendationen fehlt der Boden. — 2, 1 conscientia. — 3, 4 cum im Sinne von ac, acsi. — 4, 6 ut comporativ. — 5, 1 Ab hoc. — 5, 5 Nec quali sensu. — 8, 4 vera nuntio. — 8, 6 F tur. Die Lücke ist auch am Rande des Ms. bemerkt. — 10, 1 dürfte am einfachsten est zu ergänzen sein. — In der Handschrift sind als Repetitio bezeichnet die Strophen 2, 5 und 8.

413. (25.) De Beata Virgine.

1. Quid modo dictarem
Teque commendarem
Cantuque dulci psallerem
De te, o virgo pia?

Tu laude dignior,
Tu cantu dulcior,
Tu carmine iucundior,
Semper virgo Maria.

Gaude, in Dei lumine,
Virgo, illustrata,
Sine virili semine
Puero fecundata,
De glorioso nomine
Iesu mater vocata.

2. Tu ardes amore,
Tu nites decore,
Tuque praepolles honore,
Tu stillas dulcore.

Tu callis erranti,
Tu portus natanti,
Tu spes in exsilio,
Tu lumen in obscuro.

Adiutrix tu laudabilis
Deiectis in peccatis,
Virgo Christo amabilis,
Succurre nobis gratis,
Favi gustus mirabilis,
Gemma nobilitatis.

3. Tu egenorum res,
Lux vera caecis es,
Dulce refrigerium,
Infirmorum grabatus.

Pudor virginalis
In te mirabilis,
Es praelata superis
Gaudens in aetheris.

Maesti tu solacium,
Stupor angelorum,
Regale palatium,
Adiutrix miserorum,
Robur laborantium,
Ora regem polorum.

Fol. 154 b. „Ista cantilena canitur sub nota: Qui admiramini.“ Vgl. Anal. I, 85.

414. (26.) De Nativitate D. N.

1. Alto tono personet
Mens et donet
Odas in excelsis,

Dominorum Domino
Cum iubilo
Plaudat coetus fidelis.

Nunc grates Domino,
Mariae filio,
Decantemus
Dulci melodio;

Qui natus hodie
De pura virgine,
Qua processit
Patris iuvamine.

2. Nihil mirabilius
Quam filius,
De virgine natus

Sine virili semine,
Sed flamine
Supremo formatus.

O quam mirabilis,
Inaestimabilis
Quoque, vere
Es ineffabilis!

Per te mors moritur,
Et vita oritur,
Atque salus
Homini redditur.

3. Gloria in superis
Et in terris
Pax nobis aeterna.

Lex vetus minuitur,
Tribuitur
Lex nova in terra.

Hic magnus Dominus,
Quem bos et asinus
Recognovit
In potentatibus.

Rex in caelestibus
Praesepi positus
Delectatur,
Tonat in nubibus.

4. Cuius lucis serenitas
Est claritas
Mentis obumbratae,

Inscrutata veritas,
Severitas,
Mixta pietate.

Rex alme, instrue
Mentique implue
Pneuma sacrum
A summo culmine.

Post finis bravium
Aeternum gaudium
Largiaris,
Creator omnium.

Fol. 154b. „De nativitae.“ Leich mit doppeltem Abgesang. — 2, 7 quam fehlt. — 4, 8 imple.

415. (27.) De eadem.

1. Magnum vaticinium
Vates praedixerunt,
Nasciturum Dominum
Omnes innuerunt.

2. Gabriel has virgini
Nuntiat salutes:
Gratia paracliti
Filium produces.

3. Virgo mirabiliter
Parit salvatorem,
Nam post partum firmiter
Retinet pudorem.

4. Nascitur, ut hominum
Lapsum repararet
Et in fine stabilem
Vitam nobis daret.

5. Pastores ecclesiae,
Omnibus haec dicite
In fide sincera:
Eia, eia canite,
Ipsum benedicite
Dulci cantilena.

Fol. 155 a. „De Nativitate.“ — Str. 5 dient als Rundreim nach jeder Strophe und ist deshalb an das Ende gestellt. In der Hs. steht sie als Repetitio nach Str. 1.

416. (28.) De eadem.

1. Phoenix una, virgo pura,
Gignis natum frangens iura
Doloris, innoxia,
Ab aeterno praeelecta,
In praesenti benedicta,
In aevum praedoxia.

2. O herilis baiula,
Tu via vitans devia,
Venus almae venustatis,
Ardor ardens arida,
Tu rivus rigans rigida,
Alvus summae deitatis.

3. Sophia prudentiae,
Tu resis eloquentiae,
Fulmen fulvum tu splendoris,
Christi alvearium,
Sidus, sanctuarium
Et magnes amoris.

4. Obsecro, sis memor mei,
O asylum bonae spei,
Vitae refrigerium,
Scutum tutum, muti fatus,
Per te iter et ducatus
Datur corde deviis.

Fol. 155 a. „De nativitate.“ — 2, 1 sq. O herilis baiulatu via vitans. — 3, 2 resis (ῥῆσις) Redeschmuck. — Am Schlufs etc.

417. (29.) De eadem.

1. In vanum, Hebraeorum
Gentes, hic haesitatis
Et natum in foribus
Videntes ignoratis.

Per vates figuratur,
Quod per vos disputatur,
Ex innuba virgine
Quod Deus pariatur.

Heu, quamdiu atris
Pravisque idolatris
Palpitanter sistitis,
Quod vera non gliscitis
Et non consideratis.

Nam, quod non rationi,
Verae solutioni
Patet, quod nunc genitum
Pater unigenitum
Dat incarnationi.

2. Ab angelo narratur,
Quod a trino mandatur,
Virginea viscera
Mox fides comitatur;

Per Ave salutatur,
Spiritu roboratur,
Super omnes feminas
Puella sublimatur.

Mox parto salvatore
Cherubim in splendore
Tenebris indicavit,
Quod Christus apparuit
Bethlehem regione.

Hoc opilionibus
Gregumque rectoribus
Palam iussit pandere,
In insulis pangere
Eminus degentibus.

3. In mensa iumentorum
Suumque stravit thorum,
Praesaepis in concavo
Hic latet rex caelorum.

Taurus brunello pare
Domino famulare
Cupiunt spiramine,
Tonantem adorare.

Ergo, veri athletae,
Haec resonemus laete
Harmoniae modulis,
Accentuum sedulis
Vocibus invalete,

Ut meritis Mariae
Nos faciat adire
Verum habitaculum,
Scelerum piaculum
Post funus mortis dirae.

Fol. 155 a. „De nativitate.“ — Leich mit doppeltem Abgesang. — 2, 10, Cherubim als Singular. — 2, 5 salutata. — 2, 11 indicaverit. — 2, 13 Quod ut Christus apparuit. — 3, 5 parare. — Am Schlufs: etc. Das Lied ist aber nach Form und Inhalt zu Ende.

418. (30.) De eadem.

1. Dic, quaenam doctrina
De natione mira
Probat, rabbi, incipe,
Haec alta divina?

2. Quod artes liberales,
Septem et plurales,
Ut probent virginem parere,
Hic sunt inaequales.

3. Grammatica infantum
Dat alimenta tantum;
Quid haec prosunt parvula
Ad partus documentum?

4. Rhetorica decore
In remisto sermone
Non partum hunc sublimem
Tali probat lepore.

5. Logica in sermone,
Sermocinatione,
Nil fari ineffabilem
Vult garrulatione.

6. Musica, ignotum
Nam tibi exstat totum,
In harmonia iubiles:
Est verbum caro factum.

7. Geometria, mensuris
His prae vanis curis
Immensum quid metiris
In lineis obscuris?

8. Astronomia motus
Poli non capit, totus
Nam virginis alvulus
Hunc suscipit devotus.

9. Arithmetica pari
Quid certas vel impari?
Qui ab aeterno natus est,
Non potest numerari.

10. Sola theologia
Demonstrat haec vera,
Cuius fidem simpliciter,
Non vi sua, veraciter
Mente crede sincera.

Fol. 155 a. „De nativitate.“ — Str. 10 steht als Repetitio (hier Rundreim) hinter Str. 2. — Str. 1 und 2 haben in der Hs. ein abweichendes Metrum. Die Umstellung der beiden letzten Verse stellt die Gleichmäfsigkeit her. — 1, 3 Probat rabbi doctor incipe. Wohl zur beliebigen Auswahl, da eines für Sinn und Vers genügt. — 10, 5 Mente crede vel tene Hs.; wohl ad libitum. — Am Schlufs etc. Hs.

419. (31.) De Schismate.

1. Verto luctum in citharam
Et organum in fletum,
Ecclesia nam viperam
In sinu fert et letum.

2. O Deus alme, adiuva,
Reforma, quae plasmasti,
Orthodoxam concilia
Fidem, quam adunasti.

3. Vanus vane mundus plane
Malitia senescit,
Dicam sane, nam profane
Virtutibus tabescit.

4. Hinc amplius progrediar,
Hoc schisma tam infaustum
Animarum interitum
Mortisque parat haustum.

5. Reges adulescentuli
Gubernant fines saeculi,
Et recentes vernaculi
Insurguntque latrunculi.

6. Dei, proh, fit oblivio
Clerique persecutio,
Iam viduae cum orphano
Cessavit miseratio.

7. Nunc, reges, intelligite,
Qui iudicatis terram,
Ecclesiae dirimite
Et conculcate guerram.

8. Si vis urbanus fieri,
Urbanum profitere,
Fuge tortosum colubrum,
Antipapam, sincere.

9. Tu ergo, a flagitio
Qui gliscis liberari,
Ora matrem cum filio,
Possis ut adiuvari.

10. O Christe, rex pacifice,
Pelle litem discordiae,
Maria, mater gratiae,
Nunc placa regem gloriae.

Fol. 155 b. „De schismate.“ — Am Sehlufs etc., obschon das Lied inhaltlich abzuschliefsen scheint. — 9, 2 Qui gliscis adiuvari — 9, 4 Possis ut liberari.

420. (32.) Carmen B. M. V. ad cunas.

1. Canit epithalamium
Virgo mater ad filium,

Fescenniarum canticum
Iesu super praesaepium.

Eia, parvule,
Gigas permaxime,
Regum rex, Deus altissime,
Nunc vota mea suscipe.

Indulge reis,
Suveni miseris,
Sis asylum pium profugis,
Dulce solamen ceteris.

2. Iam tempus est, cunabula
Invisere quietis,

Corpus membraque parvula
Pannis constringo laetis.

En, tego te pannis,
Te revela nobis,
Ligo artus, solve famulis
Catenas saevi criminis.

Stricto te colligo
In cuius lectulo,
Tuo qui concludis pugillo
Polum, solum cum pelago.

3. Iam dormi, o Emanuel,
Artubus da soporem,

Et qui custodis Israel,
Mentis aufer torporem.

Qui brevi morula
Somnum dum perficit,
Uti duo luminaria
Ocellos sursum erigit.

Quem excipit mater
In ulnis pariter,
Osculis membra suaviter
Implet, adorat dulciter.

4. Speciosus prae hominum
Natis nate, tu forma,

Vita, vis, virtus omnium,
Decus, exemplum, norma.

Frons vincit lilia,
Sunt genae purpura
Irisque supercilia,
Oculi duo sidera.

Ut mala punica
Crocescunt labia,
Nasus turris est Libanica,
Collum ut monilia.

5. De tua providentia,
Fili, quae contulisti,

Lactis sume initia,
Caste quae implevisti,

Nunc lambe ubera,
Qui regis sidera,
Pascis qui uranica
In caelo diva agmina.

Tantis deliciis
Nos fac frui tuis,
Iubilemus ut cum angelis:
Gloria in excelsis!

Fol. 155 b. „De Nativitate.“ — Leich mit doppeltem Abgesange.

421. (33.) Super Ave Maria.

1. Ave, virgo Davidica,
Dei mater Maria,
Tu virga Iesse mystica,
Tu vatum prophetia,
Virtute polles caelica,
Tu humilis et pia,
Quam laudat vox angelica
Cum dulci harmonia.

Sis nobis dux in via,
Virgo mater Maria.

2. Tu omni plena gratia,
Tu mater gloriosa,
Thori virilis nescia,
Tu nardus pretiosa,
Cuius mira fragrantia
Expellit taediosa,
Nobis fer solacia
In valle ruinosa.

Sis nobis dux in via,
Virgo mater Maria.

3. In te tecumque Dominus,
De te qui generatur,
Sed nihil in eo minus
Pudor evacuatur,
A ratione eminus
Hoc esse comprobatur,
Et rerum fons et terminus
Hoc mirum operatur.

Sis nobis dux in via,
Virgo mater Maria.

4. Tu in mulieribus
Benedicta vocaris,
Clausis [quia] visceribus
Deumque virgo paris,
Sublimius sideribus
Ad caelum sublimaris,
Et natum pro sceleribus
Nostris interloquaris.

Sis nobis dux in via,
Virgo mater Maria.

5. Et benedictus uteri
Fructus tui suavis,
Per quem gustus mortiferi
Laxatur poena gravis,
Et portum nobis aperi,
Ne crepet nostra navis,
Quam non permittas conteri
Ex actis nostris pravis.

Sis nobis dux in via,
Virgo mater Maria.

Fol. 155 b. col. 2. „Fecit super Ave Maria Avus archiepiscopi.“ Der Rundreim in der Hs. nur nach Str. 2; sonst „Ro. ut supra“.

422. (34.) De Annuntiatione B. M. V.

1. Mittitur archangelus fidelis
Ad Mariam virginem de caelis,
Antiquis quae latuere velis,
Vox haec patefecit Gabrielis.

2. Ingressus hic nuntiat amoena:
Ave, inquit, gratia tu plena,
Heres tecum manet, vitae vena,
Inter omnes feminas serena.

3. Cuius in sermone haec turbata
Cogitabat, cur sic sit adfata;
Stupet virgo, quod sit salutata
Voce prius nunquam usitata.

4. Ne timeas, inquit, o Maria,
Dominus nam tecum exstat, dia,
Altissimi filium tu quia
Gignes. Precor, veni, o Messia.

5. Quomodo, legate arcanorum,
Pariam hunc regem angelorum?
Coniugis nam nunquam novi thorum,
Virgini hoc manet indecorum.

6. Almus sancti spiritus radius,
Virgo, tuos obumbrabit sinus,
Ex te enim exiet divinus
Ab aeterno genitus filius.

7. Ecce, Dei humilis ancilla,
Fiat verbum, quod dicis, in illa,
In me sistunt vates et Sybilla,
Per me ruat Evae necis stilla.

8. Laetentur christicolae soluti
Pharaonis vinculis versuti,
Liberi deserviant virtuti,
Mundi pompas calcantes polluti.

Fol. 156 a. Am Rande: „De annuntiatione“: hinter dem Liede: „Expliciunt cantilenae, quibus poterit quis pro orationibus uti.“ — Str. 8 steht als Repetitio (Rundreim) hinter Strophe 2. — Vgl. Anal. I. 123 sq.

Orationes.

423. (35.) De Sancto Spiritu.

1. Ave, sacer spiritus,
Lumen cordis mei,
Qui vocaris digitus
Manus dextrae Dei,
Patris atque filii,
Miserere mei,
Amborum connexio,
Robur nostrae spei.

2. Ave, doctor optime,
Illustrator veri,
Tuo claro iubare
Nos iube repleri,
Ut post tua munera
Possimus fateri
Tua semper munia
In conspectu cleri.

3. Tu es torrens spiritus,
Potus nectareus,
Aqua sapientiae,
Per te madet reus,
Sicut super gramina
Ros pluit serenus,
Sic in mea labia
Plue, pie Deus.

4. Tu es ignis torridus
Vitia comburens,
Splendore tu nitidus
Tenebras refringens
Linguisque sic variis
Discipulos imbuens
Manseras; me supplicem,
Oro, sana tuens.

5. Infla multifarie
Austrum spiritale,
Fulci voluntarie
Guttur meum sale,
Utque sapientiae
Digito letale
Fugiamus stibium
Hoc exitiale.

6. Spiritus paraclite,
Pie consolator,
Septiformis gratiae
Summe tu donator,
Pneumatis charismate
Tu sis illustrator
Nostrae quoque veniae
Pius miserator.

Fol. 134 b. — „Incipiunt Orationes; Oratio de sancto spiritu.“

424. (36.) De Corpore Christi.

1. O sacrata hostia,
panis angelorum,
Verae vitae ferculum,
cibus filiorum,
Caro Christi mystica,
salus miserorum,
Cordis penetralia
repleas tuorum.

2. O interni hominis
mitis hospes, veni,
Meis sis in intimis,
aspera tu leni,
Purga quaeque sordida,
saucia veneni,
Paradisi gaudia
duc nos ad amoeni.

3. O sapor, suavitas,
Favus fame lentis,
Dulcor et saturitas
Amplectendus mentis,
In te me exsatia,
Vitae me intentis
Nexibus confoedera,
Vitae permanentis.

Fol. 136 b. — „Oratio de corpore Christi infra missam.“ — 2, 2 mitis o spes, veni.

425. (37.) De Annuntiatione B. M. V.

1. O veri luciferi
lucarnar praegratum,
Per quod misit pneumatis
virtus tibi natum,
Lumen sancti spiritus
cum te subintravit
Gabrielis nuntio,
quo te salutavit,

2. Dicens: Ave Maria,
sidus maris clarum,
Plena Dei gratia,
tu deposce carum
Dominum, qui tecum est,
ut pellat amarum
Benedicta es inter
genus feminarum
Et cum [tuo] filio,
fonte gratiarum.

3. Ergo, mater singularis,
Virgo semper manens talis
Post partum et antea,
Tuum deprecare natum
Et hunc nobis praebe gratum
Per tua suffragia.

4. Morum norma,
Bonitatis species,
Dei forma,
Virtutum congeries,
Caeli decor,
Pietatis facies,
Te nunc precor
Sis pro nobis acies.

5. Cum nil neget filius,
quod mater precatur,
Posce hunc propitius,
Ut haec tribuatur
Vita perennis gloriae
Caelestisque praestatur
Luctus miseriae
Mundi dum fugatur.

6. Posce patrem, posce natum,
Posce nobis pneuma gratum
In nostrum subsidium;
Nostra tu sis advocatrix,
O caelorum imperatrix,
Per mortis supplicium.

Fol. 136 a. — „Item Oratio de Annuntiatione beatae Mariae Virginis.“ — 2, 6 Ut pellat scelus amarum.

426. (38.) De sancto Katharina.

1. Sicut rosa sine spina,
Sic refulsit Katherina
Genere gentilium,
Fani liquit simulacra
Et superna petit sacra
Nacta Dei filium.

2. Haec minervam sacramenti,
Septiformis documenti
Suscepit divinitus
Et imbuta verbo legis
Maxentii dicta regis
Non formidat penitus.

3. Sed tanta mente praecellit,
Agmen magistrorum pellit
Argumento lepido
Et in viam ducit rectam,
Ut vitam sumat perfectam
Absque corde tepido.

4. Quinquagenos oratores
Docet ad superiores
Proficisci cuneos,
Quos virgo in martyrio
Summoque cum tripudio
Sic comitatur eos.

5. Demum virgo plectitur,
Lac inde reflectitur
Sepelitur in Sina,
Hinc oleum emanare
Non cessat, aegros sanare
Ex gratia divina.

6. Ergo, sancta Katherina,
Nos protege in carina
Huius maris naufragii
Et virtute tua dona
Sempiterna caeli dona
Tua prece perfrui,

7. Ut post finem huius leti
Christo praesentemur laeti
Ad superna gaudia.
Hoc deposce, o dilecta,
Quae a Christo es electa,
Per tua suffragia.

Fol. 137 a. — „De sancta Katherina."

427. (39.) De sancto Sigismundo.

1. Sanctus hic vir Sigismundus,
Rex Burgundis oriundus,
Fulget in Bohemia,
Sanctitate mira claret;
Quis non odas sibi daret
Cordis et suspiria?

2. Nam cum Christum deprecatur,
A supremis sibi datur
Potestas in infimis,
Morbos sanat et aegrotum,
Caecis visum, claudis motum
Dat claris indiciis.

3. Ergo, sancte Sigismunde,
Pro me Christo preces funde,
Praebe, fer auxilium,
Meae da fragilitati
Modicaeque parvitati
Vires, robur, praemium.

4. Da menti prava fugare,
Corde Christo insudare
Vera mentis latria,
Da post vitae huius mortem
Deum intueri fortem
In caelorum patria.

Fol. 136 a. sq. — „Oratio de sancto Sigismundo."

Anonymus Stirpinensis,

Monachus Cisterciensis,

saec. $^{13}/_{14}$.

In dem handschriftlichen Missale des Cisterzienserstiftes Stams im Oberinntale, welches die Nr. 40 trägt und aus dem 14. Jahrhundert stammt, findet sich eine Reihe von Tropendichtungen, welche augenscheinlich von einem und demselben Dichter herrühren. Da sich aufserhalb Stams keine Spur derselben findet, werden wir voraussetzen dürfen, dafs sie in und für dieses Stift verfafst wurden.

---

428. (1.) In Nativitate Domini.

Super Sanctus.

1. Ave, verum tu solamen,
Mitte nobis sacrum flamen,
Iesu Christe, sis iuvamen
Tribulatis et levamen.

2. Ave, vera lux caecorum,
Laude dignus angelorum,
Iesu Christe, egenorum
Consolator et bonorum.

3. Ave, petra fluens mella,
Unguentorum fragrans cella,
Iesu Christe, lux novella,
Dona nobis pacis mella.

429. (2.) De Corpore Christi.

Super Sanctus.

1. Ave, panis angelorum,
Ave, decus electorum,
Iesu Christe, tu nostrorum
Morbos sana vitiorum.

2. Ave, sanguis delicatus,
Per te homo est renatus,
Tu sis noster advocatus,
Qui pro nobis est oblatus.

3. Ave, panis angelorum,
Medicina peccatorum,
Iesu Christe, fons hortorum,
Dona pacem supernorum.

430. (3.) De Beata Maria V.

Super Sanctus.

1. Ave, rosa delicata,
Gabriele salutata,
O Maria, Deo grata,
Sis nobis refugium.

2. Ave, stella claritatis,
Paradisus voluptatis,
O Maria, deitatis
Nobile triclinium.

3. Ave, vivus fons hortorum,
Quem mens sitit contritorum,
O Maria, peccatorum
Dulce refrigerium [1]).

431. (4.) De Beata Maria V.

Super Sanctus.

1. Ave, virgo generosa,
O regina gloriosa,
Tu sis nobis gratiosa,
O Maria.

2. Ave, mater Salomonis,
Madens vellus Gedeonis,
Gratiarum plena donis,
O Maria.

3. Ave, humilis ancilla
Dei veri, quam pusilla
Tua lactas ex mamilla,
O Maria.

432. (5.) De sancto Iohanne Bapt.

Super Sanctus.

1. Ave, dulcis praeco Christi,
Qui ut stella micuisti,
O Iohannes tu fuisti
Praeparator viae Christi.

2. Ave, lucifer praeclare,
Ave, lumen tu solare,
O Iohannes, doctor clare,
Decus mundi singulare.

3. Ave, Christi tu baptista
Atque dulcis symphonista,
O Iohannes, citharista,
Prophetarum agonista.

---

[1]) Überschrift: „In omnibus festivitatibus beatae Mariae virginis gloriosae.“ — 1, 2 wird je nach den Festen abgeändert in: Hac die purificata — Super caelos exaltata — Quae de regum stirpe nata.

433. (6.) **De sancto Iohanne Ev.**

Super Sanctus.

1. Ave, decus castitatis,
Rubens rosa caritatis,
O Iohannnes, flos aestatis,
Paradisus voluptatis.

2. Ave, gemma generosa,
Stella mundi luminosa,
O Iohannes, fac formosa
Nostri cordis maculosa.

3. Ave, cella puritatis,
Lux divinae claritatis,
O Iohannes, veritatis
Doctor, vas humilitatis.

434. (7.) **De sancta Maria Magdalena.**

Super Sanctus.

1. Ave, nubes pluviosa,
Nigra quondam, nunc formosa,
O Maria, vernans rosa,
Nostra corda fac formosa.

2. Ave, pia, fide plena,
Spes salutis, vitae vena,
O Maria Magdalena,
Duc ad caeli nos amoena.

3. Ave, speculum virtutum,
Iter nostrum tu fac tutum,
O Maria, nobis scutum
Contra hostem sis versutum.

435. (8.) **De Corpore Christi.**

Super Agnus.

1. Ave, panis angelorum,
Regum rex universorum,
Iesu Christe, peccatorum
Miserere miserorum.

2. Ave, sanguis, dulcis potus,
Per quem plene fuit lotus
A peccatis mundus totus,
Sanus factus est aegrotus.

3. Ave, panis angelorum,
Lumen verum et decorum,
Iesu Christe, laus sanctorum,
Dona pacem beatorum.

436. (9.) **De beata Maria V.**

Super Agnus.

1. Ave, gemma castitatis,
Paradisus deitatis,
O Maria, flos aestatis,
Sis nobis umbraculum.

2. Gaude, virgo benedicta,
Vero sole tu amicta,
O Maria, vere dicta
Dei habitaculum.

3. Ave, virgo, flos vernalis,
Mulierum nulla talis,
O Maria, stella maris,
Christi tabernaculum.

437. (10.) De beata Maria V.

Super Agnus.

1. Ave, summa creatura,
Mater vera, virgo pura,
Quae naturae frangis iura,
O Maria.

2. Ave, stellis coronata,
Luce solis trabeata,
Semper manens illibata,
O Maria.

3. Ave, gaudium sanctorum,
Quam vox laudat angelorum,
Te coronat rex caelorum,
O Maria.

438. (11.) De beata Maria V.

Super Agnus.

1. O Maria, fide plena,
Sponsa Christi, spes serena,
Frange leti nequam frena,
Daemonis ne laedat poena[1]).

2. O Maria, tu fecunda,
Iesu Christo placens munda,
Nos absolve de profunda
Procellosa maris unda.

3. A Maria, tu solamen
Patrem posce, natum, flamen,
Ut futurum post examen
Nos cum sanctis locet. Amen.

439. (12.) De sancto Iohanne Bapt.

Super Agnus.

1. Ave, stella matutina,
Quam illustrat lux divina,
O Iohannes, a ruina
Nos conserva serpentina.

2. Ave, rosa, flos sanctorum,
Ave, dux apostolorum,
O Iohannes, te cunctorum
Laudent ora populorum.

3. Ave, lumen admirandum,
Orbi toti praedicandum,
O Iohannes, et laudandum,
Nos accende ad amandum.

---

[1]) 1, 4 Ne daemonis laedamur poena.

440. (13.) **De sancto Iohanne Ev.**

Super Agnus.

1. Ave, custos tu Mariae
Et caelestis vas sophiae,
O Iohannes dulcis, pie,
Clarus dux caelestis viae.

2. Ave, lumen orbis clarum,
Ave, florens flos rosarum,
O Iohannes, tu nostrarum
Dele sordes macularum.

3. Ave, apis mellis plena,
Ave, mundi lux serena,
O Iohannes, sine poena
Duc nos caeli ad amoena.

441. (14.) **De sancta Maria Magdalena.**

Super Agnus.

1. Ave, Iudith pulchra, fortis,
Quae necasti ducem mortis,
Duc, Maria, nos de portis
Leti et fac tuae sortis.

2. Ave, dulcis advocata,
Resurgendi forma data,
O Maria, Deo grata,
Perduc nos ad caeli prata.

3. Ave, lotrix pedum Christi,
Lacrimando quos lavisti;
O Maria, tunc audisti:
Sint dimissa, quae fecisti.

Matthaeus Ronto,

Monachus Olivetanus,

† 1443.

Matthaeus Ronto war von venetianischen Eltern in Kreta geboren. Wo und wann er sich jene schönwissenschaftliche Bildung aneignete, welche ihn befähigte, Dantes Göttliche Komödie in eleganten Hexametern zu umschreiben, wird uns nicht berichtet. Wir erfahren nur, dafs er als Mönch des Olivetanerklosters bei Siena 1443 gestorben.

In der Handschrift 77 des Cistercienserstiftes Wilhering a. D. finden sich unter anderen Abhandlungen und Poesien Rontos die im folgenden mitgeteilten Hymnen. Dieselben sind bereits aus gleicher Quelle mitgeteilt von O. Grillenberger, Studien und Mitteilungen aus dem Benediktiner- und dem Cisterciensерorden, XII (1891), 17 ff. und 314 ff. Auf diese Abhandlung sei rücksichtlich des sonstigen Inhaltes der Wilheringer Handschrift verwiesen.

---

442. (1.) Hymnus de Viduis sanctis.

Ad Vesp. et Noct.

1. Euge, confratres, hilares canamus
Strenuos mores nitidamque vitam
Huius ac almae mulieris aeque
Neumate pulchro.

2. Ista, dum vixit, famulata Christo
Perstitit semper documenta servans
Eius et iussus calido creantis
Corde peregit.

3. Haec fuit constans animo meraci,
Iugiter prudens, humilisque caelebs,
Nec Deum caeli metuit tonantem
Femina sacra.

4. Omnium iutrix inopum benigna
Degit ac optans aliis feraces
Res, suum corpus maceravit acri
Ipsa ducatu.

5. Eius ad sacrum veniens sepulcrum
Quisquis aegrotus fieri rogando
Corporis compos validi repente
Sanus abibat.

6. Ergo laudemus mulieris acta
Mira praesentis sapido canore,
Ipsa pro nobis rogitans ut exstet
Cuncta regentem.

7. Gloriam patri tribuamus alto
Et suo celso genito vicissim,
Flamini sancto referente ritu
Tempus ad omne.

Collect. ms. Hilariense saec. 15. Cod. Hilarien. 77. — 2, 2 Praestitit. — 3, 1 Nec fuit. — 7, 3 reverenterit. — „Cum ecclesia catholica Iesu Christi exigeret hymnum communem sacris mulieribus non virginibus assignari, et nullus christicola iam peritus huiusmodi caritatem ipsis deflecteret[ur] efficere velle sanctis, ego ipsarum sacrarum mulierum ardore permotus ad laudem atque decus illarum me obnixe deflexi subsequentem hymnum versu sapphico et adonico fabricare et potest cani sub tono *Virginis proles opifexque matris* vel sub tono *Iste confessor Domini sacratus* etc. Ergo in nomine Domini nostri Iesu Christi sic moderne dicamus ad vesperas et ad matutinos.“ — Cfr. Grillenberger l. c. 321 sq.

443. (2.) Hymnus de Viduis sanctis.

In Laudibus.

1. Ista praebebat faciem facetam
Omnibus, nullum referens inane
Verbulum, misit sapiens sed omne
Famen ab ore.

2. Sola persistens volitabat usque
Ad Dei caelos soliumque mente
Illa devota mulier supernum
Numen avendo.

3. Haec Iesum Christum, Dominum polorum,
Saepe secretis lacrimis rogabat
Pectus et tundens gemitus levabat
Cordis ab imo.

4. Os suum sanctos recitabat hymnos
Dulce vel psalmos modulo prophetae,
Rebus in mundi reliquis silebat
Infima spernens.

5. Ergo laudemus mulieris acta
Mira praesentis sapido canore,
Ipsa pro nobis rogitans ut exstet
Cuncta regentem.

6. Gloriam patri tribuamus alto
Et suo celso genito vicissim,
Flamini sancto referente ritu
Tempus ad omne.

Collect. ms. Hilariense saec. 15. Cod. Hilarien 77. — 3, 2 lacrimis iacebat. — 3, 3 tundes. — Cfr. Grillenberger l. c. 322.

444. (3.) **De sancto Paulo.**

1. Ut tibi gratum modulum canamus,
Qui tuas laudes recitet decenter,
Nos modo dignos facito, precamur,
Splendide Paule.

2. Tu Iesu Christi vocitatus hostis,
Saulus exstabas prius, inde factus
Paulus es fidus, sibi stans amicus
Corde meraci.

3. Ille te cudit Iesus altus imum
Christus, in terram ruis et supinus,
Impos et caecis oculis moraris
Stratus ab illo.

4. Inde tu sanas acies resumis
Et fame laete comedis solutus,
Fluctibus sacrae fidei lavaris
Maxime fulgens.

5. Vas es electum Domini polorum
Doctor et gentis gradiensque praeco
Praedicas Christum miserum per orbem
Ore perito.

6. Raptus ad caelum deicum fuisti
Atque migrato puero dedisti
Ipsius vitam, colubrum sed igni
Pendens edacem.

7. Publii patrem precibus calore
Liberas febris, gravibus flagellis
Plecteris Christi recinens honorem
Nulla timendo.

8. Ut tui verbi documenta clara
Orbis illustrant populos fideles,
Militans fanum nitido decore
lugiter ornans.

9. Naufragum ponto ferulisque caesum
Sporta te muros profugum per artos
Detulit passum tenebras atroces
Carceris atri.

10. Ille crudelis Nero Caesar anget,
Efferus leti capitalis ense
Abstulit vitam tibi, sancte Paule,
Corporis aequi.

11. Martyr et tandem celebratus isti
Miles ad caeli solium superni,
Et tuis miris meritis ibidem
Utere perpes.

12. Tuque pro nobis nocuis rogato,
Qui Deum tanto redimit nitore,
Teque dilectum pretiatur alte,
Paule benigne.

13. Gratias sibi referamus ergo,
Qui tuo tantam tribuit labori
Gloriam, Christo, decus atque magnum
Tempore toto.

Collect. ms. Hilariense saec. 15. Cod. Hilarien. 77. — 13, 1 tibi. — 13, 3 Christi. — „Hunc hymnum ad honorem gloriosi apostoli, sancti Pauli, versu sapphico et adonico feriate (oder seriate) composui. Tres primi versus sunt sapphici, quartus vero adonius in omni quaternario collocati. Potest dividi in tres partes ad vesperos, ad matutinos et ad laudes sicut: Ut queant laxis resonare fibris, Autra deserti teneris sub annis, O nimis felix meritique celsi.“ — Cfr. Grillenberger l. c. 321.

445. (4.) **Translatio in metrum hymni Ave maris stella.**

Alma Dei genetrix et caeli ianua felix,
Fulgida stella maris, virgo perennis, ave.
Id Gabrielis Ave quae fortis ab ore tulisti,
Nos miseros funda pacis in arce ratae.
5. Quae celebranda parens mutasti nomen et Evae,
Tu mala nostra fuga, tu bona cuncta pete.
Vincula solve reis et profer lumina caecis
Matris et insinua te retinere statum.
Te mediante preces pro nobis ille capessat,
10. Qui tulit esse tuus natus in orbe Deus.

Virgo super cunctos homines et mitis et alta,
Fac humiles, castos, nos bene labe luens.
Da quoque purificae vitae munimina nobis
Ac iter impavidum cruraque tuta para,
Ut genitum speculando tuum solemur in aevum
Grataque laetitiae dona lucremur ibi.
Laus benedicta Deo patri natoque superno,
Spiritui sancto sit tribus unus honor.

Collect. ms. Hilariense saec. 15. Cod. Hilarien. 77. — 3 Ad Gabrielis. — Cfr. Grillenberger l. c. 317.

Hieronymus de Werdea,

Prior Lunaelacensis,

† 1475.

Hieronymus de Werdea oder von Monsee, mit seinem Taufnamen Johannes de Werdea, war zu Donauwörth in Schwaben geboren, ward Magister der freien Künste an der Wiener Hochschule und lehrte an derselben bis 1451; er trat dann in die Benediktinerabtei Monsee bei Salzburg, machte den 1. Januar 1452 Profefs, ward 1463 zum Prior erwählt und starb den 9. Oktober 1475.

Er ist nicht, wie öfters geschehen, mit dem etwas jüngeren Johannes Fabri, alias Obermayr, de Werdea zu verwechseln, welcher der schönen Künste Magister und Baccalaureus legum ac decretorum und 1486 Rektor der Universität Leipzig war und sich auch als lateinischer (didaktischer) Dichter betätigte. (Vgl. die Matrikel der Universität Leipzig, herausgegeben von Georg Ehrler I, 351; Fabricius Bibl. Lat. med. et inf. aetat. II, 544).

Hieronymus von Monsee oder, wie er selbst schreibt, Mense, war sowohl vor als nach seinem Eintritte in den Orden ein ebenso fleifsiger Kompilator und Schreiber von Codices als fruchtbarer theologischer Schriftsteller. Bezüglich seiner schriftstellerischen Tätigkeit sei verwiesen auf Vincenz Staufer, Mondseer Gelehrte, Wien 1864, S. 16 ff. und Mantissa Chronici Lunaelacensis bipartita, Monachii et Pedepontani 1749 II, Nr. 366 ff.

Aufser den Dichtungen, welche der Hymnenliteratur zuzurechnen sind, finden sich in Wiener und Münchener Handschriften noch manche andere poetische Versuche des Hieronymus, vor allem eine Vita metrica des Patrons von Monsee, des hl. Wolfgang, mit dem Anfang: *O pater alme Deus, Wolfgangi gesta canendo.* Das von Staufer unter Nr. 28 erwähnte Carmen sapphicum in honorem virginis Mariae mit dem Anfange *O Dei nostri genetrix Maria* konnte ich nicht auffinden; ebensowenig Nr. 6. Passio Domini nostri Iesu Christi poetice descripta.

---

446. (1.) Carmen ad D. N. Iesum Christum.

1. Memor mei, fili Dei,
Preces meas respice,
Parce flenti et dolenti
Peccata quam plurima,
Quae commisi et admisi
Scienter et nequiter.

2. Etsi multa sunt, quae stulta
Fecerit praesumptio
Te laedendo et perdendo
Tuam, Christe, gratiam,
Ego tamen consolamen
Exspecto certissime.

3. Non despero, sed te quaero,
Fons misericordiae,
Iesu Christe, non desiste,
Mihi, quaeso, tribue
Fontem clarum te aquarum
Gustare viventium.

4. Da virtutum mihi scutum,
Ne in bello corruam,
Quo ignitis me sagittis
Daemon vult illidere.
Ad te Deum, ut tropaeum
Mihi des, confugio.

5. In hac vita sic me dita
Donis salutaribus,
Ut per viam ire sciam,
Quae ducit ad patriam,
Ne plus cadam, sed evadam
Poenas, quas demerui.

6. Corde laeto iam te peto,
Ne me, Iesu, punias
Propter ea, quae mens mea
Admisit praeterita,
Quae iam vere praecavere
Propono firmissime.

7. Me in bono, quod propono,
Fac, Iesu, persistere,
Ante finem ne declinem,
Ad te devotissime
Fundo precem, ne in necem
Decidam perpetuam.

Collect. ms. Lunaelacense saec. 15. Cod. Vindobonen. 3604. A. — Collect. ms. SS. Udalrici et Afrae anni 1481. Clm. Monacen. 4423. B. — Incipit carmen ad D. N. Iesum Christum pro impetranda peccatorum venia sub nota *Tibi, Christe, splendor patris*, decantandum AB. — Erwähnt von Staufer l. c. unter Nr. 29.

447. (2.) De Nomine Iesu.

1. Illibatae matris nate,
Fili Dei, precor mei
Cordis munda latebram,
Ut aperte et diserte
Mente tota et devota
Hymnos tuos proferam.

2. Heli, heli, rector caeli,
Nunc attende et accende
Me superna gratia,
Nam sincero corde quaero
Tibi ferre et offerre
Laudum sacrificia.

3. Eruditum et munitum
Tuae legis, qua nos regis,
Fac me per elogium,
Quo timore et amore
Possim tui semper frui
Per hoc soliloquium.

4. Suspirantem et clamantem
Ad te Deum audi reum
Solita clementia,
Contristatum, sed signatum
Signo crucis, hostis trucis
Servans a saevitia.

5. Vas honoris, mors erroris,
Opto nimis, ut imprimis
Tui des memoriam,
Ut decenter et frequenter
Puro corde sine sorde
Tuam cantem gloriam.

6. Splendor patris, honor matris,
Ob insigne tuum digne
Nomen fac me strenue
Te laudare, praedicare,
Ut finita carnis vita
Gaudeam perpetue.

Collect. ms. SS. Udalrici et Afrae anni 1481. Clm. Monacen. 4423. — Nach 3, 6 zu urteilen vielleicht Einteilung zu einem längeren Gedichte. Die Autorschaft des Hieronymus ergibt sich wohl aus dem Vergleich des Liedes mit Nr. 1 und 5.

448. (3.) De Nomine Iesu.

1. Increata, patre nata,
Iesu, sapientia,
Te laudantum et amantum
Choris me associa,
Sumens pauca licet rauca
Laudum sacrificia.

2. Haec attende et perpende
Servi famulitia,
Quis honoro et adoro
Tua beneficia,
Uti dignus, non indignus
Tua sim praesentia.

3. Eia, Christe, gressum siste,
Auscultans cum gratia
Te paventem et fatentem
Tibi sua vitia,
Quae gregavit et patravit
Sua ab infantia.

4. Sic me vere paenitere
Mea fac flagitia,
Ut evulsa et expulsa
Animi tristitia
Tibi tandem laudes cantem
Cordis cum laetitia.

5. Virtus patris, decus matris,
Mentis quo duritia
Est soluta et abluta
Mundi sunt exitia,
Haud me spernas, sed me cernas
Consueta clementia.

6. Supplicantis et laudantis
Te per haec sequentia,
Sume vota, quae devota
Offero instantia
Et finita me hac vita
Tuo vultu satia.

Collect. ms. SS. Udalrici et Afrae anni 1481. Clm. Monacen. 4423. — Ist in der Hs. ohne Überschrift, folgt aber unmittelbar auf Nr. 2 und scheint nach 6, 2 fast wie dieses Einleitung zu einem anderen längeren Gedichte gewesen zu sein.

449. (4.) Psalterium Domini N. Iesu Christi.

1. Iesu, da, quod canimus
in psalmis, ut sequamur,
Ne ab infidelium
errore seducamur,
Nam primi nos materia
psalmi sic informavit,
Quae aliis ut prologum
Esdras sic adaptavit.

2. Iesu, qui per os David
olim cecinisti:
Cur gentes fremuerunt?
et nobis subvenisti,
Tuam per passionem
a paganis et malis
Hominibus nos liberans
protege sub alis.

Dies Psalterium ist bereits in der Sammlung der Reimpsalter mitgeteilt. Vgl. Anal. XXXV, 64 ff. Erwähnt von Staufer l. c. unter Nr. 14.

450. (5.) De Beata Maria V.

1. Frater ego, qui non nego
Me peccasse plurimum,
Rogo, pia o Maria,
Placa mihi filium,
Ad quem tendam, ut tremendam
Evadam sententiam.

2. Tu es illa, quae mamilla
Filium lactaveras,
Et si mille petis, ille
Nil negare poterit;
Rogo ergo, sacra virgo,
Me et omnes adiuva.

3. Iesum Christum, mitem istum,
O regina gloriae,
Ex te natum, tam beatum
Puro corde colimus,
Regem verum atque rerum
Creatorem omnium.

4. O Maria, mater pia,
Hoc a te deposcimus,
Ne saluti restituti
Nos peccemus iterum;
Iesu bone, sic dispone,
Ut matrem rogavimus.

5. Maris stella, interpella
Iesum, tuum filium,
Ut finita carnis vita
In caelesti patria
Simus sine semper fine
Gloriae participes.

Collect. ms. Lunaelacense saec. 15. Cod. Vindobonen. 3604. A. — Collect. ms. SS. Udalrici et Afrae anni 1481. Clm. Monacen. 4423 B. — „Haec Ieronimus“ B fol. 131 b. — Acrostichon: Frater Ieronimus.

451. (6.) Super Salve Regina.

1. *Salve, regina,* sub tuo regimine
Militare cupientes, o domina,
Tibi nos totos committimus, ut mente,
Corpore quoque regas nos totaliter,
Rectores namque sumus nos inutiles.

2. *Misericordiae* fons recte diceris
Eo, quod tibi commissum officium
Est miserendi; absit ergo, domina,
Ut desperemus; confidimus potius
Salvari per tuam misericordiam.

3. *Vita, dulcedo et spes nostra* solida:
Vita, quia tu mortuos vivificas,
Dulcede eo, quod amaritudinem
Peccati pellis, spes eo, quod filii
Tui cari sumus redempti sanguine.

4. *Salve*, Maria, iam secundo dicimus,
Salve, ut tam ab intra quam exterius
Per te custodiamur, o sanctissima
Virgo Maria; quod petimus, impetra,
Sunt sine te preces nostrae invalidae.

5. *Ad te clamamus* circumdati undique
Inimicorum insidiis valide;
Si tardam vocem amittimus clamando,
Cito adiuva, ne tuis clientulis
Unquam praedominentur hostes pessimi.

6. *Exules filii Evae* a patria
Petimus, ut non exsules a gratia
Simus vel a te vel a Christo capite,
Sed te regente mens nostra conformis sit
Voluntati tui dilecti filii.

7. *Ad te suspiramus* nos tamquam parvuli,
Qui matrum sugere cupiunt ubera;
Amor namque, quo sumus inebriati,
Cogit nos ad te suspirare, domina;
Exaudi nos ergo misericorditer.

8. *Gementes et flentes* nostras miserias
In hac lacrimarum valle deposcimus,
Tuum auxilium ne subtrahas nobis,
Quia, si tu nos deseris, mox cadimus
A spe, o virgo, quam de te concepimus.

9. *Eia, eia ergo, advocata nostra*,
Tuae nos pietatis advocatio
Commendet ei, qui nostram advocatam
Te statuit, uti caelestem patriam
Donare velit nobis post exsilium.

10. *Illos tuos misericordes oculos*
Ad nos converte, qui catervas daemonum
Fugant, expellunt tenebras vitiorum,
Corda accendunt, trahunt ad caelestia;
Hos oculos ad nos converte, domina.

11. *Et Iesum benedictum fructum ventris tui*,
Creatorem et redemptorem omnium,
Qui propter nos propterque nostram salutem
Homo factus est passusque turpissimam
Mortem, Iesum, quaeso, fructum ventris tui,

12. Tu *nobis post hoc ostende exsilium,*
Ut tecum laeti cumque sanctis angelis
Tandem in caelis et cum omnibus sanctis
Eius aspectu desideratissimo
Promereamur sine fine perfrui.

13. *O clemens* pauperum praesidiaria,
Exaudi preces devote rogantium
Et quam plurimis peccatis maculatos
Tuis, Maria, sanctissimis meritis
Ab omni culparum resolve vinculo.

14. *O pia* mater, o regina gloriae,
Quae es cunctorum hominum spes unica,
Ex intimis te precamur praecordiis,
Ut nos, indignos licet tuos famulos,
Eripere velis ab Orci crucio.

15. *O dulcis Maria*, o dulcis domina,
In hora mortis nobis fer auxilium
Et tecum perduc ad caeli palatia,
Ut patrem, filium, sanctum paraclitum
Tecum laudemus iugiter in saeculum.

Collect. ms. Lunaelacense saec. 15. Cod Vindobonen. 3848. — 9, 1 ut caelestem. — 13, 4 solve.

452. (7.) De sancto Benedicto.

1. Puer petens eremum,
Sancte Benedicte,
Linquens Romae studium,
Miles o invicte,
Fractum capisterium
Qui compingis prece,
Fac me, quaeso, liberum
A secunda nece.

2. Tuum desiderium
Dum Romanus novit,
Tibi tradit habitum
Et pascendo fovit,
Dum te reddit stabilem
Accedens ad cellam,
Daemon iactans lapidem
Fregit campanellam.

3. Teque quidam presbyter
Die dum paschali
Visitat, celeriter
Occasione tali
Romanum quiescere
Deus a labore
Vult et te clarescere
Mundo cum honore.

4. In specu penuriae
Quando latitasti,
Merulam luxuriae
Sic a te fugasti,
Urticis et vepribus
Mox te involvisti,
Sicque carnis motibus
Plene restitisti.

5. Per crucis signaculum
Vas, quod venenatum
Continebat poculum,
Rumpens, praesentatum
Tibi a discipulis,
Quos ob hoc liquisti,
Locum solitudinis
Iterum adisti.

6. Plura monasteria
Illic dum struxisti,
Post tua vestigia
Multos attraxisti,
Placidum Tertullius
Enticiusque Maurum
Tibi tradunt, quos tu plus
Diligis quam aurum.

7. Fuit frater tepidus
Malorumque morum,
Niger quem puerulus
Traxit extra chorum,
Hunc dum virga percutis,
Fit in Dei laude
Promptus, quem sic eximis
Daemonis a fraude.

8. Labor erat fratribus
Aquam hauriendo,
Ferre sitientibus
Montem descendendo,
Tunc tres petras in una
Rupe posuisti,
Orando in copia
Aquam produxisti.

9. Gothus dum quodam loco
Falcastro succidit
Vepres, de manubrio
Ferrum prosilivit
In lacumque cecidit,
Pater dum oravit,
De profundo rediit,
Manubrium intravit.

10. Egressus est Placidus
Aquam hauriendo
In lacumque longius
Tractus est cadendo;
Mauro pater imperat:
Curre sine mora!
Qui parens extraxerat
Ipsum in hac hora.

11. Presbyter Florentius
Non valens habere,
Quod tu, tuis actibus
Coepit invidere,
Panis, quem susceperas,
Veneno infectus
A corvo, ut iusseras,
Longe est proiectus.

12. A cultu Apollinis
Populum avertis,
Aram tanti criminis
Penitus subvertis,
Quod Satan gravaverat,
Saxum levigasti,
Ignem, quem succenderat,
Sophisticum monstrasti.

13. Paries quem triverat,
Parvum monachellum
Orans pater suscitat
Atque rusticellum;
Fratres, quos contigerat
Cellam exivisse,
Prophetando vicerat
Foris comedisse.

14. Totila rex dubius,
Utrum te decoret
Prophetiae spiritus,
Mittit, ut exploret,
Cui sine dubio
Sic propheta eris,
Anno regni decimo,
Dicens, morieris.

15. Aquinensem clericum
A daemone vexatum,
Ne carnis edulium
Sumat, per mandatum
Stringis, nec ulterius
Ordines accedat,
Ne fortassis acrius
Daemon eum laedat.

16. Theopropus nomine,
Vir per te conversus,
Tuam dum quadam die
Cellam est ingressus,
Flesti amarissime
Et, dum causam quaerit,
Dicis: o carissime,
Claustrum illud perit.

17. Frater, qui tibi ferre
Flascones debebat
Duos, in itinere
Unum abscondebat,
Quem dum pro hoc clanculo
Culpas delinquentem,
In absconso vasculo
Reperit serpentem.

18. Qui a monialibus
Mappulas acceptas
Abscondebat, talibus
Verbis fratrem tractas:
Certe praesens fueram,
Has dum accepisti,
Quodque eas videram,
In sinum abscondisti.

19. Fratrem, quem superbiae
Spiritus tentavit,
Qui lucernae lumine
Tibi ministravit,
Non parum sed acriter
Pro hoc increpasti:
Signa cor tuum, frater,
Male cogitasti.

20. Dum consumptis panibus
Fratres conturbantur,
Increpationibus
Tuis animantur
Et si minus hodie
Panes sunt inventi,
Cras farinae modii
Patebunt ducenti.

21. Fratribus, quos miseras
Claustrum construendo,
Sicuti promiseras,
Ad hos veniendo,
Quadam in visu nocte
Tu apparuisti,
Quomodo construere
Debeant, monstrasti.

22. Moniales feminae
Satis ostendebant,
Tua sancta famina
Quantam vim habebant,
Dum pro linguae vitio
Fit a Deo rata
Excommunicatio
Illis comminata.

23. Ad parentes suos it
Monachus non sane,
Nam dum sine tua fit
Benedictione,
Sepulturae traditum
Terra bis proiecit,
Donec sibi aditum
Deus per te fecit.

24. Monacho instabili,
Claustrum qui exivit,
Patre venerabili
Orante occurrit
Draco sat horribilis
Dei iussione,
Fitque frater stabilis
In promissione.

25. Puer elephanticus
Tibi praesentatur,
Per te quoque citius
Sanitati datur.
Alterque pro debito
Graviter afflictus
Tuo sancto merito
Liber est effectus.

26. Sic ab adversario
Puer venenatur,
Eius cutis vario
Colore mutatur
Et leprosus creditur,
Tuae pietati
Praesentatus redditur
Primae sanitati.

27. Erat in Campania
Tunc alimentorum
Maxima inopia,
Subdiaconorum
Uni quando modicum
Olei dedisti,
Vas, quod erat vacuum,
Plenum reddidisti.

28. Seniorem monachum
Daemon dum intravit
Audacter non modicum
Eumque vexavit,
Dum ei solummodo
Alapam dedisti,
Daemonem continuo
Ab eo expulisti.

29. Zalla quidam nomine
Rusticum constrictum
Loris tenet, utique
Graviter afflictum,
Quem pater sanctissimus
Ab eo absolvit,
Solo visu citius
Lora dum resolvit.

30. O pater sanctissime,
Plus quam tu valebat
Soror illo tempore,
Imbrem dum trahebat
De caelo oratio
Eius; fit, quod cupit,
Nam mox inundatio
Pluviae erupit.

31. Post hoc die tertia
In cella dum fuisti,
Elevans in aera
Oculos vidisti
Animam sanctissimae
Sororis Deo carae
In columbae specie
Caelos penetrare.

32. Vidisti ab angelis
Animam Germani
Deferri antistitis
In caelum Capuani;
Testes huius tribuam
Diaconum Servandum,
Theopropum etiam,
Patrem venerandum.

33. Inter tot miracula,
Pater, qui clarebas,
Per doctrinae studia
Etiam fulgebas,
Quod in sancta regula
Satius praetendis,
In qua, tua opera
Quanta sint, ostendis.

34. Tui quando obitus
Diem prophetasti,
Erectis sursum manibus
Spiritum efflasti,
Via strata pallis
In caelum usque tendens
Te dat caeli gaudiis,
Lampadibus resplendens.

35. Nunc et semper salvet me
Sanctus Benedictus,
Quatenus a daemone
Semper sim invictus
Utque a suppliciis
Tutus sim inferni
Et fruar deliciis
Regni sempiterni.

Collect. ms. Lunaelacense saec. 15. Cod. Vindobonen. 3604. A. — Collect. ms. Lunaelacense anni 1518. Cod. Vindobonen. 4120. B. — Collect. ms. S. Petri Salisburgen.[?] saec. 15. Cod. Vindobonen. 3402. C. — Orat. ms. S. Petri Salisburgen. saec. 15. Cod. Petrin. b II 30. D. — Collect. ms. S. Petri Salisburgen. saec. 15. Cod. Petrin. b VI 3. E. — Collect. ms. SS. Udalrici et Afrae anni 1481. Clm. Monacen. 4423. F. — Collect. ms. SS. Udalrici et Afrae saec. 15. ex. Clm. Monacen. 4381. G. — Cod. Mellicen. 932. saec. 15. H.

1, 4 omni victe D. — 1, 6 compingens D. — 1, 7 sq. In quo purgatur triticum A, tua nutrice H. — 3, 1 Te quam D. — 6, 2 duxisti G. — 6, 6 Euticiusque A; Enticusque E; Eutriciusque D. — 7, 8 A daemonis AFG. — 8, 1 Labor exstat DE. — 10, 8 Eum in DE. — 11, 3 tuis ac tibi E. — 13, 1 Paries qui E, Paries que F. — 14, 6 eras E. — 17, 2 Floscones D. — 17, 3 Duas C. — 18, 7 Quique eas H. — 20, 1 Cum E. — 23, 6 eiecit E. — 26, 1 Hic ab E. — 26, 2 Quidam venenatur AE; Quaedam G. — 26, 3 Quod eius cutis FG. — 27, 5 Qui qnando E. — 28, 5 Sed ei solum modo DE. — 29, 1 Salla quidam CEG. — 31, 6 Deo fehlt C. — 32, 3 sq. Capuani praesulis In caelum deferri GE. — 34, 6 usque fehlt C.

„Haec pater Ieronimus, Lunaelacensis coenobii professus“ F. — „Carmen de vita beati Benedicti, sub nota A v e v i v e n s h o s t i a cantandum, conformiter ad secundum librum dialogorum beati Gregorii papae.“ BFG. — Erwähnt von Staufer l. c. unter Nr. 30.

453. (8.) De sancto Floriano.

1. O martyr Christi, Floriane inclite,
Exemplum dabas efficax fidelibus,
Dum ad martyrii coronam festinans
Amore Dei Lauriacum properas
Et tuis nuntias commilitonibus:

2. Quid fratres alios iam diu quaeritis?
Ite et cito sic dicite praesidi,
Quia et ego vere sum Christianus;
Tunc te praesentant Aquilino praesidi,
Sed nec minis terreris nec verberibus.

3. Ad pontem igitur Anesi fluminis
Perductus, ut mergaris, oras et dicis:
Suscipe, o Iesu mi, animam meam;
Crudelisque te iuvenis in fluvium
Praecipitat, sed mox privatur lumine.

4. Fluvius autem, expavescens martyrem,
Nobile corpus elevavit in petram;
Iussu divino adveniens aquila
Expansis alis suis in modum crucis
Sanctissimi corpus protexit martyris.

5. Qui se devotae feminae Valeriae,
Ut humo corpus condat, manifestavit;
Quae illud virgultis involvens ad locum
Pergit monstratum et, dum animalia
Lassantur, fons erupit durans hodie.

6. Ad locum ergo sepulturae veniens
Corpus secrete sub terra deposuit,
Ubi divina volente clementia
Miles ille martyrque sacratissimus
Innumeris adhuc floret miraculis.

7. Flori, quo flores, Floriane inclite,
Christo commenda nos tuis precatibus,
Ut, quae commisimus, hic mala relaxet
Et tuis tandem sanctissimis meritis
Perveniamus ad aeterna gaudia.

Collect. ms. Lunaelacense saec. 15. Cod. Vindobonen. 3848. A. — Collect. ms. SS. Udalrici et Afrae anni 1481. Clm. Monacen. 4423. B. — 3, 3 o fehlt AB. — 5 ,3 Quae id virgultis AB. — Erwähnt in: Mantissa Chronici Lunaelacen. II sub. Nr. 395.

454. (9.) De sancto Georgio.

1. O martyr Christi milesque fortissime,
Sancte Georgi, Dominum Iesum Christum
Pro me devoto tibi, quaeso, famulo
Deprecare tu precatu assiduo,
Ne vincar, qui infestat me, a daemone.

2. Et ut vicisti draconem pestiferum
Nobilem liberando regis filiam,
Ita in omnibus adversitatibus
Mihi succurre, dum extrema maxime
Necessitate constitutus fuero.

3. Det mihi Deus per te fortitudinem
Spiritus sancti, ut concupiscentias
Carnis domare atque vincere queam
Mundoque corde Domino deserviam,
Quousque finis vitae meae clauditur.

Collect. ms. Lunaelacense saec. 15. Cod. Vindobonen. 3848. A. — Collect. ms. SS. Udalrici et Afrae anni 1481. Clm. Monacen. 4423. B. — 1, 4 tu fehlt AB. — 3, 3 domare et vincere AB. — Erwähnt in: Mantissa Chronici Lunaelacen. II. Nr. 395.

455. (10.) **De sancta Ursula.**

1. Licet, o virgo Ursula sanctissima,
Terreno sponso desponsata fueris,
Ad tuas tamen et virginum tuarum
Preces intendens, sponsus ille caelicus,
Iesus plus vobis, quam petistis, tribuit.

2. Qui nedum in castitate virginea,
Pro qua petistis, servavit, sed etiam
Ad palmam vosmet perduxit martyrii,
Quapropter nemo dubitare poterit,
Quin preces vestrae sint permultum validae.

3. Petimus ergo, o martyr egregia,
Pro nobis ad Deum, tuaeque sodales,
Fundite preces, quod taliter vivamus,
Ut post hanc vitam mereamur fieri
Caelestis regni vobiscum participes.

Collect. ms. Lunaelacense saec. 15. Cod. Vindobonen 3604. — 2, 3 vos perduxet. — Erwähnt von Staufer l. c. unter Nr. 31.

456. (11.) **Oratio de Beata Virgine metrice ex undecim partibus versuum totidemque generibus metrorum contexta.**

Orans exposcit a te qui, virgo Maria,
Nomen et ipsius infra versiculi monstrant.

Dactylicus disiunctus.

1. Florida virgula, pellere noxia singula cures,
Regia gloria, solvere vincula pessima quaeras.

Dactylicus coniunctus.

2. Atque Dei genitrix pia, virgo serena, Maria,
Tunc rogata dabis famulari parata ministro.

Dactylicus neuter.

3. En, tibi supplico, me, pia, pacifica, rege, munda,
Respice, quae patior, mihi subveni, virgo Maria.

Leoninus.

4. Iamque sis, o vitis florida, semper mihi mitis
Et fer opem famulo, virgo beata, tuo.

Caudatus.

5. Radice de Iesse quae graderis, tibi caelis
Omnes tu pariter iungere meque velis.

Epanalenticus.

6. Nobis propitia, rogo, sisque misericors nobis,
In te speramus, nam et confidimus in te.

Reciprocus.

7. Maxima stella maris, tuo nos, carissimo, nato,
Unire precibus, maxima stella maris.

Anadiplosicus.

8. Spes miserorum, pax, requies et gratia dulcis.
Dulcis sis miseris et spem concede salutis.

Anaphoricus.

9. Est pius, est clemens, est plenus Christus amore,
Me mundet, me salvet per te, virgo beata.

Serpentinus.

10. Et moneo, male ne mihi sit, hoc procul averte,
Nunc quia, scis certe, doleo valde male.

Salius sive saliens.

11. Sis medicina, caeli regina, mitteque iuvamen
Esto parata, dona rogata iugiter. Amen.

Collect. ms. Lunaelacense saec. 15. Cod. Vindobonen. 3604. — 4, 1 Iamque, o florida vitis, semper sis mihi mitis. — Akrostichon: Frater Ieronimus de Mense. — Erwähnt von Staufer l. c. unter Nr. 26.

457. (12.) Predigtlied.

1. O muter der parmherczikayt,
Maria, du vil rayne maid,
Zum gotz wort vnſer hercz beraitt,
Was man vns an der Predig ſayt.

2. Hilff, das dasſelb an vns entſpriesz,
Vom mund in vnſer hercze flieſs,
Das vns in nichte nit verdrieſs,
Und ſein all glaubig ſell genyeſs.

3. Nw pitten wir dich arm vnd reich,
Dein milte gnad du vns verleich,
Das wir mit dir im hymelreich
Erfrewet werden ewikleich.

Orat. ms. Tegurinum saec. 15. Clm. Monacen. 20110. (fol. 238 a) A. — Collect. ms. SS. Udalrici et Afrae anni 1481. Clm. Monacen. 4423 (fol. 35 b). B. — 1, 2 mayd B. — 1, 3 wortt B. — 1, 3 berayt B. — 1, 4 Als man vnſs B. — 2, 1 Hilf fehlt A; vnſs enſpryehen B; entſpruesz A. — 2, 2 flyeſz B. — 2, 3 Vnd das vnſs daran nicht verdryeſz B. — 2, 4 all glaubigen hell genyeſſen B. — 3, 1 Nun pitten B; dich fehlt A; reych B. — 3, 3 in dem hymelreich B. — 3, 4 ewiclich B.

Hoc carmen edidit et sequentes horas diei sub eadem nota *Beata nobis gaudia* magister Ieronimus de Werdea, monachus tunc in Lunaelacu. B.

Aus B bei Wackernagel, Das deutsche Kirchenlied II, 693, ohne Angabe des Verfassers.

Thomas a Kempis,

Canonicus Zwollensis,

† 1471.

Frater Thomas Kempis, wie er selbst sich schreibt, entstammt dem niederrheinischen Städtchen Kempen, wo er 1379 (oder 1380) das Licht der Welt erblickte. Sein Vater Johann Hemerken war Handwerker von Stand, seine Mutter hiefs Gertrud (Kuyt.) Als die Schulen der Heimat dem Jünglinge nicht länger genügten, ging derselbe, sich weiterzubilden, nach Deventer (spätestens 1392), wo er zunächst bei Florentinus Radewijus, Vikar der Kirche zu Deventer, dann bei einer frommen Witwe, und schliefslich wieder bei Radewijus, in dessen zu einem Hause der Fraterherrn umgewandelten Wohnung Unterkommen fand und bis 1399 verblieb. Ende September dieses Jahres erbat und erhielt er die Aufnahme in das regulierte Chorherrnstift Agnetenberg bei Zwolle, doch erfolgte seine Einkleidung erst 1406. Den 26. Juli 1413 ward er zum Priester geweiht, begab sich 1424 nach Windesheim, ward wahrscheinlich 1425 zum erstenmal zum Subprior erwählt, und mufste den 11. Juni 1429 mit den übrigen Konventualen infolge der strittigen Utrechter Bischofswahl den Agnetenberg verlassen und bis 1432 in Lunenkerk bei Harlingen eine Zuflucht suchen. Im Jahre 1448 ward er, nachdem er zeitweise auch dem Rentamte vorgestanden, zum zweitenmale zum Subprior gewählt. Im Alter von Wasser in den Beinen belästigt, starb er im 92. Lebensjahre den 25. Juli 1471.

Es ist hier nicht der Ort, von den anderen Schriften des gottseligen Thomas a Kempis, insonderheit von dem unvergleichlichen Werke der Imitatio Christi zu reden. Seine Hymnen und religiösen Dichtungen sind uns teils in den Ausgaben seiner Werke, teils handschriftlich erhalten. Unter den Handschriften steht in erster Linie das Thomas-Autograph vom Jahre 1456, Cod. Bruxellen. 4585—87. „Anno Domini Mcccclvi finitus et scriptus per manus fratris Thomae Kempis". Die Handschrift enthält mehrere Dichtungen mit ihren Singweisen; diese wurden von Coussemaker unter dem unzutreffenden Titel „Chants liturgiques de Thomas a Kempis" veröffentlicht in dem Messager des Sciences historiques de Belgique, 1856, p. 66 ff. Als liturgisch können nämlich unter den nachstehend gedruckten Liedern unseres Autors nur die Nummern 1 bis 9 einschliefslich gelten, von denen nur eine, Nr. 4, auch handschriftlich vorkommt. Alle übrigen Poesien des Verfassers gehören der aufserliturgischen Erbauungspoesie, dem Reimgebete an, auch dann, wenn sie, wie meist der Fall, mit Singweisen versehen und diese dem liturgischen Hymnen-Sequenzen- und Antiphonengesange entlehnt sind. Thomas dichtete auf solche, ihm aus dem Chorgesange geläufige Weisen neue Texte, um dieselben zu seiner Erbauung nicht nur zu rezitieren, sondern auch zu singen. Diese Dichtungen sind also, wenn man will, „gesungene Leselieder" oder, wie man sich später ausgedrückt haben würde, eine Art „christlicher Hausmusik". Eine Sammlung solcher, der liturgischen entlehnten Hausmusik ist auch die zweite Handschrift, die uns Lieder des Frater Thomas überliefert, ein im Fraterhaus zu Zwolle geschriebenes Gesangbüchlein, jetzt Cod. 434

der Stiftung Emmanuelhuizen in Zwolle. Die Lieder dieser Handschrift wurden zuerst von Spitzen herausgegeben in seiner Nalezing op mijn Thomas a Kempis, Utrecht 1881, 62—74. Verwandten Charakters ist die Karlsruher Handschrift 368, eine Sammlung von meist mit Singweisen versehenen Liedern, die August 1786 aus der Auktion Julius' von der Hardt in die heutige grofsherzoglich badische Landesbibliothek überging. Die Lieder dieser Handschrift hat Mone in seinen Lateinischen Hymnen des Mittelalters an verschiedenen Stellen gedruckt, ohne indes in Thomas den Verfasser zu erkennen. Weniger reichhaltig an Liedern ist die Handschrift 7970 der k. k. Familien-Fidei-Komifs-Bibliothek in Wien, ein aus den Niederlanden stammendes musikalisches Quodlibeticum. Aufser den im folgenden mitgeteilten Liedern enthält die Handschrift (ähnlich wie auch Cod. Zwollen. und selbst Bruxellen.) eine Anzahl von Antiphonen und Responsorien mit Singweisen, die augenscheinlich Thomas zum Verfasser haben, hier aber keine Aufnahme finden konnten, weil sie, in Prosa geschrieben, nicht wohl als religiöse Dichtungen bezeichnet werden können. Auch die Brüsseler Handschrift enthält eine solche Antiphon: O dulcissime Jesu, quam amabilis etc. Coussemaker l. c. p. 77.

Aus demselben Grunde habe ich auch die ein- zwei- und dreifachen Akrostichen auf die Namen Caecilia, Agnes und Clara (Opera Omnia 1607 II, 597 sq.) ausgeschlossen. Es sind dies keine Hymnen, auch in des Wortes weitestem Verstande nicht. Dasselbe gilt von dem in vernachlässigten Versen geschriebenen Lehrgedichte Vita boni monachi (Opera Omnia l. c. 590 sqq.) In das Gebiet der religiösen Lyrik kann es schwerlich einbezogen werden.

---

458. (1.) Hymnus de ss. Trinitate.

1. O vera summa trinitas,
   Aequalis una deitas,
   Tibi laus, tibi gloria,
   Honor, virtus, victoria.

2. Te invocamus mentibus,
   Te collaudamus vocibus,
   Te adoramus genibus,
   Te flagitamus manibus.

3. Tu nostra es felicitas,
   Lux, via, vita, veritas,
   Tu creator es omnium,
   Caelorum, terrae, marium.

4. Te iure laudant omnia,
   Caelestia, terrestria,
   Et infernorum condita
   Tibi non sunt abscondita.

5. De patri sit gloria
   Eiusque soli filio
   Cum spiritu paraclito
   Et nunc et sine termino.

Thomae Malleoli de Kempis Opera Omnia ed. H. Sommalius Antwerpiae. 1607. II, 596.

459. (2.) Hymnus in Transfiguratione Domini.

1. Iesu, salvator saeculi,
   Redemptis ope subveni,
   Qui in corpore fragili
   Voluisti transformari.

2. Lex et prophetae primitus
   Praedixerunt divinitus
   Te in carne adventurum
   Et pro nobis moriturum.

3. Beatus venter virginis,
Quae te fovit in gremio,
Alens sacris uberibus
Iacentem in praesaepio.

4. Baptista, praeco nobilis,
Praedicavit in populis:
Ecce, agnus Dei, Christus,
Olim promissus patribus.

5. Quo agnito discipuli,
Petrus, Iacobus, Iohannes
Relictis rebus saeculi
Iesum sequuntur alacres.

6. Post haec in montis vertice
Orante Iesu intime
Transfiguratur caelitus
Vultus eius pulcherrimus.

Laus, honor, virtus, gloria etc.

Thomae Malleoli de Kempis Opera omnia ed. H. Sommalius. Antwerpiae. 1607. II, 599. B.

460. (3.) **Hymnus de eodem festo.**

1. Christe, redemptor omnium,
Vera salus credentium,
Audi preces humilium
Laudes tibi canentium.

2. Vergente mundi vespere
Processisti de virgine,
Ut radius de sidere,
Verum lumen de lumine.

3. E sursum pater tonuit
Eius te fore filium,
Hoc et Iohannes docuit
Perhibens testimonium.

4. Infunde nunc piissime
Donum caelestis gratiae,
Ut caritate fervidi
Simus et intus lucidi.

5. Largire tuis servulis
Hunc diem venerantibus,
Ut tua transformatio
Gloriae sit adeptio.

6. Gloria tibi, trinitas,
Aequalis una deitas,
Quam laudat caeli curia
Per infinita saecula.

Thomae Malleoli de Kempis Opera omnia ed. H. Sommalius. Antwerpiae 1607. II, 592.

461. (4.) **Hymnus ad Angelos et Sanctos in caelo.**

1. Caeli cives, attendite
Et, angeli, percipite,
In hac valle miseriae
Exsulanti succurrite.

2. Vos in perenni gaudio
Et ego in exsilio;
Pensate, quod gemens dico,
An mirum sit, quod lugeo.

3. In terris diu vivere
Et Christum nondum cernere
Grave nimis est animae
Languenti eius amore.

4. Hinc sponsa in meridie
Sponsum requirit anxie,
Quem mystica sub specie
Absens colit vera fide.

5. Fides, spes, mera caritas
Clamant: Iesu, quo properas?
Rabboni, ubi habitas,
Cur ire longe simulas?

6. De mea nunc absentia
Noli flere, o anima,
Ibi fige suspiria,
Quo praecedo, in patria.

7. Consoletur exsilium
Gratiae stillicidium,
Fratrum quoque subsidium
Ac luctus tui praemium.

8. Ad patrem sursum transeo,
Ut in misso paraclito
Exsultes et in filio,
Quamdiu es in saeculo.

Cant. ms. Zwollense saec. 15. Cod. Zwollen. (Emmanuelshuizen) 434. A. — Orat. ms. Carthusiae Colonien. saec. 15. Cod. Colonien. 28. B. — Opera et libri vitae Thomae de Kempis imp. Norimbergae 1494. C. — Opera Thomae a Campis. Parisiis 1549. D. — Opera Thomae a Campis. Dilingae 1567. E. — Opera Thomae a Kempis ed. H. Sommalius. Antwerpiae 1601. F. — Thomae Malleoli de Kempis Opera omnia ed. H. Sommalius. Antwerpiae 1607. II, 593. G.

1, 4 Exultati A. — 2, 3 quid AB. — 3, 4 Languentis AB; eius vulnere B. — 4, 3 sub spe E. — 4, 4 Occlusum colit DE. — 5, 1 Fides, spes et caritas DEG. — 5, 2 Clamat B. — 6, 2 amica A. — 6, 4 Quo te praecedo in DEG; praecede C. — 8, 2 Ut emisso paraclito AB.

462. (5.) Hymnus de s. Agnete Virgine.

1. Agnetis, Christi virginis
Et pretiosae martyris,
Memoriam sollenniter
Agamus unanimiter.

2. In annis puerilibus
Spretis mundi blanditiis
Filio matris virginis
Castis adhaesit mentibus.

3. Quem, dum in terris viveret,
Sponsum habere voluit;
Quam vere hunc diligeret,
Sanguine fuso prodidit.

4. Quo rubente angelicis
Suscipitur in manibus
Ac fertur in cubiculum
Virginibus pollicitum.

5. Ibi gaudet in candida
Agnum subsequendo stola
Atque canit in cithara
De hostium victoria.

6. Cuius prece sanctissima
Da veniam cum gratia,
Christe, sanctorum gloria,
Per infinita saecula.

Thomae Malleoli de Kempis. Opera Omnia. ed. H. Sommalius Antwerpiae 1607. II 597.

463. (6.) Hymnus ad eandem s. Agnetem.

1. Ave, florens rosa,
Agnes generosa,
Virgo speciosa,
Martyr pretiosa.

2. Sumens mel suave
Ore Iesu, ave;
Casta sponsa Christi,
Mundum contempsisti.

3. Solve pravitates,
Fuga vanitates,
Preme adversantes,
Iuva dimicantes.

4. Monstra te benignam,
Omni laude dignam,
Iesum ut amemus
Semper et laudemus.

5. Virgo singularis,
Recte praedicaris,
Agnum imitaris,
Agna nominaris.

6. Vitam praesta puram,
Viam plana duram,
Ut intremus caelum,
Carnis aufer velum.

7. Audi nos, Maria,
Consolatrix pia,
Veni cum Agnete,
Visita nos laete.

8. Salva nos, salvator
Mundi et creator,
Iesu, vitae dator,
Virginum amator.

9. Sit laus Deo patri,
Christo eius nato,
Almo paraclito,
Uni vero Deo.

Thomae Malleoli de Kempis Opera Omnia ed. H. Sommalius. Antwerpiae 1607. II, 597.

464. (7.) Hymnus de s. Caecilia Virgine.

1. En, virginis Caeciliae
Fulget vita clarissima,
Quam sponsus pudicitiae
Elegit ab infantia.

2. Quae Christi evangelium
Abscondebat in pectore,
Ut Iesum nitens lilium
Casto servaret corpore.

3. Hinc amor et devotio
Fervebant cum colloquio,
Hinc diebus ac noctibus
Sacris intendit fructibus.

4. Nam duos fratres nobiles
Christi effecit milites,
Quos per eius vestigium
Hortatur ad martyrium.

5. Haec cernens tunc episcopus
Urbanus, vir angelicus,
Resolvitur in lacrymis
De fructu tantae virginis.

6. Domine Iesu, suscipe
De manibus Caeciliae
Fructus casti consilii
Sicut odorem balsami.

7. O beata Caecilia,
Devota Christi famula,
Per tua sacra merita
Nos Deo reconcilia.

8. Deo patri sit gloria
Eiusque soli filio
Cum spiritu paraclito
Et nunc et sine termino.

Thomae Malleoli de Kempis Opera Omnia ed. H. Sommalius. Antwerpiae. 1607. II, 598.

465. (8.) Hymnus de s. Iohanne Baptista.

1. Gaude, mater ecclesia,
De praecursoris gloria,
Hic est Iohannes Baptista,
Repletus Dei gratia.

2. Sanctus natus ex utero
Exsultavit in gaudio,
Cum redemptor virgineo
Clausus adesset thalamo.

3. Annis adhuc sub teneris
Cunctis relictis civibus
Instinctu sancti spiritus
Fit eremita strenuus.

4. Pelle cameli tegitur,
Locusta vili pascitur,
Viam angustam graditur,
Per quam caelum ascenditur.

5. Tantis fulgens virtutibus
Iohannes compar angelis
Praedicavit in populis:
Ecce, agnus Dei, Christus.

6. Ab eius sacris manibus
Baptizatur altissimus,
Stupet baptista humilis,
Quia sic fecit Dominus.

7. Traditur tandem carceri
Ardens lucerna fidei,
Feritur amicus sponsi
Gladio regis impii.

8. Sed mox assistunt angeli
Voce canentes parili:
Huic debetur martyri
Corona iure triplici.

9. Nam doctor fuit inclitus
Et martyr invictissimus,
Sed et virgo purissimus,
Iohannes, vir sanctissimus.

10. Deo patri sit gloria
Eiusque soli filio
Cum spiritu paraclito
Et nunc et sine termino.

Thomae Malleoli de Kempis Opera omnia ed. H. Sommalius. Antwerpiae. 1607. II. 596.

466. (9.) Hymnus de s. Iohanne Evangelista.

1. Christe, sanctorum gloria
Et piorum memoria,
Nostris intende precibus,
Quas pie tibi fundimus

2. In honore apostoli
Iohannis dilectissimi,
Ut eius sacris meritis
Caeli iungamur sedibus.

3. Qui amari prae ceteris
Promeruit discipulis
Ob castitatis titulum,
Munus tibi gratissimum.

4. Ex tuo sacro pectore
Hausit fluenta gratiae,
Hinc filii ecclesiae
Verbi potantur nectare.

5. Hic etiam limpidius
Prae cunctis et sublimius
Vidit sacra mysteria,
Solis beatis pervia.

6. Flagrant eius epistulae
Tui amoris adipe,
Quo nos, Iesu, reficere
Digneris omni tempore.

7. O Iohannes carissime,
Exemplar pudicitiae,
Divinae nos clementiae
Custos commenda Mariae,

8. Ut post cursum huius vitae
Gustemus de vera vite,
Cuius fructus dulcissimus
Sanctis offertur manibus.

9. Gloria tibi, Domine,
Qui natus es de virgine,
Cum patre et sancto spiritu
In sempiterna saecula.

Thomae Malleoli de Kempis Opera omnia ed. H. Sommalius. Antwerpiae. 1607. II, 596 sq.

467. (10.) **Hymnus de Passione Domini nostri Iesu Christi.**

1. Tota vita Iesu Christi
Crux fuit et martyrium,
Hunc sequi suum servulum
Decet per iter asperum.

2. Memor ero, quamdiu sum,
Laboris atque dolorum,
Quos Iesus, meus Dominus,
Gessit in carne positus.

3. Passio tua, Domine,
Facta est amara valde;
O quantum me dilexisti,
Cum pro me mortem subisti!

4. Semper crux, clavi, lancea,
Fel, arundo cum spongia,
Sputa, corona spinea
Et dira tua vulnera

5. Cordi meo sint infixa
Et in memoria scripta,
Nam sunt amoris stigmata
Sponsique murra electa.

6. Serve meus, me respice,
Quot sumpsi vulnera pro te,
Stude vicem rependere,
Quamvis impari pondere.

7. Prospera mundi despice,
Adversa libens suscipe,
Mecum in cruce morere,
Ut mihi queas vivere.

8. O Iesu, splendor gloriae
Et spes futurae patriae,
Quanto pro me es vilior,
Tanto mihi es carior.

9. Pudeat nunc sub capite
Spinato membrum gaudere,
Cum et amara bibere
Voluit conditor vitae.

10. Sit laus, honor, devotio
Iesu, Mariae filio,
Tenso crucis patibulo
Pro redimendo populo.

Orat. ms. Carthusiae Colonien. saec. 15. Cod. Colonien 28. A. — Orat. ms. Tegurinum anni 1500. Clm. Monacen. 20015. B. — Thomae Malleoli de Kempis Opera Omnia ed. H. Sommalius. Antwerpiae 1607. II, 595. C. — 2, 2 Laborum C; doloris B. — 3, 2 Sancta est A. — 4, 4 Et dura B.

468. (11.) **Hymnus de Iesu et Maria et sanctis patronis ecclesiae.**

1. O Iesu mi dulcissime,
Spes et solamen animae,
Da mihi te diligere
Et extra te nil quaerere.

2. Maria, sis propitia,
Maria, dele vitia,
Succurre nobis miseris,
Defende nos ab inferis.

3. Agnes, virgo mitissima
Et Christo dilectissima,
Pro tuis ora servulis,
Ut floreant virtutibus.

4. O Maria Magdalena,
Audi vota, laude plena,
Apud Christum locum istum
Tuis commenda precibus.

5. O beata Caecilia,
Devota Christi famula,
Per tua sacra merita
Deo nos reconcilia.

6. Sancte pater Augustine,
Lux doctorum, scriba vitae,
Pro nobis ora iugiter,
Ut vivamus concorditer.

7. O beate Ieronyme,
Doctor orbis magnifice,
Ad te clamantes respice
Et ad superna erige.

8. Ambrosi, doctor nobilis,
Vita, fama laudabilis,
Sacris Christi sermonibus
Nos instrue uberius.

9. O Gregori dulcissime,
Dulci fulgens eloquio,
Perduc nos recto tramite
Perenni frui gaudio.

10. Bernarde, doctor inclite,
Amator Iesu fervide,
Devotos tuos refice
Panis vitae dulcedine.

11. Antoni, Christi famule,
Monachorum sanctissime,
A saevis nos daemonibus
Custodi horis omnibus.

12. Francisce devotissime,
Pauper atque humillime,
Fac nos mundum contemnere
Et crucem Christi tollere.

13. O beate Dominice,
Praedicator egregie,
Alumnos tuos instrue
Disciplinate vivere.

14. O Radbode, Lebuine,
Pulchrae rosae, gemmae binae,
Orantibus subvenite,
Portas caeli aperite.

15. O benigne Werenfride,
Hostes nostros prosternite,
Mala procul repellite,
Aeterna bona poscite.

Cant. ms. Nerlandicum saec. 15. Cod. Vindobonen. (KK. Familienbibl.) 7970. A. — Thomae Malleoli de Kempis Opera omnia ed. H. Sommalius. imp. Antwerpiae 1607. II, 598 sq. B.

2, 2 dulcissima B. — 3, 4 florent A. — 4, 2 voto A. — 5, 1 Katharina A. — 5, 4 Excussa nostra vitia A; das weitere fehlt A. — 12, 2 Pauper et B. — 15, 1 O fehlt B. — A bietet die Melodie des Liedes; es ist die des Hymnus *Fit porta Christi pervia.*

469. (12.) Dominicis diebus hymnus.

1. En, dies est dominica,
Summo cultu dignissima
Ob octavam dominicae
Resurrectionis sacrae.

2. Haec, quamdiu hic vivitur,
Septimanatim colitur,
Ne unquam nobis excidat,
Quid Christus surgens dederat.

3. Spem certam vitae caelicae
Manentis et perpetuae
Resurgens nobis contulit,
Quae diu latens exstitit.

4. Christi nam resurrectio
Nostra scitur provectio;
Quotquot in ipsum credimus,
Cum ipso resurreximus.

5. In ipso sumus singuli
Facti superditissimi,
Sunt sua quaeque propria
Nobis facta communia:

6. Claritas, perpetuitas,
Beata immortalitas,
Gaudia, pax, deliciae
Ex eius nobis munere.

7. Horum pia memoria
Die fiat dominica,
Ne maneamus inscii,
Cur dies fertur Domini.

8. Hac die surgens Dominus
Non morietur amplius,
Quod in ipso realiter,
In nobis sit mentaliter.

9. Hac die resurrectio
A quovis fiat vitio,
Ne per consensum libera
Huic succumbat anima.

10. Recolat ante omnia
Pius die dominica
Decem praecepta Domini
Articulosque fidei.

11. Renovet et memoriae
Sacramenta ecclesiae
Cum similibus ceteris
Fidei necessariis.

12. Maxime nunc mens caveat,
Ne lingua festum polluat,
Offendens lingua gravius
Quam manuum operibus.

13. Instandum iam alacrius
Piis actibus, precibus,
Devotis exercitiis
Sanctisque desideriis.

14. Studeat iam praecipue
Pia mens requiescere
Tranquilla conscientia
In Deo, qui est omnia.

15. Occupetque ex integro
Mentem Dei dilectio,
Ut mens haec sensibilia
Non sentiat ut mortua.

16. Penset, quid sit, quo venerit,
Ubi sit, cur creata sit,
Quorsum erit et reditus
Votis cunctis et actibus.

17. Ex Deo in miserias,
Luce venit in tenebras,
Quae ad Dei imaginem
Facta et similitudinem.

18. Illuc sit eius reditus,
Unde ipsius exitus,
Beata sit, non misera,
Lucida sit, non nubila.

19. Recordetur originis
Suae primae praenobilis,
Ut se pudeat vilibus
Occupari terrestribus.

20. Spiritalis origine,
Divina est et genere,
Factura nobilissima
Angelorumque socia.

21. Homo quam sit praenobilis,
Statura monstrat corporis,
Qui rectus suet incedere
Erecto sursum capite.

22. Est lumen vultus Domini
Suo impressum vultui,
Mentis ut sit effigies
Viva hominis facies.

23. Interna sapientia
Facie lucet ab extra.
Quae testis est exterius,
Homo qualis interius.

24. Est quoque Tau vivifico
Insignitus signaculo,
Prodens per hoc, quod proprius
Sit crucifixi servulus.

25. Praesentem mens dominicam
Comparet ad praeteritam,
Penset, quantum profecerit,
Quantum quoque defecerit.

26. Mala detestans caveat,
Bona servare studeat
Instantemque hebdomadam
Novam putet militiam.

27. Intime quoque gaudeat,
Quod adhuc tempus habeat,
Profectum posse facere
Tam gratiae quam gloriae.

28. His piis exercitiis
Occupari mens humilis
Die debet dominico,
Dum manus cessat actio.

29. Tibi factori temporum,
Qui vera quies mentium,
Sit laus, honor et gloria
Hac die et in saecula.

Cod. Carolsruh. 368 mit Mel. — 14, 4 Qui et omnia.

470. (13.) In diebus celebribus hymnus.

1. In diebus celebribus
Cessandum est ab actibus
Vetitis et illicitis,
Quieti mentis nocuis.

2. Nequaquam tunc mens exeat,
Sed collecta permaneat
Apud sese in intimis
Clausis sensibus corporis.

3. Quidni mens tunc praecipue
Interna mentis requie
Cultum adoret per pium
Deum et suum dominum.

4. Ratio et memoria,
Voluntas quoque libera
Vacent tunc Deo penitus
Totis animae viribus.

5. Solum in Deo gaudeat,
Hunc offendisse doleat,
Spem timoremque integrum
In suum vertat Dominum.

6. Speret eius praesentiam
Timeat et absentiam,
Referens ad hunc omnia
Seu adversa seu prospera.

7. Penset in se subtilius,
Quid sibi pius Dominus
Dederit seu dimiserit,
Quid dabit ac promiserit.

8. Dedit sibi innumera
Bonorum beneficia,
Quitavit hanc a vitiis,
Bonis ditabit aeternis.

9. Dona revolvat intime,
Tam naturae quam gratiae,
Quae malorum supplicia,
Quae bonorum et praemia.

10. Penset, ut haec acquireret
Et ut illa evaderet,
Tormentis quam crudelibus
Se exposuit Dominus.

11. Insuper vacans corpore
Mens assuescat revolvere,
Quae qualisque sit requies,
Qua caeli fruuntur cives.

12. Ut hanc queat liberius
Speculari tunc animus,
Interdicitur actio
Servilis die festivo.

13. Hinc se super se sublevet
Attenteque consideret,
Quae sanctorum sint gaudia
In Ierusalem superna.

14. Penset, quantum hi gaudeant,
Cum iam pleniter habeant,
Quidquid ipsi voluerint,
Careant, quod noluerint.

15. Intus, foris et undique
Sancti pleni sunt gloriae,
Cum in [Dei] praesentia
Sint, qui omnibus omnia.

16. Illi vacant totaliter,
Hunc vident facialiter,
Hunc amant ardentissime
Huncque habent plenissime.

17. Ex huius sola facie,
Quae verum lumen gloriae,
Tota caelestis curia
Percipit, quae vult, omnia.

18. O quam felix haec civitas,
Ubi beata trinitas
Mundis videtur cordibus,
Quae est gloriae terminus.

19. Ex hac curiae claritas,
Ex hac concors societas
Caelestium spirituum
Ac beatorum mentium.

20. Omnium nisu virium
Laudare patrem luminum
Unica harum actio,
Quies huius fruitio.

21. Ab his addiscat animus,
Ut diebus celebribus
Quies eius seu motio
Divina sit laudatio.

22. De bonis iam exhibitis
Seu de futuri temporis
Laudet Deum vivaciter,
Mentaliter, vocaliter.

23. Quisquis festis celebribus
Sic Dei vacat laudibus,
In se ipso hic optime
Scit sanctos dies colere.

24. Hoc nobis da perficere,
Rex sempiternae gloriae,
Ad tui laudem nominis
Concinendam cum angelis.

Cod. Carolsruhan. 368 mit Mel.

471. (14.) **Sequitur hymnus de adventu Domini.**

1. Veni, veni, rex gloriae,
Educque nos de carcere
Mordentis conscientiae
Dimisso cuncto crimine.

2. Quamvis vero instruxeris,
Emeris, liberaveris,
Quid prodest, ni eduxeris
Nos de squalore carceris?

3. Est carcer multum horridus,
Tenebrosus ac foetidus,
Impurus omnis animus,
Criminis sibi conscius.

4. Hic multam fert miseriam,
Panis vitae carentiam,
Aquae vivae penuriam,
Verae lucis inopiam.

5. Verme mentis corroditur,
Culpae foetorem patitur,
Luxus affectu uritur,
Metus frigore stringitur.

6. Tot formidat supplicia,
Quot perpetravit scelera,
Hinc instrumenta varia
Sibi assunt poenalia.

7. Iamiam gehennae traditus,
Ut inflammatur ignibus,
Sic culpae vivens animus
Cruciatur timoribus.

8. Poena sibi gravissima
Est foeda conscientia,
Nam tormenta tartarea
Scit sua fore praemia.

9. Haec quis unquam evaderet,
Ni Deus homo fieret
Hominemque redimeret
Ac de culpis educeret?

10. Omnes culpa concipimur,
Enutrimur ac nascimur;
Mundi ab hac educimur,
Si fide Deo iungimur.

11. Te, fabricator saeculi,
Praebe praesentem homini,
Donans formam remedii,
Quo subtrahatur carceri.

12. Da nobis, fons munditiae,
Nitorem conscientiae,
Ut in ea tu sedule
Digneris requiescere.

13. Aufer quodque obstaculum
Inter nos et te medium,
Ut tibi habitaculum
Sit cor nostrum gratissimum.

14. Priva nos ignorantia,
Quae mala docet plurima,
Donaque nos scientia
Horum, quae sunt utilia.

15. Cura mali pruriginem,
Peccandi consuetudinem,
Reduc tuam imaginem
In nativam originem.

16. Transfer irae de filiis
Nos in filios luminis,
Qui tui sumus nominis,
Simus et vitae simplicis.

17. Exstirpatis defectibus
Ac reformatis viribus
Mens divinis virtutibus
Renovetur perfectius.

18. Spei cedat timiditas,
Regnet mater humilitas,
Summa virtutum, caritas
Ac mundi cordis puritas.

19. Amet te filialiter,
Non timeat serviliter,
A quo tam singulariter
Mens dilecta perenniter.

20. Purgata mentis acie
Te cernat hic aenigmate,
Donec educta carcere
Tua fruatur facie.

21. Quamlibet sit exiguum,
Quo recreas hic animum,
Solatur tamen nimium
Praesentis vitae taedium.

22. Quem modo dotas pignore
Tuae futurae gloriae,
Eia, educ plenissime
De huius carnis carcere.

23. Ei, educ hunc de tenebris
Huius foetentis carceris,
Ut te in regno luminis
Semper laudet cum angelis.

Cod. Carolsruhan. 368 mit Mel.; am Rande: Fit porta — 18, 2 Regnat.

472. (15.) **Item de nativitate Domini hymnus.**

1. Apparuit benignitas
Dei nec non humanitas
Ex caritate nimia
Ad nos atque gratuita.

2. O amor quam exstaticus,
Quam effluens, quam nimius,
Qui Deum, Dei filium,
Unum fecit mortalium!

3. Affectu superfervido,
Quo nos tulit ab aeterno,
Nequibat se comprimere,
Qui venit nos invisere.

4. Non invisit nos angelo,
Seu supremo seu infimo,
Carnis assumens pallium
Venit ad nos per se ipsum.

5. In se cum invisibilis
Sit nostris lippis oculis,
Tectus mortali tunica
Huc processit ad publica.

6. Non solum se ostendere
Voluit, sed convivere
Deus homo hominibus
Hic annis triginta tribus.

7. Nascitur nobis hodie
Pauper, exsul [rex gloriae],
Nobis vagit praesaepio
Iunctus bovi et asino.

8. Post nobis circumciditur
Nobis et Iesus dicitur,
Pro nobis stellae visio,
Nobis Iesu oblatio.

9. Nobis baptisma suscipit,
Nobis ieiunans esurit,
Nobis et Satan hunc temptat,
Nobis temptantem superat.

10. Nobis orat et praedicat,
Pro nobis cuncta factitat,
Verbis, signis et actibus
Nos quaerens, non se penitus.

11. Pro nobis comprehenditur,
Flagellatur, conspuitur,
Crucis perfert patibulum,
Pro nobis tradit spiritum.

12. Nobis surgit a mortuis,
Nobis se transfert superis,
Nobis suum dat spiritum
In robur, in solacium.

13. Vere talis dilectio
Non audita a saeculo
De creatura aliqua
Humana vel angelica.

14. Homo talem non habuit,
Quia transgressor exstitit,
Defuit hoc et angelo
Fervore nimis tepido.

15. Dic, quis unquam spirituum
Hic pro salute hominum
Incarnari se pertulit,
Non dico crucem subiit?

16. Hoc summus fecit Dominus
Sua bonitate tractus,
Qui natus dedit pretium,
Quo mortis solvit debitum.

17. Hinc ex plena laetitia
Concinamus nunc *Gloria*
Sit Deo in altissimis
Una cum laetis angelis.

18. Hos si replet sic gaudio
Nostri congratulatio,
Nos, o, quantum gaudebimus,
[Pro]quibus Christus est natus!

19. Delectemur in proprio
Nobis nunc nato Domino,
Tot hunc mulcentes osculis,
Quot eius membra corporis.

20. Transeamus in Bethlehem,
Quo natus rex Ierusalem,
Cernamus cum pastoribus
Verbum, quod fecit Dominus.

21. En, infans sapientia,
Puer, qui ante omnia,
Deus pannis involvitur,
In praesaepio ponitur.

22. Summa cum reverentia
Adoremus hic singula,
Dilectio hunc compulit,
Quod hoc Dominus pertulit.

23. Deo patri sit gloria
Per infinita saecula,
Cuius amore nimio
Salvi simus in filio.

Cod. Carolsruhan. 368. — 3, 2 Qua nos. — 14, 2 extit. — Am Rande: Agnoscat nota.

473. (16.) **De eadem festivitate hymnus.**

1. Nascitur diversorio
Manens in patris solio,
Monstrans, quod cum hoc saeculo
Nulla sibi communio.

2. In mundo nec est veritas,
Iustitia nec aequitas,
Sed abundat iniquitas,
Falsitas, fraus et vanitas.

3. Hoc ergo nequam saeculum
Sit nobis ut ergastulum,
Ipsius ne reti fraudum
Dilabamur in barathrum.

4. Exemplo Dei filii
Simus hic vagi, profugi,
Sed sursum ferri cupidi
Spe virtuteque animi,

5. Stratum Iesu praesaepium
Ut sit salubre pabulum
Mundorum animalium,
Videlicet fidelium.

6. Est Iesu quaevis actio,
In carne conversatio,
Nostrae mentis refectio
Ac morum regulatio.

7. De Iesu tunc comedimus,
Cum hunc toti diligimus,
Cum eius mores sapimus
Et hos sequi afficimus.

8. Si non sapit divinitas,
Edatur vel humanitas,
Ne nobis sit sterilitas
Tanta Iesu dapsilitas.

9. Ingrederis, egrederis,
De Iesu pasci poteris
Seu humanis et typicis,
Seu divinis ac mysticis.

10. Tantis abundans dapibus
Quisquis manet famelicus,
Vel follus est vel ebrius,
Seu homo sit vel angelus.

11. Pannis tegitur vilibus
Rex regum atque dominus,
Dans solamen pauperibus
Non verbis, sed operibus.

12. Quod tam praestans exsisteret
Paupertas, quis hoc crederet,
Ni Deus hanc eligeret
Eiusque decus proderet?

13. Sic fuit, sic est, sic erit;
Dives imprimis hic erit,
Pauperem Christus elegit,
Quem ut suum hic deprimit.

14. Gaudeat pauper humilis,
Huic mundo dissimilis,
Carens nummi divitiis
Abundet virtutum donis.

15. Quanto quis hic pauperior,
Tanto Christo similior,
Qui cunctis est humilior
Egenisque pauperior.

16. Pauper hic nasci voluit,
Plus pauper vigens deguit
Ac paupertatem aluit,
Sed pauperius obiit.

17. Vide Christum humillimum,
Qui frigoris incommodum
Utcumque per solacium
Propellit animalium.

18. Horum namque anhelitus
Calefacit uberius
Infantem, qui propter frigus
Sub pannis vagit vilibus.

19. O humilitas nimia,
O paupertas altissima,
Quod a brutis solacia
Capit hic, qui est omnia!

20. Quid, quod bos nec non asinus
Uterque Christo commodus,
Ni, quod doctus et indoctus
Uterque Christo placidus?

21. Doctus seu idiota sit.
Iesus neminem abicit.
Dummodo hunc amaverit
Seque humiliaverit.

22. Qui verbis vita praeditis
Seu luce vitae simplicis
Proficiunt hic aliis,
Salvator calefit ab his.

23. Natus pastorum optimus
Nuntiatur pastoribus,
Non pigre dormitantibus,
Sed gregi vigilantibus.

24. Nunquam mentis desidia,
Sed interna vigilia
Percipiuntur intima
Natalis Christi gaudia.

25. Parare nos ad gratiam
Per internam custodiam
Praesta, Iesu, rex, gloriae,
Pater laudis perpetuae.

Cod. Carolsruhan. 368. — 2, 2 Nec iustitia nec. — 11, 2 ac dominus. — 13, 4 Lies ut servum? — 16, 3 paupertatem abiit. — 21, 1 idioata.

474. (17.) Item de eadem festivitate.

1. Nunc Deus carens tempore
Circumscribitur tempore,
Nascitur et de virgine,
Qui natus est perpetue.

2. Tempus et diem congruum,
Horam locumque placitum
Elegit factor omnium
Ad suum natalitium.

3. Dicta die dominica
Nascitur nocte media
Brumae sub inclementia,
Peregrinus a patria.

4. Natus in diversorio
Ponitur in praesaepio,
Cultu tectus pauperrimo,
Bove calet et asino.

5. Latens mundi prudentibus
Et noxa dormientibus
Propalatur simplicibus,
Gregi invigilantibus.

6. Quodlibet horum maximo
Refertum est mysterio,
Christi quaevis ut actio
Nostra scitur instructio.

7. Quidni sapiant omnia,
Sint quoque exemplaria,
Quae patris sapientia
Gessit nostra substantia.

8. Non solum nos redimere
Venit, sed et instruere,
Ut vita simul et morte
Possit nobis proficere.

9. Natus edicti tempore
Curat oboedientiae
Virtutem notam facere
Nosque ad hanc incendere.

10. Sub hac ipse concipitur,
Nascitur, vivit, moritur
Hacque venturus creditur
Iudex, ut ipse loquitur.

11. Quid hac virtute carius,
Divinius, praestantius,
Quam tam vigil in omnibus
Observat Dei filius?

12. En, die solis congrue
Nascitur sol iustitiae,
Per quem nox ignorantiae
Dies fiet scientiae.

13. Dum medium silentium
Linguae tenerent omnium
Iustorum prophetantium,
Oritur lumen gentium.

14. Nascitur et in tenebris
Creator omnis luminis,
Ut doxam laudis fragilis
Spernat homo, rex nobilis.

15. Homini quid cum gloria
Vana ac deceptoria,
Qui munda conscientia
Vera abundat gloria?

16. Tempus elegit hiemis
Creator omnis temporis,
Ut mentis gelu frigoris
A cunctis pellat perfidis.

17. Gelu namque perfidiae
Venit Christus depellere,
Fidem quoque accendere
Suae caritatis igne.

18. Hiemis tulit frigora,
Ut nos pro sua gloria
Carnis spernamus commoda,
Diligamus incommoda.

19. En, quod carni molestius,
Quod mundo est despectius,
Quod plus foetet divitibus,
Elegit Dei filius.

20. Exsul a domo propria
Carnis vestitur tunica,
Monstrans, quod vivens anima
Huic mundo extranea.

21. Vivere in hoc saeculo
Quid quam peregrinatio?
Sed clara Dei visio
Nostra vera est mansio.

22. Hinc per omne, quod agimus,
Hoc quaerimus, hoc cupimus,
Ut ruptis carnis nexibus
Caeli iungamur civibus.

23. Da, patris sapientia,
Tua sequi humilia,
Ut in paterna gloria
Te laudemus in saecula.

Cod. Carolsruhan. 368. — 3, 1 Edicto die. — 14, 4 res nobilis.

475. (18.) **In absentia sponsi tempore tribulationis hymnus.**

1. O quam glorificum solum sedere,
Corque pacificum secum habere,
Sponsum per speculum mente videre
Neque contrarium quidquam timere!

2. Experientia haec multum cara,
Heu, brevis, modica nimisque rara!
Grandis militia vita nam nostra,
Qua mala plurima bonaque pauca.

3. Quia iniquitas multum excrescit,
Fervida caritas, heu, refrigescit;
Hinc contrarietas nunc circumquaque,
Intus timiditas, deforis pugnae.

4. Cur mihi misero lux est collata,
Cui afflictio, heu, cummulata;
Quidnam in saeculo, quam gravis labor,
Quam tribulatio frequensque dolor?

5. Vilis pulvicule, cur querularis,
Hic multifarie cum tribularis?
Nescis, quod otio non nunc torpendum,
Sed iugi gladio magis utendum.

6. Ut aurum purius igne purgatur,
Meus sic filius poena probatur;
Ego, quos diligo, semper castigo,
Nec servus domino maior est suo.

7. An tibi excidit, quod relegisti,
Hic crux quod exstitit totum, quod vixi,
Caput nec habui, quo reclinarem,
Hic auctor saeculi cum exsularem?

8. Quanto hic amplius humiliaris,
Tanto perfectius mihi aequaris,
Qui sum altissimus Deus de Deo,
Sed tamen minimus nequam in mundo.

9. Mea humillima mater Maria,
Omnium ultima hic reputata,
Quanta nunc gloria est sublimata,
Hic per poenalia tanta probata!

10. En, singulariter mihi dilecti,
Cuncti poenaliter sunt hic affecti,
Virtutum meritis per hoc repleti,
Nunc caeli praemiis semper sunt laeti.

11. Est mihi patiens pauper acceptus,
Clarus hic insolens semper despectus;
Mundo, quod inclitum est, honoratur,
Mihi ut foetidum abominatur.

12. O si perpenderes mea promissa,
Libens appeteres quaeque molesta,
Posses ut consequi gaudia caeli,
Quae habent singuli hic pro me passi.

13. En, pacis tempore plures amici
Pugnae sub onere probantur ficti,
Sic vere noscitur adversitate,
Fidus quis dicitur prosperitate.

14. Nil mihi carius vales praestare,
Tibi quam funditus renuntiare,
Cuncta contraria sponte sufferre
Haecque ut munera mihi offerre.

15. Si nam iniquitas non dominetur,
Felix adversitas semper meretur;
Est via regia haec electorum,
Ducens ad atria regni caelorum.

16. Hic patientiam, Iesu, largire
Tuamque gratiam hic impertire,
Meis in omnibus tua voluntas
Sit gravaminibus summa voluptas.

17. Hic tibi studeam, o, conformari,
Hic cruce valeam, o, terminari,
Ut qui supplicio tibi sodalis,
Caeli convivio sim commensalis.

18. Da hoc, ingenite rerum creator,
Da, unigenite mundi salvator,
Daque, paraclite, utrius amor;
Tibi perpetue sit laus et honor.

Cod. Carolsruhan. 368 mit Mel. — 10, 1 delecti. — 13, 2 Pugna.

476. (19.) **De gloria caelestis Ierusalem in communi hymnus.**

1. Quisquis valet numerare
Beatorum numerum,
Horum poterit pensare
Sempiternum gaudium,
Quod meruerunt intrare
Mundi post exsilium.

2. De valle plorationis
Erepti feliciter,
Annos iam afflictionis
Cogitantes dulciter,
Omnis consummationis
Finem vident iugiter.

3. Suum cernunt temptatorem
In poenis perpetuo,
Suum pium salvatorem
Collaudant in iubilo,
Quem et remuneratorem
Sentiunt in praemio.

4. Ibi dona singulorum
Communia omnibus,
De donis universorum
Tripudiat singulus,
Sic fit plenus praemiorum,
Etiamisi minimus.

5. O quantum dat claritatis
Toti caeli curiae
Mater regis maiestatis,
Maria, vas gratiae,
Quae cunctis grata beatis
Gloria quam facie.

6. Mariae nimis mirantur
Gloriam quam merita,
Nam in ipsa contemplantur
Sua cuncti praemia,
Semper ab hac illustrantur
Clariore gloria.

7. Huic coetus angelorum
Congaudet et hominum,
Hanc chorus apostolorum
Collaudat ac martyrum,
Huic turba confessorum
Adplaudit ac virginum.

8. Eia, merito et iure
Sic omnes et singuli
Mariam honorant pure
Tripudio gaudii,
Namque ope suae curae
Reparantur perditi.

9. Nunc per speculum videmus,
Umbris et aenigmate,
Tunc ut noti cognoscemus
Pure, nude, lucide,
Clarum visum nam figemus,
En, in lumen gloriae.

10. Personarum trinitatem
Clare speculabimur,
Essentiae unitatem
Nude contemplabimur,
Unitatem, trinitatem
In uno mirabimur.

11. Semper noviter dulcescet
Omnis veri notio,
Summi boni non tepescet
Fervida dilectio,
Verae pacis non languescet
Iucunda fruitio.

12. Deo ferventer vacantes,
Ut est, hunc videbimus,
Ipsum ferventer amantes
Ad votum habebimus,
Quem videntes et zelantes
Pares ei erimus.

13. Tunc erimus transformati
In Deum totaliter,
Dii quoque deificati
Supernaturaliter,
Filii Dei adoptati
Nunc et aeternaliter.

14. In Dei fruitione
Exspirando moritur,
In eius laudatione
Respirando oritur,
In hac alternatione
Perpes vita colitur.

15. Iam, homo, noli timere
Quaecunque gravamina,
Per haec vales obtinere
Tam immensa gaudia
Lucisque lucem videre
Per aeterna saecula.

16. Vitae dator, summe parens,
Tibi benedictio,
Sit laus, decus semper clarens
Semper tuo filio,
Sit et honor fine carens
Inclito paraclito.

Cod. Carolsruhan 368 mit Melodieanfang. — 2, 4 Cogitant.

477. (20.) **De lucida dispositione caelestis Ierusalem quoad angelicas hierarchias hymnus.**

1. In urbe mea Ierusalem summa
Sunt, en, tot luces, quot ibi felices,
Quam et illustro iugiter me ipso,
Lumine vero.

2. Est perpes vita haec pulchre polita
Mea sophia, trina ierarchia
Angelorum, virtutum sacrarum
Me propalantum.

3. Cunctis praelata Seraphim beata,
Ibi ferventer, semper excellenter
Ardent amando amantque ardendo,
Sed igne Deo.

4. Cherubim latet nihil, sed his patet
Totius plenus scientiae fundus,
Quem sic pervident, subtus ut derivent,
Cunctos illustrent.

5. Summe pacatis, semper feriatis
In thronis vera requies est mera,
Per hos decerno, quod fiendum cerno
Sic ab aeterno.

6. Qui dominantur ceteris, mirantur
Me ut eorum dominum cunctorum,
Hinc se bassantes meque adorantes
Sunt dominantes.

7. Me principatus, ut horum est status,
Principem regum, principium rerum
Gaudent rimari, rimando mirari,
Quo sunt tam clari.

8. Cuncta me posse proprium ad velle,
Sed pietatem omnem a me datam
Sunt venerantes multumque mirantes,
En, potestates.

9. Stupore digna facientes signa
Virtutes sacrae probant in se clare,
Quod sim virtutum dominus cunctarum
Datorque harum.

10. Ut ipsi volunt, archangeli noscunt
Nude secreta consilia mea,
His mundo totum me fore tremendum,
Plus diligendum.

11. Abyssus multa iudicia mea,
Non sunt occulta angelis haec ultra,
Nundinas pandant, ut me, si non amant,
Saltem pavescant.

12. Sic per creatos spiritus beatos
Deus occultus fio manifestus,
Illucens primis revelor his imis
Cunctis communis.

13. Seu sint ardentes, seu plene scientes,
Seu dominantes vel quid nuntiantes,
Quod sunt, quod valent, totum a me habent,
Semper quem vident.

14. Plene cibantur, dum me contemplantur,
Qui horum totus sum cibus et potus;
Claritas, virtus horum est vestitus
Mire politus.

15. Me incessanter laudantes amanter,
Hinc hi beati perpetim firmati,
Hinc gloriosi semper luminosi,
Similes mihi.

16. Sunt hi viventes me vita fruentes,
Pulchre lucentes me lumen videntes,
Sunt et divini, dii quoque igniti
Mihi uniti.

17. Fragilis homo, sic vivito modo,
Iungaris ut his angelis beatis,
Hoc me donante, te cooperante
Vales sperare.

18. Quidni praesumas, cum hinc sit, ut vivas,
Ut tu sis mihi similis ut ipsi;
Hinc hos creavi, te quoque plasmavi,
Multum amavi.

19. Quorum nunc status fueris sectatus,
Horum consortem scias te post mortem,
Hinc labor qualis, merces erit talis
Tunc aeternalis.

20. Rex angelorum, corona sanctorum,
Pie dignare nos his sociare
Ad te laudandum et glorificandum
In sempiternum.

Cod. Carolsruhan. 368 mit Mel.; am Rande: Vita sanctorum. — 2, 3 fehlt eine Silbe. — 18, 1 hinc sis.

478. (21.) **De variis mansionibus et praemiis electorum [in] caelesti Ierusalem hymnus.**

1. In domo patris summae maiestatis,
Ecce, sunt pulchrae mansiones multae,
Quae sunt certantum pro virtute tantum
Ac triumphantum.

2. Ibi Maria, virginum regina,
O quam beata, quae cunctis praelata
Mihi propinquam sedem tenet primam,
Angelis altam.

3. Gaudens laetatur, quia contemplatur
Me, suum natum, unice praelatum,
In dextra patris omnibus creatis
Atque beatis.

4. Ei, Adam vetus, quam felix, quam laetus
Mihi adplaudit, cum videt et audit
Genus humanum, per ipsum damnatum,
Per me salvatum.

5. Sed patriarchae tripudiant laude,
Sibi promissum cernentes impletum,
Per me credentes benedictae gentes
Sunt et viventes.

6. Mihi prophetae citharizant laete,
Quod meruere me clare videre,
Quem praedixerunt mundo, dum vixerunt,
Nec fefellerunt.

7. David psalmista meusque baptista
Praespecialem habent claritatem,
Qui me venturum non tam prophetarunt
Quam demonstrarunt.

8. Sunt quam praeclari apostoli cari
Mecum sedentes, mecum decernentes,
Qui se spernebant, cuncta relinquebant,
Mihi haerebant.

9. Martyres fortes, me per mille mortes
Testificati, fulgent rubricati,
Habent splendorem, roseum candorem,
Altum honorem.

10. En, patientes sunt mecum nitentes
Tot margaritis, quot triti pressuris,
Gemitus horum sunt causa splendorum
Ac gaudiorum.

11. Iuxta labores suos confessores
Remunerantur atque decorantur,
Sunt horum stolae mixto de colore
Purpurae more.

12. Auream torquem possident in sortem
Mihi dilecti doctores electi,
Quorum doctrina floret fides mea
In omni terra.

13. Sunt epulantes mecum [et] cantantes
Monachi veri, musto meo pleni,
Nam priscus labor, disciplinae rigor
Ipsis nunc sapor.

14. Anachoritae nec non eremitae
Lucide multum meum cernunt vultum,
Pro quo videndo se dabant tam arto
Vitae statuto,

15. Oboedierunt et qui se fregerunt,
Mihi sodales et stolis aequales;
Iam nil, quod nolunt, sed omne, quod volunt,
Facere possunt.

16. Humiles, mites sunt, o, quam sublimes,
Mundo despecti sunt a me complexi,
Qui quondam imi, nunc iuxta me primi
Celso sedili.

17. Virgines mundae mecum quam iucundae
Ducunt choream caelicam per aulam,
Mire fraglantes, coronas gestantes
Meque laudantes.

18. At viduarum gloria castarum
Nequaquam parva, sed nimis est magna,
Quae sponsis spretis amplexibus laetis
Fruuntur meis.

19. Sunt mihi grati sancti coniugati,
Per quos fit aucta Ierusalem sancta;
Nam prole horum numerus meorum
Crescit sanctorum.

20. Sed continentes motum sunt habentes,
En, tot coronas, quot vicere pugnas,
Hinc clariores, quo sunt graviores
Passi labores.

21. Ast innocenter vixere qui semper,
Quantum laetantur, o, quantum mirantur,
Quod sunt servati culpis a peccati,
Sub quo sunt nati.

22. Sunt paenitentes non minus gaudentes
Ipsis mundatis cunctis a peccatis,
Hinc gloriantes meque [col]laudantes
Sunt iubilantes.

23. Servus ac liber, locuples et pauper,
Nemo exceptus, cuiusvis sit sexus,
Quilibet satis habet claritatis
In regno pacis.

24. En, mecum omnes caelici nunc cives,
Quam mire gaudent, pleniter qui habent,
Quod optavere, unquam obtinere,
Quando vixere.

25. Terram spernendo, superis haerendo
Re nunc coneris, ut sanctus proberis,
Tu claritatis caeli cum beatis
Particeps ut sis.

26. Causa cunctorum fontalis bonorum,
Trinitas sancta, praemiorum summa,
Tu superdigna laude quam immensa
Semper et ultra.

27. Da, quod beati sanctis adunati
Nos et ferventer iugiter ac semper
Te adoremus, te glorificemus
Teque laudemus.

Carolsruhan. 368 mit Mel. — 10, 3 Gemitusque. — 21, 3 Quo sunt.

479. (22.) **De beneficiis Dei generalibus et specialibus.**

1. Angelorum si haberem
Linguas nec non hominum,
Te laudare non valerem,
Summe pater luminum,
Quantum merito deberem,
A quo datum optimum.

2. Ad te namque me creasti
Potenter de nihilo,
Secundum te me formasti
Profundo consilio
Angeloque coaequasti
Mentis privilegio.

3. Ac viribus animatus
Supremis et infimis
Brutis eram tunc praelatus
Ut decor imaginis,
Sanctus, prudens, temperatus,
Iustus, impassibilis.

4. Sed parum mihi donasses
Formando tam inclitum,
Transgressorem si damnasses
Ingratum et tumidum
Deceptumque ni salvasses
Miserum ac perditum.

5. En, tu mihi supplantato
Nequiter a daemone
Pie spem illo damnato
Tribuisti veniae,
Tempore gratiae nato
Locum dando pascuae.

6. Me peccantem tolerasti
Satis longanimiter,
Deviantem revocasti
Compungens salubriter,
Meque culpantem quitasti
De culpa totaliter.

7. Tu me valde vulneratum
Lavans, sanans undique,
Lotum ungis et sanatum
Oleo laetitiae,
Spe post vulnus sublevatum
Miro lustras lumine.

8. Nunc in bono me firmando
Periculis subtrahis,
Nunc mihi cooperando
Nova dona tribuis,
Haec tollendo seu donando
Lucrum meum appetis.

9. Tu mihi das affluenter
Opportuna victui
Tuque largiris clementer
Congrua vestitui,
Mei curam gerens semper
Ut oculi proprii.

10. Est et iustum gloriari,
Quod dignus sim habitus
Hic propter te tribulari
Intus et exterius;
Nam in hoc solet probari
Praedilectus filius.

11. Omnis tua creatura
Multum mihi proficit,
Nam tam usu quam factura
Primum fontem repetit,
Sic natura, sic scriptura
Semper in te refluit.

12. Sed tu mihi profuisti
Plus cuncta quam entia,
Pro me carnem induisti
Dum mira clementia
Meque totum redemisti,
Patris sapientia.

13. O paternae bonitatis
Inexhausta pietas,
In filio patet satis
Ad me tua caritas,
Laudis, lucis, maiestatis
Tibi hinc aeternitas.

Carolsruhan. 368. A. — Zwollen. 434. B. — 3, 2 infinis B. — 4, 5 si salvasses A. — 6, 4 salubria B. — 7, 3 et fehlt B. — 8, 1 Tunc B. — 8, 2 me subtrahis B. — 12, 1 refuisti B. — 13, 5 Laudes B. — 13, 6 paternitas [lies perennitas?] B. — Die Mel. ist in A diejenige des Hymnus Urbs beata Hierusalem.

480. (23.) **De gratuita dignatione Dei ad hominem.**

1. Quanta mihi cura de te,
Homo, si cognosceres,
Tam miser et inops in te
Nequaquam exsisteres;
Sed, quia remotus a me,
Quid exsul ni fluctues?
O si tu hoc saperes!

2. In abysso deitatis
Finxi te ex nihilo,
Summae quoque trinitatis
Signavi signaculo,
Tuque liber prae creatis
Comparatus angelo;
Tam nobilis es, homo!

3. In loco te voluptatis
Gloriosum posui,
Per ministrum falsitatis
Decepto condolui
Vesteque simplicitatis
Nudatum te vestii;
Sic, homo, pro te fui.

4. Te iuste quamvis fugavi
De loco laetitiae,
Nequaquam tamen privavi
Spe misericordiae,
Nam suo praedestinavi
Salvare te tempore;
Hinc, homo, dilige me.

5. Satana semper damnato
Nasci pro te volui,
Malo nullo perpetrato
Poenam pro te subii,
Me circumciso, oblato
Legem non praeterii;
Scis, homo, cur id egi?

6. Quid faciendum non feci
Homo cum hominibus?
Te docui, te perfeci
Verbis et operibus,
Corporis mei refeci
Mysticis te dapibus;
Quid, homo, vis amplius?

7. Spretus eram et abiectus
Veluti vas perditum,
Sputis ac plagis affectus,
Mala ferens omnium,
Ut reprobus, non electus
In oculis hominum;
Id, homo, pro te totum.

8. Pro te pedes pro te manus
Perfossae saevissime,
Spinis caput, ense latus
Vulneratum impie,
Felleque pro te potatus,
Crucifixus undique;
Sic, homo, dilexi te.

9. Quia pro te pauper natus,
Tu ditaris meritis,
Quia pro te cruciatus,
Tu quitaris debitis
Et, quia glorificatus,
Coronaris praemiis;
Quid, homo, mihi pro his?

10. O caritas inaudita,
O stupenda pietas,
Deitati quod unita
Mea sit humanitas!
Hinc tibi sit infinita
Laus, maiestas, claritas,
O beata trinitas!

Carolsruhan. 368. A. — Zwollen. 434. B. — 2, 2 te fehlt A; de nihilo B. — 2, 6 angulo B. — 5, 5 ablato B. — 10, 2 Stupendaque pietas B. — 10, 3 Deitatique A. — 10, 4 sic A. — Die Melodie des Liedes nach AB Corde natus ex parentis; die siebente Verszeile tritt dabei an Stelle des „saeculorum saeculis."

481. (24.) **De praecipuis beneficiis Dei hymnus gratiarum actionis.**

1. Creaturarum omnium merita
Simul in unum si forent congesta,
Laude nequirent efferre te digna,
Trinitas sancta.

2. Quae bonitatis tuae divitias
Abunde satis in homine monstras,
Quem prae creatis tibi consimilas
Ac multum amas.

3. Quantum amasti hunc supra meritum,
Hoc declarasti tu, pater omnium,
Quia donasti pro vita hominum
Tuum filium.

4. Quam amplectendum, quod lumen luminis
Patrisque verbum natus sis virginis,
Ut per te ipsum succurras perditis
Adae filiis!

5. Nam caritate tua prae nimia
De potestate liber tyrannica
Iam dignitate fruor deifica
Diu perdita.

6. Me ni zelasses tu, quando carneus,
Me ni salvasses, iam essem reprobus,
Ni triumphasses, caelestis aditus
Mihi invius.

7. Vere zelator tu fidelissimus,
Vere salvator tu constantissimus,
Tu praemiator superlargissimus
Satis omnibus.

8. Nam te nascente confertur pretium,
Te moriente solvitur debitum,
Te resurgente panditur meritum,
Datur praemium.

9. Quam gaudiose tu mihi genitus,
Quam fructuose tu mihi mortuus,
Quam gloriose cernitur vacuus
Tuus tumulus!

10. Te honorare, prout nunc appeto,
Te redamare, quantum nunc debeo,
Teque laudare, quamvis nequiero,
Nunquam tacebo.

11. A quo creatus, laus sit ingenito,
Per quem salvatus, honor sit genito,
In quo renatus, decus paraclito,
Simplici Deo.

Carolsruhan. 368. A. — Zwollen. 434. B. — 1, 1 omnia B. — 2, 2 demonstras B. — 3, 2 tu fehlt B. — 6, 1 Ne ni amarses B. — 7, 1 Vere amator B. — 7, 2 tu invictissimus B. — 9, 1 Quam pretiose B. — 10, 2 readamare B. — 10, 3 nequivero B. — 10, 4 Numquid B. — Die Melodie des Liedes ist die des Hymnus Iste confessor.

482. (25.) De beneficiis Dei spiritualibus hymnus.

1. O quid laudis, quid honoris
Reddam tibi debite,
Factus homo vi amoris,
Patris unigenite,
Per quem omnibus in horis
Tanto donor munere.

2. Te nam in carne vivente
Spiritu vivificor,
Te poenose moriente
Peccato commorior
Inque cibum te tradente
Tibi totus unior.

3. O vitale nutrimentum,
Prae cunctis optabile,
Praecellens medicamentum
Tu languentis animae,
Cibans mentem dans augmentum
Virtutis et gloriae.

4. Eia, me quantum amasti
Vocatum prae milibus,
Qui te totum hic donasti
Pie meis usibus,
Fruendumque post servasti
Te cum tuis omnibus.

5. Tu mihi resurrexisti
Sursum levans animum,
Mihi caelos ascendisti
Monstrans, ubi bravium,
Desolato remisisti
Spiritum paraclitum.

6. Hic nunc mulcens consolatur
Per prospera placita,
Nunc flagellans comminatur
Per adversa tristia,
Sed, si pure diligatur,
Utraque salubria.

7. Huius inspiratione
Foetent, en, carnalia,
Huius consolatione
Placent carni gravia,
Huius quoque unctione
Patent spiritalia.

8. Nam bona, quae non cernuntur
Carnis ullis sensibus,
In uno fore noscuntur
Huius dono spiritus,
In quod sancti suspenduntur
Cunctis charismatibus.

9. In se quid hoc unum tantum,
Nunquam valet exprimi,
Quale sit in se vel quantum,
Fide solet conici,
Hoc solo tamen amantum
Sitis potest adimi.

10. En pluralitas donorum
Tam innumerabilis
Cordibus fit devotorum
In uno capabilis,
Eia, largitor eorum
O quantum laudabilis!

11. Supra modum exalteris
Hinc, pater, fons munerum,
Ubique glorificeris
Hinc, fili, lux hominum,
Sine fine hinc lauderis,
Paraclite tristium.

Carolsruhan. 368. A. — Zwollen. 434. B. — 1, 3 homo fehlt A. — 2, 1 Te iam B. — 4, 1 quantum me B. — 4, 5 salvasti B. — 6, 2 placida B. — 7, 4 gravi B. — 8, 3 fere B. — 9, 5 Hoc solum B. — 9, 6 Fides potest B. — Die Melodie des Liedes ist die des Hymnus Urbs beata Hierusalem.

483. (26.) De Miseria huius Vitae.

1. Mirum est, si non lugeat,
Experimento qui probat,
Quod vivere in saeculo
Labor, dolor, afflictio.

2. Et quamvis iuste vixerit,
Tamen hic vivens nemo scit,
An electus, an reprobus
A Deo sit praecognitus.

3. Heu, quid aliud vivere
In huius mundi carcere,
Quam a Deo recedere
Peccatisque se subdere?

4. Nam carni satisfacere,
Curiosa appetere
Vaneque cor extollere
Suet mundus suos docere.

5. Sic, cum virtus deseritur,
Iniquitas perficitur,
Venter pro Deo colitur,
Ad votum mundo vivitur.

6. Heu, quid aliud vivere
In huius mundi carcere,
Quam inermem continue
Belli stare in acie?

7. Nam instanter confligere
Cum inimicis animae,
Carne, mundo ac daemone
Nunc totum iusti vivere.

8. Ac sponte crucem tollere,
Menti carnem subicere
In Deoque quiescere
Cultus suadet iustitiae.

9. Heu, quid aliud vivere
In huius mundi carcere,
Quam in sacco et cinere
Panem doloris edere?

10. Heu, mihi multum misero,
Caeco, surdo, claudo, curvo,
Egeno, nudo, languido,
Damnato in exsilio!

11. Heu mihi, quia deficit
Vita mea doloribus,
Anni mei gemitibus,
Timoribus et fletibus!

12. Heu, mihi, nam sum plurimis
Circumcinctus miseriis,
Corporis, cordis, spiritus
Tam diebus quam noctibus!

13. Solus sim seu cum aliis,
Sanus, tristis seu hilaris,
Operans seu otiosus,
Aerumnis sum circumdatus.

14. Heu, heu, heu, quam innumeris
Cladibus et miseriis
Omnis homo et singulus
Hic vivens est involutus!

15. Duc nos, o summa trinitas,
Supra mundi angustias,
Ut tibi demus gratias
Cum beatis perpetuas.

Carolsruhan. 368. A. — Zwollen. 434. B. — 1, 2 Qui experimento B. — Str. 4 fehlt B. — 5, 4 Mundo ad votum B. — 7, 1 inconstanter vivere B. — 8, 1 Et sponte B. — 8, 3 Et in Deo B. — 10, 3 Aegro nudo B. — 11, 3 Et anni mei A. — 13, 1 sum B. — 14, 1 Proh dolor quam B. — „De consideratione multimodae miseriae humanae ymnus“ A.

484. (27.) De gloria caelestis Ierusalem.

1. Ierusalem luminosa,
Verae pacis visio,
Felix nimis ac formosa
Summi regis mansio,
De te o quam gloriosa
Dicta sunt a saeculo!

2. De tuae quidquid scripserunt
Sancti laudis gloria,
Totum nobis hoc liquerunt
Pia pro memoria,
Penetrare nequiverunt
Fundi tui condita.

3. Lapidibus ex politis
Structa tu mirifice,
Gemmis, auro, claris vitris
Decoraris undique,
Portae fulgent margaritis,
Plateae sunt aureae.

4. In te iugiter iucundum
Alleluia canitur,
Sollenne ac laetabundum
Semper festum agitur,
Totum sanctum, totum mundum,
In te quidquid cernitur.

5. In te nunquam nubilata
Aeris temperies,
Sole solis illustrata
Semper est meridies,
In te non nox fessis grata
Nec labor nec inquies.

6. In te florida vernalis
Perdurat amoenitas,
Ferax semper aestivalis
Rutilat serenitas,
Autumnalis seu brumalis
Procul est frigiditas.

7. Quidquid libet hic dulcoris
Avium in cantibus,
Quidquid iubili canoris
Musicis in actibus,
In te plenum hoc saporis
Abundat diffusius.

8. In te robusta iuventus
In aevum non deperit,
Senex seu morte praeventus
In te nec est nec erit,
Sed neque futurum tempus,
Praesens nunquam praeterit.

9. In te nec quidquam molestum
Nec languor nec gemitus
Nec unquam quid immodestum
Nec dolus nec facinus,
Sed neque quid inhonestum
Nec culpa nec dedecus.

10. Lex membrorum animalis
Erit plene mortua.
Nova caro spiritalis
Erit menti subdita
Vivaque vis sensualis
Rationi consona.

11. In te vivus continetur
Fons bonorum omnium.
In quo plene possidetur
Totum tamquam proprium,
Quidquid corpori videtur
Sive menti congruum.

12. In te florens pulchritudo,
Supra solem fulgida.
Velox nimis promptitudo,
Prout vult, agillima
Praepotensque fortitudo
Virtus ut angelica.

13. In te libertatis claret
Insignis nobilitas,
Nunquam languet, nunquam aret
Confirmata sanitas.
Voluptate nunquam caret
Iugis haec integritas.

14. In te durat longitudo
Sempiterni temporis.
Quae plena beatitudo
Reformati corporis.
In hac par similitudo
Redemptis et angelis.

15. O quam vere gloriosum
Eris corpus fragile,
Cum fueris tam formosum,
Forte, sanum, agile,
Liberum, voluptuosum,
In aevum durabile.

16. Nunc libenter ac ferventer
Laborum fer onera,
Habeas ut affluenter
Dona tam magnifica
Doterisque luculenter
Gloria perpetua.

17. Aeterne glorificata
Sit beata trinitas.
A qua caelestis fundata
Ierusalem civitas,
In qua sibi frequentata
Sit laudis immensitas.

Carolsruhan. 368. A. — Zwollen. 434. B. — Vindobonen. 7970. C. — 2, 5 Petrare nequierunt B. — 2, 6 Fandi tui conditi R. — 3, 3 Gemmis aure C. — 4, 6 quidquid agitur B. — 5, 4 est fehlt B. — 5, 6 requies C. — Str. 6 fehlt C. — 8, 4 in te fehlt A. — 8, 6 unquam C. — 9, 1 I te B. — 9, 3 Ne unquam B. — 9, 4 sq. fehlen A. — Str. 10 fehlt B. — 11, 4 Proprium ad libitum AC. — 11, 5 Quidquam B. — 12, 1 florida pulchritudo AC. — 12, 4 agilima BC. — 12, 5 Praeponensque B. — 16, 3 fehlt A. — Singweise: *Urbs beata Hierusalem.*

485. (28.) De gloria caelestis Hierusalem quoad dotes glorificatae animae.

1. Nec quisquam oculis vidit
Neque ullis sensibus,
Nec quis cogitare scivit
De mundo viventibus,
Quae bona Deus promisit
Hic se diligentibus.

2. Si caro glorificata
Dona capit talia,
Anima plene beata
Habebit, o, qualia
Sibi nude revelata
Sponsi sui gloria!

3. Ibi namque sciendorum
Plena sapientia,
Cunctorum ac singulorum
Concors amicitia,
Nostrorum ut oculorum
Iucunda concordia.

4. Ibi verae potestatis
Gloriosa dignitas,
Singulis ut Dei natis
Honoris sublimitas,
Gaudium aeternitatis
Veraque securitas.

5. Sic mens habebit tenorem
Totalis scientiae,
Amicitiae dulcorem,
Pacis ac concordiae,
Potestatem et honorem
Gaudens securissime.

6. Eia, quam mire gaudebit
Beata tunc anima,
Cum circumquaque habebit
Tam immensa gaudia
Nec ullo unquam egebit,
Augetur quo gloria.

7. Omni sensu sensitive
Vigens Deum sentiet,
Menteque intellective
Clare hunc intelleget,
Quem complectens unitive
Supra mentem diliget.

8. Vultu sponsi erit laeta
Tunc vis irascibilis,
Summo bono tunc quieta
Vis concupiscibilis
Totaque vero repleta
Vis rationabilis.

9. Ratio tunc veritate
Clare illustrabitur,
Memoria summa pace
Plene quietabitur,
Voluntasque bonitate
Tota transformabitur.

10. Consecuta iam praedicta
Foris, intus, undique
Sancta mens quam benedicta
Coram rege gloriae
Sic tota circumamicta
Claritatis lumine!

11. O quantum haec iucundatur
Sponsi praesens vultui,
Quae intrasse gloriatur
In gaudium Domini,
Cibo quoque saginatur
Eodem, quo angeli.

12. Noli flere nec tristari,
Homo pusillanimis,
Si contingat te gravari
Laboribus variis
Seu graviter impugnari
Temptamentis daemonis.

13. En, audis, quod non condignae
Passiones saeculi
Ad promissum tam insigne
Sempiterni praemii,
Quo donabuntur benigne
Cuncti Dei famuli.

14. Auctor lucis et rex pacis,
Dona participium
Tuae nobis claritatis
Per unicum filium
Perque fontem caritatis,
Almum tuum spiritum.

Carolsruhan. 368. A. — Zwollen. 434. B. — Vindobonen. 7970. C. — 1, 5 Quam bona A. — 2, 6 Sponse B. — 3, 3 ac singulis B. — 4, 1 pietatis A. — 5, 5 Pietatem A. — 7, 3 que fehlt B. — 7, 4 Clare tunc A. — 7, 5 amplectens B. — 8, 6 ratiocionabilis B. — 10, 1 Tonsecuta B. — 11, 1 hic B. — 11, 2 Sponsus A; Praesens sponsi B. — 11, 4 Domini fehlt B. — 12, 3 te vexari B. — 13, 3 Ad fehlt A; Promissum ad tam C. — 13, 5 dotabuntur B. — 14, 5 Et per fontem B. — Mit Mel. BC; ohne Mel. A; die Singweise ist *Urbs beata Hierusalem.*

486. (29.) **Devotum carmen cantandum in laude Iesu Christi.**

1 a. Vitam Iesu Christi
stude imitari,

1 b. Caste, iuste, pie
disce conversari.

2 a. De nato Iesu
cane dulciter,

2 b. De passo Iesu
dole graviter.

3 a. Laeta misce tristibus
Tuis exercitiis,

3 b. Mala terge fletibus,
Cave a deliciis.

4 a. Iesum quaere
diligenter,

4 b. Clama, pulsa
vehementer.

5 a. In devotis
hymnis delectare;

5 b. Dulce est de
Iesu cogitare,

6 a. Dulcius cum
Iesu iubilare,

6 b. Dulcissimum
caelos penetrare.

7 a. Iesu ob amorem
Omnem fer laborem,

7 b. Sustine vim patiens,
Tace, ut sis sapiens.

8 a. Mores rege, aures tege,
Saepe ora, saepe lege.

8 b. Assuesce Iesum invocare,
Mariam saepe salutare,

9. Cruce sancta te signare,
Omnes sanctos honorare,
Deo laudes decantare.

Collect. ms. Thomae Kempis anni 1461. Cod. Bruxellen. 4585—87; zweimal: Mit Melodie A; ohne Melodie B. — Thomae Malleoli de Kempis Opera omnia ed H. Sommalius. Antwerpiae 1607. II, 594. C. — 7a, 1 Eius ob amorem A. — Str. 8b und 9 fehlen B.

In den anderen Ausgaben der WW. des Thomas Kempis verläuft dies Lied ebenso bis 8a incl. Statt 8b folgt:

Omni die omni hora
Te resigna sine mora.

So Nürnberg 1494, Paris 1549, Dillingen 1576, Antwerpen 1601. Die erstere überschreibt das Lied „Rigmus de vita Iesu imitanda", die anderen: „Doctrinae duae alta mente reponendae". Als „altera doctrina" folgt dann in diesen das Stück: Assuesce Iesum invocare. Vgl. S. 512.

487. (30.) **De dulcedine Iesu et de plenitudine gratiarum et virtutum, quas habuit.**

1. O dulcissime Iesu,
Qui de caelo descendisti
Et vitam mundo contulisti.

2a. Legam de te, scribam de te,
Quaeram te
Cantem de te, laudem te,
Iesu, puer dulcissime.

2b. Nam suavis es et mitis,
Humilis,
Plenusque virtutibus,
Fili Dei altissime.

3a. Multum dimittis
Multum amanti
Nec postea
Te deserenti.

3b. Qui te relinquit,
Heu, quid hic facit!
Qui te invenit,
Eia, quid habet!

4a. Illum profecto tenet et habet,
Qui caelum terramque ut Deus regit,
Ut homo
Miro modo
Praesaepe
Quasi pauper praeelegit.

4b. O venerabile praesaepium,
In quo mundi servatur pretium!
Nunc latet,
Nunc tacet,
Tunc scietur,
Dum pro multis expendetur.

5a. Hae sunt verae deliciae
Fidelis animae,
Saepe mente revolvere
Humilia tua,
Iesu Christe.

5b. Hae sunt sanctae reliquiae
Piae memoriae,
Quos devote recolere
In absentia tua
Vis, Domine.

6 a. Iam oportet me gaudere,
Nam damnatus pro scelere
Eram et clausus
taetro carcere,
Sed Iesus venit
cum claro lumine.

6 b. Nudus eram nec sciebam,
Claudicabam et languebam
Et ad me dignatus
es descendere,
Iesu, clemens et
caelestis medice.

7 a. Bone pater, multum nos
amasti,
Quibus Iesum praeparasti
Ab aestibus umbraculum.

7 b. O Iesu, clarissimum
speculum,
Splendens per totum saeculum,
Tu nostrum es remedium.

8 a. Quidni ego dolerem,
Iesu mi,
Si non venisses
Et aegrotum visitasses!

8 b. Nunc vero et gaudebo
In te, Iesu,
Deo meo
Et servus tuus semper ero.

9. Laus tibi, Iesu benigne,
Et amoris tui igne
Accende me,
Ut semper amem te.

Bruxellen. 4585—87. A. — Zwollen. 434. B. — Vindobonen. 7970. C. — Thomae a Kempis Opera omnia, ed. H. Sommalius, Antwerpiae 1601. D. — Thomae Malleoli de Kempis Opera Omnia, ed. H. Sommalius, Antwerpiae 1607. E.

2a, 1 Pelam de te B. — 3b, 1 reliquit B. — 3b, 2 fecit? B. — 4b, 4 Nunc patet AE; tunc patet D. — 4b, 6 expandetur CD. — 5a, 1 sanctae deliciae C. — Aufschrift nach B. — Diese Dichtung folgt (wenn auch mit Auslassungen) der Sequenz Gottschalks auf die hl. Magdalena Laus tibi Christe, qui es creator; vgl. Hymnologische Beiträge I, 201 ff. Die Singweise bieten ABC.

488. (31.) Canticum consolatorium in memoria Iesu et caelestis curiae.

1 a. Ubi est modo Iesus,
Ubi est Maria,
Ubi Agnes
et [ubi] Caecilia,
Ubi angeli
Et omnes sancti Dei?

In caelo beate vivunt,
Laetantur atque canunt
Sine fine laudes Domino.

1 b. Quid ergo nunc cogitas
Et quid sic vagaris?
Audi, homo
inconstans et inanis,
Non est foris,
Intus est, quem tu quaeris.

Cessa iam foris quaerere
Et intus regredere,
Si Christum optas invenire.

2 a. Para illi hospitium
Cordis tui thalamum,
Iste est enim locus,
In quo deliciatur Christus.

2 b. Exclude tumultus mundi,
Carnis et diaboli,
Mane in silentio
Et misce verba cum Domino.

3 a. O qualis devotio,
Quanta quoque dulcedo
Confertur tunc animae,
Cum visitatur tam
intime!

3 b. O quam bene illi est,
Cui Christus tam prope est,
Sed quam iucundum erit,
Cum, quod perfectum est,
venerit.

4 a. Tolle, tolle tecum,
Domine,
Me de domo carceris!

4 b. Veni, veni mecum,
Hodie,
Sponsa, coronaberis!

Zwollen. 434. A. — Vindobonen. 7970. B. — 1 a, 2 Et ubi B. — 1 b, 6 Sed intus est A. — 2 a, 4 deliciatur spiritus B. — Beide Quellen mit Singweise, nach der die Abteilung vorgenommen, welche der Reim bestätigt.

489. (32.) **Compassio animae devotae super contritione et dolore beatae Mariae virginis.**

1 a. Cum sub cruce sedet maerens
Mater Dei, Iesum ferens
In castitatis gremio,

1 b. Lacrimatur multum,
Dum inspectat vultum
Deformatum in filio.

2 a. Osculatur ore pio
Rubra Iesu vulnera,

2 b. Ambit utroque brachio
Dorsum atque latera.

3 a. O Maria, rubens rosa,
Candens lilium,

3 b. Dulcis pia, amorosa,
Placa filium.

4 a. Quem infantem
laeta genuisti
Angelis canentibus,

4 b. Hunc de cruce
sumptum tenuisti
Brachiis dolentibus.

5 a. Compatere Christo
et matri suae,
Anima fidelis,

5 b. Si cupis gaudere
. . . . .
Cum eis in caelis.

6 a. Iesu, fili Dei,
Miserere mei
Piae matris
tuae precibus,

6 b. Salva me per crucem,
Duc ad veram lucem
Tecum, quaeso,
in caelestibus.

7 a. Qui latroni paenitenti
Paradisum promisisti,

7 b. Parce mihi delinquenti,
Quem sanguine redemisti.

8 a. Filiae Ierusalem, venite
et videte,

8 b. Convertimini ad crucifixum
et dolete.

Zwollen. 434. — Am Rande: De compassione animae super dolore Mariae.

490. (33.) **Canticum de laudibus sanctarum Virginum.**

1 a. Ama Iesum cum Agnete,
Magdalenam lauda laete
In hymnis et canticis,

1 b. Agatham sanctam venerare
Luciam passam imitare
Quantum digne sufficis.

2 a. Barbaram ora cum Balbina,
Caeciliam ora cum Christina
Totis ex praecordiis;

2 b. Catharinam cum Sabina,
Margaretam cum Martina
Lauda magnis gaudiis.

3 a. Iulianam cum Iustina,
Cuneram cum Euphrosyna
Iubila in organis,

3 b. Dorotheam cum Eugenia,
Petronillam cum Euphemia
Honora in tympanis.

4 a. Sophiam cum Eulalia,
Gertrudem cum Pelagia
Exalta laetis vocibus,

4 b. Priscam, Dariam cum Helena,
Apolloniam cum Serena
Magnifica honoribus.

5 a. Scholasticam cum Susanna,
Teclam, Claram cum Iohanna
Laetifica caeli praemiis,

5 b. Ursulam cum sodalibus,
Cordulam cum aequalibus
Adorna rosis et liliis.

6 a. Omnes sanctae virgines
cum coniugibus,
Omnes sanctae viduae
cum continentibus,
Orate Deum pro
nostris excessibus.

6 b. Sit laus Deo,
honor et gloria,
De virginum
magna victoria
Et dulcis hymnus
sanctis eius omnibus.

7 a. Qui nos sua gratia
Ad se ducit cum laetitia
Sanctorum suorum meritis,

7 b. Post huius vitae pericula
In aeterna tabernacula
Laxis peccatorum debitis.

8. Amen, dicant omnia,
Caelestia, terrestria,
Angeli cum hominibus
Et creaturis omnibus
Deo semper gratias.

Opera et libri vitae Thomae de Kempis imp. Norimbergae 1494. A. — Opera Thomae a Campis Parisiis 1549. B. — Opera Thomae a Campis Dilingae 1576. II, 677 sq. C. — Thomae a Kempis opera omnia ed. H. Sommalius Antwerpiae 1601. D. — Thomae, Malleoli de Kempis Opera Omnia ed. H. Sommalius Antwerpiae 1607. II, 592 sq. E.

2a, 2 roga cum A. — 4a, 2 Gheertrudem A. — 6a, 2 cum virginibus A. — 7b, 3 Laxatis C.

491. (34.) Consolatio ad sufferendum tribulationes.

1 a. Adversa mundi tolera
Pro Christi nomine,

1 b. Plus nocent saepe prospera
Cum leni flamine.

2 a. Cum a multis molestaris,
Nihil perdis, sed lucraris,

2 b. Patiendo promereris,
Multa bona consequeris.

3 a. Nam Deum honorificas
Et angelos laetificas,

3 b. Coronam tuam duplicas
Et proximos aedificas.

4 a. Labor parvus est
atque brevis vita,

4 b. Merces grandis est,
quies infinita.

5 a. Totiens
martyr Dei efficeris,

5 b. Quotiens
pro Deo poenam pateris.

6 a. Patiendo fit
homo melior,

6 b. Auro pulchrior,
vitro clarior,

7 a. A vitiis purgatior,
Virtutibus perfectior,
Iesu Christo acceptior,

7 b. Sanctis quoque similior,
Hostibus suis fortior,
Amicis amabilior.

Bruxellen. 4585—87. A. — Zwollen. 434. B. — Opera et libri vitae Thomae de Kempis imp. Norimbergae 1494. C. — Opera Thomae a Campis, Parisiis 1549. D. — Opera Thomae a Campis. Dilingae 1576. II, 681. E. — Opera Thomae a Kempis ed. H. Sommalius, Antwerpiae 1601. F. — Thomae Malleoli de Kempis Opera omnia ed. H. Sommalius, Antwerpiae 1607. II, 594. G.

2a, 1 a malis BE. — 1b, 2 levi DE. — 4a, 1 Labor quidem parvus est DEG. — 4b, 1 Et merces G; Merces autem D. — 5a, 2 Dei martyr DE. — 5b, 2 pro eo DE; pro Christo B. — Nach 6b, 2 Laude dignior, gradu altior C; Str. 6a—7b lauten in DE:

Patiendo fit homo melior
Auroque fit pulchrior,
Vita tota clarior,
Laude quoque dignior,
Gradu status altior,
A vitiis purgatior,
Virtutibus perfectior,
Iesu Christo acceptior,
Sanctis quoque similior,
Hostibus suis fortior,
Amicis amabilior
Et Deo suo carior.

7b, 1 Sanctis Dei similior B. — In allen Quellen, mit Ausnahme von BCG schliefst sich an dies Stück unmittelbar das folgende an:

1 a. Assuesce
Iesum invocare,

1 b. Mariam
saepe salutare,

2 a. Cruce sancta te signare,
Omnes sanctos honorare,

2 b. Contra daemones certare,
Vigilare et orare.

3a. In Domino
semper spera,

3b. Age recta,
profer vera.

4a. Coram Deo
te humilia,
Et gratiam invenies,

4b. Ama pauca
et simplicia,
Et pacem bonam invenies.

Obschon sie diese Verse dem obigen Stücke anfügen, bieten viele Ausgaben dieselben noch einmal als eigenes Lied unter dem Titel „Altera doctrina". 1a, 1b und 2a kommen auch in Nr. 486 (29) vor. Vgl. das dort Bemerkte. Die Aufschrift nach B; C überschreibt „Canticum de virtute patientiae.

492. (35.) **Devotum canticum de gloria caelesti et sanctorum angelorum et omnium sanctorum.**

1a. O qualis quantaque laetitia
Resonat in
caelesti patria,

1b. Ubi Iesus
gaudet cum Maria
Laeto vultu,
dulci melodia.

2a. Astant angelorum chori,
Laudes cantant creatori,

2b. Regem cernunt in decore,
Amant corde, laudant ore.

3a. Tympanizant, citharizant,
Volant alis, stant in scalis,
Pulsant nolis, fulgent stolis
Coram summa trinitate.

3b. Clamant sanctus, sanctus, sanctus
Fugit dolor, cessat planctus,
Omnes [laetos] reddit cantus
In superna civitate.

4a. Concors vox est omnium
Deum collaudantium,
Fervet amor mentium,
Clare speculantium
Beatam trinitatem
in una deitate,

4b. Quam adorant Seraphim
Ferventi cum amore,
Venerantur Cherubim
Ingenti cum honore;
Mirantur nimis throni
de tanta maiestate.

5a. Dominationes hos sequuntur,
Summo bono
plene perfruuntur,
Quibus principatus coniunguntur
Laetabunda
semper caritate.

5b. Potestates
cum virtutibus
Micant signis,
tonant nubibus,
Malos arcent,
Bonis parcent
Admiranda
semper pietate.

6a. Archangeli cum angelis
Alte iubilant in caelis,
Vigilant, custodiunt,
Visitant, erudiunt
Pusillos cum maioribus.

6b. Preces Deo offerunt,
Dona eius referunt,
Defendunt humiles,
Confortant debiles,
Exsultant cum cantoribus.

6 c. Hos ergo honorare
Nos decet et amare
Sinceris mentibus,
Votis ferventibus,
Lingua, doctrina, moribus.

7 a. O quam praeclara regio
Et quam decora legio
Ex angelis et hominibus!

7 b. O gloriosa civitas,
In qua summa tranquillitas
Lux et pax in cunctis finibus

8 a. Cives huius civitatis
Veste nitent castitatis,
Legem tenent caritatis,
Firmum pactum unitatis.

8 b. Non laborant, nil ignorant,
Non tentantur nec vexantur
Semper sani, semper laeti,
Cunctis bonis sunt repleti.

9 a. O quam beata societas,
Ubi regnat Deus trinitas!
Abundat ibi pietas,
Cunctos illustrat veritas.

9 b. Laudem ergo Deo dicite,
Omnes sancti, simul psallite
Qui vos per suam gratiam
Ad tantam duxit gloriam.

10. Benedictus Deus.

Collect. ms. Montis S. Agnetis saec. 15. Cod. Zwollen. 434. A. — Opera et libri vitae Thomae de Kempis imp. Norimbergae 1494. B. — Opera Thomae a Campis. Parisiis 1549. C. — Opera Thomae a Campis, Dilinga 1576. II, 678. D. — Thomae Malleoli de Kempis Opera omnia, ed. H. Sommalius, Antwerpiae 1607, II, 593. E.

3a, 2 schalis CD. — 3a, 3 Sonant nolis D; stant in stolis A. — 4b, fehlt BCDE. — 4a, 4 clare contuentium CD. — 4b, 1 adorat B. — 4b, Cherubeyn A. — 4b, 4 sub honore D. — 5b, 4 tonant nutibus CD. — 6b, afferunt D. — Hinter 6a hat B neuen Abschnitt mit neuer Initiale, jedoch keinen neuen Titel. Es wäre nicht ausgeschlossen, dafs mit 7a einmal ein neues Lied anfing. — 8b, 2 non vexantur A. — 8b, 3 Semper laeti, semper sani CE. — 9b, 1 Deo fehlt CD. — 9b, 4 duxcat A. — Aufschrift nach A

493. (36.) **Versus de sancta cruce.**

Vita boni monachi crux est, sed dux paradisi,
Portat portantem, salvat sua vulnera flentem,
Firmat nutantem, tollit ad aethera mentem,
Vincit temptantem daemonem de caelo cadentem.

Thomae a Kempis Opera Omnia ed. H. Sommalius 1601. — Thomae Malleoli de Kempis Opera Omnia ed. H. Sommalius Antwerpiae. 1607. II 595. B.

Johannes Mauburnus.

Abbas Livricensis

† 1503.

Johannes Mauburnus erblickte das Licht der Welt zu Brüssel, weshalb er auch Iohannes de Bruxella genannt wird. Er erhielt seine erste wissenschaftliche Ausbildung an der Domschule von Utrecht und trat später in das Chorherrenstift Agnetenberg bei Zwolle, ging 1497 nach Frankreich und reformierte nacheinander die Stifter Saint-Séverin, Cisoing, Saint-Euvert d'Orléans, Saint-Martin de Nevers und Livry, zu dessen Abte er 1501 erwählt wurde. Zu Beginn des Jahres 1503 starb er zu Paris im Hause Jean Quintins, Pönitentiars bei Notre-Dame.

Von seinen Schriften, deren Mehrzahl noch ungedruckt ist, erlebte das Rosetum exercitiorum spiritualium et sacrarum meditationum, welchem geistliche Lieder des Verfassers einverleibt sind, mehrere Auflagen; die erste erschien ohne Druckort 1491; eine zweite zu Basel 1494 und im gleichen Jahre ohne Druckort (Zwolle) eine dritte. Diese Auflagen sind an Fehlern reich; als die beste Auflage gilt die Baseler von 1504, nach welcher wir die Gedichte des Mauburnus wiedergeben (A). Ihr folgt eine Pariser Ausgabe von 1510, die zum Vergleiche herangezogen wurde (B), eine Mailänder von 1603 und eine 1620 zu Douai erschienene. Die wenigen Handschriften, welche einzelne Lieder des Mauburnus enthalten, entlehnen diese den Wiegendrucken und haben daher für die Gestaltung des Textes geringen Wert. Vgl. Biographie Nationale de Belgique X, 369 ff.

---

494. (1.) **Carmen pro Fescenninis ad praesepii visitationem canendum sub nota: Dies et laetitiae.**

1. Eia, mea anima,
Bethlehem eamus,
Virtute magnanima
Puerum quaeramus,
Verbum ineffabile,
Angelis mirabile,
Cubans sinu patris,
Obiectum amabile,
Semper contemplabile,
Datum vitae matris.

2. Virgo pudicitiae,
Throne deitatis,
Et Ioseph, nutritie
Iesu paupertatis,
Me indignum famulum
Ducatis ad stabulum
Mei creatoris,
Tundam tintinnabulum
Laudis et cunabulum
Volvam vi amoris.

3. O puer dulcissime,
Omnibus optate,
Venisti, gratissime
Salutis legate?
Te vatum oracula,
Te legis umbracula
Exortum testantur,
Polus, tellus, maria
Laude multifaria
Tibi adiocantur.

4. Heu, quid iaces stabulo,
Omnium creator,
Vagiens cunabulo,
Mundi reparator?
Si rex, ubi purpura
Vel clientum murmura,
Ubi aula regis? —
Hic omnis penuria,
Paupertatis curia,
Forma novae legis.

5. Istuc amor generis
Me traxit humani,
Quod se noxa sceleris
Occidit profani,
His meis inopiis
Gratiarum copiis
Te pergo ditare,
Hocce natalitio
Vero sacrificio
Te volens beare.

6. O caeli, attendite
Infantis amorem,
Angeli, rependite
Laudem et honorem,
Verbum, ens altissimum,
Pulchrum, quam dulcissimum,
Limo corporatur,
Verbum divinissimum,
Aeternum, ditissimum,
Spretum pauperatur.

7. O mira dignatio
Immensum locari,
Nostra gloriatio
Deum humanari!
O stupor, o gaudium!
Hostis technas fraudium
Tuus ludit ortus,
Iam orbi quadrifido
Tibi gnato fervido
Caeli patet portus.

8. Salve, rex, principium,
Verbum incarnatum,
Effectum mancipium
Indignum, cunatum!
Salve, sordens stabulum,
Salveto, cunabulum
Sponsi amatoris!
Tu meum latibulum,
Construam hic nidulum,
Non videbor foris.

9. Iam te meis brachiis,
Mi Iesu, amplector
Ac totis praecordiis
Tibi condelector;
Cogis me rastuere,
Lacrimis effluere,
Puer Ephrataee,
Amor ineffabilis
Es, intolerabilis,
Iesu Nazaraee.

10. O ardens incendium,
Deus incarnate,
Animae suspendium
Tibi desponsatae!
Omni reverentia,
Caeli assistentia
Laude te honoro,
Cum benevolentia,
Grata complacentia
Pronus te adoro.

11. O te laudum milibus
Laudo, laudo, laudo,
Tantis mirabilibus
Plaudo, plaudo, plaudo;
Gloria sit, gloria
Amanti, memoria
Domino in altis,
Cui testimonia
Dantur et praeconia
Caelicis a psaltis.

12. O puer dulcissime,
Me purges lustrato
Surrigas, altissime,
Corde inflammato;
Redimens vivifica,
Me compuerifica
Hoc tuo natali.
Perfecte sanctifica,
Tecum beatifica
Vita aeternali.

13. Pater, natalitium
Suscipe sophiae,
Gratum sacrificium
Manibus Mariae;
Corpus, sensus, animam
In viventem victimam
Lito Iesu nato
Et sponsae unanimam
Laudem suavissimam
Libans voto grato.

— 1,10 Datum fide matris B. — Über den einzelnen Strophen stehen folgende Erklärungen: 1. Excitatio animae accedentis. 2. Oratio ad Mariam et Joseph. 3. Captatio benevolentiae. 4. Captatio benevolentiae a compatientis conquestione. 5. Vox Jesu respondentis. 6. Excitatio ad considerandam dignationem. 7. Exclamatio pro fructu. 8. Actus Fescenninorum. 9. Amorosa susceptio. 10. Actus latriae. 11. Actus laudis ex consideratione circumstantiarum. 12. Oratio pro fructibus nativitatis hujus. 13. Oblatio. — Dies Lied findet sich auch in der Hs. 7955 der kk. Familien-Fidei-Comifs-Bibl. in Wien vom Jahre 1508 und Cod. Londinen. Add. 19050 vom Jahre 1523, sowie in einem Tegernseer Druck von 1577: Tres cantiones devotae ac plurimum utiles.

495. (2.) **Praeparatorii et laudatorii Hymni in sanctos ante et post communionem pro inflammandis animis frequentandi, cantandi sub nota: Dies est laetitiae.**

Ad sanctam Trinitatem.

1. O beata trinitas,
Gloria sanctorum,
Quam omnis sublimitas
Tremit angelorum,
Veni, beatissima,
Veni, clementissima,
Omnium creatrix,
Adesto propitia,
Mittas alitricia
Dona, recreatrix!

2. O celsa divinitas,
Salve, salve, salve,
Beans trina unitas,
Bonitas, resalve!
O mea fruitio,
Quoto me delicio
Hodie cibasti!
Tum corpus, tum animam
Lito laudis victimam;
O quanta donasti!

Ad sanctam Dei genetricem Mariam.

3. O mater egregia,
Regina Maria,
O cum esca regia
Veni, mater pia;
Fons misericordiae,
Tuo gnato hodie
Cibes famescentem,
Prae te feras ubera,
Gratiis exubera,
Lactes sitientem.

4. Salveto, triclinium,
Panis angelorum,
Te laudum concinium
Decet, fons hortorum;
Iam donasti filium
Relevans exsilium,
Mater gloriosa,
Mane mecum, domina,
Nostra caelis nomina
Scribas, dulcorosa.

Ad proprium Angelum.

5. O comes fidissime,
Angele praegrate,
Veni, lator optime
Victimae beatae!
Redux individuae
Collustres occiduae
Mentis incentiva,
En, tuo suffragio
Propinquans altario,
Meus sis conviva.

6. Salveto, deivide,
Eucharis legate,
Paedagoge vivide,
Per te mihi date!
O tantis deliciis
Cum caeli militiis
Mecum modulare,
O tanto viatico
Animo seraphico
Tecum fruar, care!

Ad sanctos Angelos.

(Feria secunda.)

7. O millena milia
Grandium astrorum,
Vos castra herilia,
Angeli amorum!
Venite cum lumine
Iesu, vestro numine,
Mecum celebrare,
O dignis militiis
Profligatis vitiis
Ambite altare!

8. O stellae clarissimae,
Eucharis sophiae,
Vos laudo humillime
Trinae hierarchiae;
O quotis, quam variis
Caelicis cibariis
Fratrem restaurastis!
Mecum Iesu plaudite,
Pectus vanis claudite,
Me vobis aequastis!

Ad Patriarchas et Prophetas.

(Feria Tertia.)

9. O stirps patriarchica,
Genus salvatoris,
Cum turma prophetica
Veni, fax amoris!
Vestrum desiderium,
Messiae mysterium
Mecum celebrato,
Dote multifaria
Pectoris armaria
Mea praeparato!

10. O, vos laude celebri
Cano, patres, vates,
Nostros cibo mulcebri
Opplestis penates;
Perstem Christi solium,
Antiquorum collium
Electum frumentum;
Iam Christi carissimi
Laudate, clarissimi,
Mecum sacramentum!

Ad sanctos Apostolos.

(Feria Quarta.)

11. Eia, apostolice
Sacrate senatus,
Te nostris catholice
Omnis colit status;
Descendas aetheribus,
Divinis muneribus
Mecum ministrato,
Cordis scabellaria
Dote multifaria
Christo exornato!

12. O lux apostolica,
Monstra duodena,
Iam vos laude polica
Concino camoena;
Pro magistro optimo
Cibo praedulcissimo
Dato exsultabo;
Quando plenam satiem
Facie ad faciem
Vobiscum gustabo?

Ad sanctos Martyres.

(Feria Quinta.)

13. O castra victricia
Martyrum sanctorum,
Quam plena laetitia
Omnium sanctorum,
Corpus vestri principis
Purae mentis azymis
Mecum immolate,
Venite, cum laureis,
Ornamentis aureis
Ministrum ornate!

14. Salvete, fortissimi
Milites urani,
Martyres dignissimi,
Flores Christiani!
O quantis victoriis,
Sacramenti gloriis
Semper triumphastis!
Hisce mirabilibus
Mecum laudum milibus
Canite in astris!

Ad sanctos Confessores.

(Feria Sexta.)

15. O praecelsa dignitas,
Veni, confessorum!
Vestra me benignitas
Stipet malis morum!
Digna reverentia
Vestra assistentia
Glisco immolare,
Puritatis azymis
Iam profusis lacrimis
Accedam altare.

16. Salvete, sanctissimi
Christi confessores,
Comites fidissimi,
Concelebratores!
Laudibus ingentibus
Vobis concinentibus
Cibum vitae cano,
In vestris praesidiis
Ac odis hymnidicis
Caelos scandens cano.

Ad sanctas Virgines.

(Sabbato.)

17. O sponsae humillimae,
Cum sponso venite,
Angelis simillimae,
Cum sponso venite!
O vestris excubiis,
Eucharis conubiis
Iam me foederate!
O Agnes castissima,
Cum agnelli victima
Veni indilate!

18. O caeli plantaria,
Virgines, salvete,
Nostra iam altaria
Visitis, salvete!
O vestris aureolis
Eucharis areolis
Mecum concrepate,
Animos suspendite,
Pro me laudes pendite
Coram trinitate!

Ad Omnes Sanctos.

(Die Dominica.)

19. O sancti piissimi,
Pleni caritatis,
Vos Sion clarissimi
Reges civitatis,
O cum rege gloriae
Advenite hodie
Mecum epulari,
Vestro pontificio
Iesu sacrificio
Date satiari!

20. Salvete, dignissimi
Eucharis praecones,
Salvete, gratissimi
Vos commilitones!
Quantis reverentiis
Iam Christi praesentiis
Mecum immolastis!
Laudemus in tympanis,
Repsallamus organis
Nobis Christo pastis!

In festivitate unius Sancti vel Sanctae.

21. O pater sanctissime,
Gratiae fluentum,
Veni, dignantissime
Ferto sacramentum!
O tuis praesidiis
Scelerum excidiis
Eximas clientem!
Virtutum lampadibus
Complectar cycladibus
Iesum venientem.

22. Salve, celeberrime
Municeps caelorum,
Cibasti, sacerrime,
Me cibis amorum;
Iamiam tantis victimis,
Hostiis divissimis
Laudem immolemus;
Suscipe, resuscipe,
Mentem meam suscipe,
In caelos volemus!

In festivitate plurimorum Sanctorum.

23. Salvete, sanctissima
Organa divina,
Venite cum hostia,
Mea medicina!
Nam vestra sollemnia
Christi decet hostia
Granditer ornari,
Aram mecum scandite,
Iesu corpus pandite,
Libet epulari!

24. O mira sollemnia
Vestra laude digna,
Quae nunc tanta xenia
Conferunt benigna!
En, laudum praeconia
Pro hac alimonia
Semper praeconabor;
Quando corpus exuam
Et vestram praesentiam
Caelo speculabor?

A B. — 24, 8 corpus eximiam A; eximam B. — Von diesem Liede stehen eine Anzahl von Strophen (es fehlen alle geraden) in der Göttinger Handschrift 233 (Orat. S. Mariae Magdalenae Hildesien. saec. 15/16). — Auch in dem unter Nr. 1 erwähnten Tegernseer Druck von 1577.

496. (3.) **Carmen in portiones agni paschalis, cantandum sub nota: Pange lingua.**

1. Dones agni *portionem*
Rite, pater, edere,
Utram tingat rationem
Sanguis Paschae foedere,
Neu mentalem stationem
Possit hostis laedere.

2. Salve, *caro* maiestatis,
Alta, sancta, humilis,
O quam plena veritatis,
Pulchra, mira, nobilis,
Tradita, heu, profanatis,
Angelis mirabilis!

3. Salveto, medicamentum
Quam plenum effectibus!
Expurges inquinamentum
Carnis cum defectibus,
Esto mihi excrementum
Cunctis in profectibus.

4. Eia, *sanguis* generose,
Mirus, venerabilis,
Fluens plagis copiose,
Nimis peramabilis,
Mustum mentis amorosae,
Typis praeconabilis.

5. O sanguis redemptionis,
Venditos redimito,
Sanguis expiationis,
Turpatum eluito,
Sanguis consummationis,
In sancta traducito!

6. Salve, *anima* dilecta
Deo et hominibus,
Clara, placens et afflicta,
Praelata numinibus,
O, te laudo, benedicta
Caelicis luminibus!

7. Salve, spiritus divine,
Plenus sapientia,
Te iam canunt matutinae
Stellae fartum gratia,
Benedictum sine fine,
Traditum pro hostia.

8. O vos *exta* devoranda
Agni sine macula,
Vos virtutum permiranda
Grandia spectacula,
O salvete, adoranda
Divina signacula!

9. O vos gratiae, salvete,
Communes cum singulis,
Dona, fructus, resalvete
Laudibus pertinnulis,
Me iam gratiis replete
Canentem in iubilis.

10. Salvete, humanitatis
O *pedes* pacifici,
Pedes pleni caritatis,
Perfecti, deifici,
Exemplares, deitatis
Baiuli vivifici.

11. Salve, agnus nate, passe,
Sepulte maeroribus,
Surgis, scandis, agnus asse,
Spiritus amoribus;
O, complectar pedes hosce,
Gratium clangoribus!

12. Salve, *adeps* et *pinguedo*
Agni mansuetissimi,
Tua satiat dulcedo
Cor servi nequissimi,
Tibi laudis pensa dedo
Cordis contritissimi.

13. Eia, fructus condonato
Vitae tuae optimae,
Passionis cumulato
Frugem, rex clarissime,
E qua fructus sacrae dato
Eucharis gratissimae.

14. Salve, *caput* adorandum,
Iesu mira deitas
Ferculumque celebrandum,
Satians aeternitas,
Epulum concelebrandum
Angelis, divinitas!

15. Salve, *naturans natura*
Prima et essentia.
Liber vitae, ars, lux pura,
Patris sapientia,
Hacce semper alitura
Fruar in praesentia.

16. Eia, cives Olymporum,
Numina hierarchica,
Mille milia hymnorum
Camena dragmatica
Ferte pani angelorum
Pro hac esca polica.

A B. — Die Überschrift der Quelle: Exordium carminis in portiones etc. bezieht sich nur auf Str. 1; die Überschriften der andern Strophen sind hier fortgelassen und dafür das entsprechende Wort im Text gesperrt. Über Str. 16 steht „Ad omnes Sanctos“. Aus einer Luxemburger Hs. bereits XV, 49 mitgeteilt.

497. (4.) **Carmen in septem nomina sacramenti corporis et sanguinis Domini Iesu et cantabitur sub modulo: Dies est laetitiae.**

1. O panis vivifice,
Donum singulare,
Des tua deifice
Nomina tractare;
Nempe tua nomina,
Consecrata fomina,
Larga fruge turgent,
Haec rorem charismatum,
Haec fluenta dogmatum
Sacro topo praebent.

2. Salve, *eucharistia*,
Fons deliciarum,
Nomine, re gratia,
Dulcor animarum;
Salveto, piissimis
Amicis dulcissimis
Abs Iesu collata,
Dones, sacra satie
Fruar tua facie
Anima beata.

3. O *donum* magnificum,
Fluens largitate,
Salve, hilarificum,
Ardens caritate;
Salve, nobilissimum,
Sufficientissimum,
Utile damnatis.
Danti confortissimum,
Te laudo gratissimum,
Mihi datum gratis.

4. Salve, *cibus* regius,
Nobilis gnatorum,
Suavis et egregius
Omnium saporum;
O esca lautissima,
Manu prudentissima
Pista trinitatis,
Opple languidissimam,
Pereffetam animam
Cibo pietatis.

5. O *potus* dulcissime,
Lateris fluentum,
Salve, sapidissime,
Languentis fomentum;
Salve, iucundissimum
Vinum, meracissimum,
Ebries bibentes,
Germinato virgines
Atque mentis cardines
Fac mero calentes.

6. Salveto, *communio*
Omnium bonorum,
Hominum tu unio
Atque angelorum;
Praestes influentiam,
Praestes accrescentiam
Capitis in membra,
Tuis passionibus
His communionibus
Dedices commembra.

7. Salve, *sacrificium*
In cruce litatum,
Mirum sacrificium,
Figuris signatum;
Te laudo dignissimum,
Deo acceptissimum,
Sanctum iuramentum,
Salve, pontificium
Christi sacrificium,
Patris spiramentum.

8. Salve, admirabile
Christi *sacramentum*,
Insigne, amabile
Tu medicamentum;
Tu commemoratio
Atque exaltatio
Christi passionis,
Te laudo, signatio,
Supernae gustatio
Iam fruitionis.

A B. — Vgl. Anal. XV, 51 und f., wo dies Lied bereits aus einer Luxemburger Hs. mitgeteilt ist. — Auch in dem unter Nr. 1 erwähnten Tegernseer Druck von 1577.

498. (5.) **Sequuntur aspirationes et exclamationes rhythmaticae, decursum vitae et passionis dominicae concernentes, post communionem sacramentalem vel spiritualem cantandae sub nota: Dies est laetitiae.**

Feria II.

1. O primum principium,
Ens unum fontale,
Meum participium,
Verbum ideale,
Deus Deo genite,
Veni, olim caelite,
Hodie vallatus,
De petra dimittere
Deserti, emittere,
Sion cibus gratus!

2. Eia, potentissime
Rex, mundi creator,
Caelitum dulcissime
Ierarcha plasmator!
Quid hinc tibi tribuam,
Quid, Deus, retribuam
Hac terra deserta?
O, da tuum calicem,
Da vinum, da laticem
Bibere spe certa.

3. O fautor munifice,
Adae exaltator,
Te miror, mirifice
Parentum zelator;
Redde innocentiam,
Primam praecelientiam,
O Adam secunde,
Veni, solve debita.
Esca caeli praebita
Veni, laetabunde!

4. O tu desiderium
Et patrum et vatum,
Revela mysterium
Angelis optatum!
O, si caelos rumperes
Et te iustum plueres
Gomor mensuratum!
O petite saeculis,
Reple tuis epulis
Cordis mei stratum!

5. O mirum spectaculum,
Verbum incarnatum,
Caeleste spiraculum,
Maria gestatum,
Resalve, dulcissime
Iesu, frater optime,
Iam communicate!
O, totis praecordiis
Tot misericordiis
Cuncta iubilate!

6. O puer pulcherrime,
Pater mihi date,
Salveto, pauperrime
Matre mihi nate!
Laetare, Ierusalem,
Panis mihi Bethlehem
Datus Ephrataea,
Angeli, attendite,
Gloriam impendite
Laude iubilaea!

7. Salve, suppar patribus,
Circumcise Deus,
Te caeli primatibus,
Laudo, Iesus meus!
O nomen salvificum,
Oleum lenificum,
Iam mihi dulcesce,
Nam tuum cauterium
Gustavi mysterium,
Dulcis radix Iesse!

8. Salve stella mystica,
Magorum magistra,
Tibi laudum pistica
Cano tangens plectra!
En, auro divissimo
Et ture gratissimo
Gaudet mentis vultus,
Nam missae officio,
Missae sacrificio
Tecum sum sepultus.

Feria III.

1. O subacte legibus
Instar peccatoris,
Iam aequaris gregibus
Tu pastor amoris;
Redemptor, me liberes,
Hortum tuum visites,
Festina, festina,
Veni, cum insontibus,
Saliens in montibus,
Veni, medicina!

2. O mira dignatio!
Deus prospicatur,
Dum Herodis ratio
Ambit, excaecatur,
O lumen Aegyptium
Veni, lustres saucium
Animum turbatum,
Cum tuis infantibus
Assis manducantibus,
Pascha delicatum!

3. Eia, Iesu perdite,
Iesu duodennis,
Veni, matri reddite,
Doctor minorennis,
Per vicos, plateolas,
En, quaero areolas
Tuas iam intrare,
O veni de Libano,
Veni mihi orphano
Te participare!

4. O tu sapientia,
Quamdiu celaris,
En, tota crescentia
Cum matre moraris!
Veni, voca parvulos
Hircos atque cervulos
Me tibi sponsando,
O, de matris gremio
Veni, tuo cremio
Veni me cibando.

5. O grandis humilitas,
Deus, baptizaris!
Salve, dulcis pietas,
Quantum abyssaris!
O tu sponse sanguinis,
Iam baptismo flaminis
Servum baptizasti,
Dum sacratum verticem
Ad me caecum culicem
Dignans inclinasti.

6. Salve, dux ieiunii,
Iesu eremita,
Reddo pensum munii,
Veritas et vita,
Panibus angelicis
Cum favis me caelicis
Pavisti gratantem,
Iam in montem Sinai
Et Horeb, Adonai,
Deducas ovantem.

7. Salve, pugil inclite,
Perpes triumphator,
Profers fere perditae
Tela, consolator!
O, ignitis iaculis,
Tuis sacris pabulis
Dones reluctari,
Nam tuis militiis
His fretus divitiis
Volo gloriari.

8. Salve, dignantissime
Tuorum vocator,
O sponse dulcissime,
Pius invitator!
Iam in tuis nuptiis
Concino deliciis
Carmen nuptiale,
O tu mea gloria,
Te servem memoria,
Nobile iocale.

Feria IV.

1. O Iesu clarissime,
Rex prodigiorum,
Suspendis, altissime,
Corda filiorum,
Renoves miracula
Accedens cenacula,
Veni, leprosorum,
Tangam tuam fimbriam,
Cum te sacram victimam
Litabo reorum.

2. O dux paenitentiae
Iesu christianae,
Veni, rex clementiae,
O Samaritane,
O quantis vigiliis
Tu, precum consiliis
Mihi lucubrasti!
Iam fumus aromatis
Igne scandat pneumatis
Ara cordis casti.

3. O doctor verissime,
Veritas et vita,
Veni, fecundissime
Mentem meam dita,
Sim tibi docibilis,
Hodie unibilis,
Verbum salutare,
Docendo utilia
Seraphim per milia
Ascendam altare.

4. Eia, veni, gloria
Monstrata in Thabor,
Per carnis tentoria
Deum contemplabor.
Gestio te millies.
Pulchra patris species,
Edere, potare;
Quis dabit de carnibus
Paratis Cherubibus
Mentem impinguare?

5. O quanta convitia
Vincis pietate!
Praebe corda mitia,
Iesu blasphemate!
O, venisti comminus,
Benedictus Dominus,
Me iam honorando!
Laudet caeli curia
Pro omni iniuria
Acta celebrando.

6. O quantis profluviis
Flesti lacrimarum
Pro meis colluviis
Iugium culparum!
Salve, pro dulcissimae
Adipis pinguedine
Mihi instillata,
Iubilet mens ebria,
Facessant funebria,
Eucharis amata.

7. Salve, rex humillime,
Aselli insessor,
Nutrimentum animae,
Alumnus, possessor!
Iam tibi adhaereo,
Nam cibo aethereo
Cor pinguasti meum,
Te gestem in corpore
Gestem et in pectore,
Iesum dulcem meum.

8. O Iesu piissime,
Vendite, salveto!
Te laudo, gratissime,
Corde tristi, laeto;
O tu meum pretium,
Redimas mancipium
Peccato substratum,
O tu emptum pabulum,
Agas mecum sabbatum,
Ne linquas cibatum!

Feria V.

1. O lotor humillime,
Servulis prostrate,
Veni, lotor animae,
Patribus optate!
Eia, tuum famulum,
Te petentem pabulum
Hysopo emunda,
Quo stola albissima
Te litem sanctissima
Anima iucunda.

2. O, divinae gratiae
Veni sacramentum,
Cibans plena satie
Amoris frumentum;
Te nunc et agniculum,
Saginatum vitulum
Concupisco multum,
O panis angelice,
Veni, veni caelice,
Duc ad patris vultum!

3. O Iesu, discipulis
Favum distillasti,
Dum verbis mellifluis
Tristes debriasti,
O sermo sacerrime,
Fecunde, pulcherrime,
Veni, veni, veni,
De thronis regalibus
Iam nostris sponsalibus
Assis motu leni!

4. O sudor sanguinee
Iesu amatoris,
Tu amore vineae
Fers pondus angoris!
O precum maestitiae,
Venite, deliciae
Trinae hierarchiae,
Ex Sion egredere,
Cor meum, ingredere,
Sanguis agoniae!

5. O stupendum osculum
Iudae condonatum!
Hinc do laude tusculum
Per affectum gratum;
O quam bonus Israel,
Me, Deus Emanuel,
Iam es osculatus!
Tua clara facie
Ex hac fausta sanie
Fruar saturatus.

6. O amor fortissime,
Capte, vinculate,
A Malcho saevissime
Concisus, amate!
O murrae fasciculis
In Adae funiculis,
Salve, me vinxisti,
Nam tuo edulio
Cordis mediculio
Me tibi iunxisti.

7. Salve pro conviciis,
Derise salvator,
Quae pro amicitiis
Recipis, creator!
O, te mille gratibus
Pro his pietatibus
Laudo mirabunde,
Ludens fiam vilior,
Omnibus humilior
Cibatus iucunde.

8. O caelestis gloria,
Ducta per plateas,
Mente amatoria
Sponsas quaerens reas,
O, quam verecundia
Coram iracundia
Sisteris censorum,
Mecum in meridie
Cubans, sponse gratiae,
Meum habe thorum!

Feria VI.

1. O rex, sapientia
Chlamyde despecta,
Tamquam fetulentia
Herode reiecta,
Veni, o rex gentium,
Dulcis esca mentium,
Iam noli tardare,
O magne Adonai,
Legifer in Sinai,
Noli retardare!

2. O veni, Emanuel
Caeli legionum,
Diceris, rex Israel,
Heu, princeps latronum,
O grande prodigium
Te divinum filium
Conferri latroni,
Electe ex milibus,
Veni cum vigilibus
Tui sacri throni!

3. O flagellis livide,
Columnis convincte,
Veni, Christe vivide,
Angelis concincte,
Veni, sponse sanguinum,
Princeps caeli agminum,
Me sponsam sponsare,
Bibant pulli sanguinem,
Cordis frangens sardinem,
Tingens postes arae.

4. O, te vestit chlamyde
Et truci corona
Saevior, heu, aspide
Iudaea matrona!
Veni, sponse gloriae,
Sertatus lusorie,
Assistam regina,
O rex, cor ingredere,
Sacro mecum foedere
Gaude, haud declina!

5. Salve, fons clementiae,
Rex dehonorate,
Sputo fetulentiae,
Ligate, foedate!
Pro tanta dulcedine,
Pro sacra arundine
Canto fratrueli
Laudans te psalterio,
Suspensus mysterio,
O hierarcha caeli.

6. O turbis furentibus
Salve praesentate,
O cellis fluentibus
Leprosis aequate!
O grande miraculum!
Te laudo, spectaculum
Factum peccatorum;
Mane mecum, Domine,
Gratiarum fomine
Mentis fulci thorum.

7. Salve, vita gratiae,
Morti condemnata,
Cuius sacra facie
Stat vita beata,
Vivat mea anima,
O salutis victima,
Mihi nata, data,
Tua condemnatio
Sit mea cibatio
Semper tibi grata.

8. Salve, o mitissime
Crucis baiulator,
Isaac dulcissime,
Mundi fabricator!
O quantum desperneris,
Quam crebro prosterneris
Sub crucis altari,
De tanto supplicio,
Stupendo delicio,
Des me gloriari!

Sabbato.

1. Heu, quam saeve vestibus,
Iesu, spoliaris,
Dum membris caelestibus
Rursum cruciaris!
Rubicunde, candide
Iesu, cibus sapide,
Sanguine intincte,
De Edom me complue,
Culpae vestem exue,
De Bosra rex tincte.

2. Heu, ligno extenderis,
Clavis perforate,
Totus mihi penderis,
Amor lacerate,
Sordidum amplectere,
Arbor alta, flectere,
Dilecte votorum,
Inter tua brachia
Sunamitem satia
Epulis amorum!

3. O monte Calvariae
Serpens elevate,
Botre sanguinarie,
Heu, cruce assate,
Roris stillicidio
Veni, sis praesidio,
Lapis reprobate,
Elegi suspendium,
Da victus impendium,
Latroni aequate!

4. O crudum suspendium
Mei salvatoris,
Hostiae incendium
Immolatae foris!
Qua oboedientia,
Qua nobis clementia
Condis testamentum!
O, docentem audiam,
In pace iam dormiam
Libans sacramentum.

5. Salve, dulcor cordium,
Aceto potate,
En, totum praecordium
Te laudat, amate!
O verbi vehiculum,
Te murrae fasciulum
Semper praeconabor,
O panis angelice,
Murrae pastu fellicae
Tibi confirmabor.

6. Salve, vita gloriae
Pro me morti data,
Plangunt compassorie
Te cuncta creata,
O Dei exitium,
Grande sacrificium
Lacrimis litatum,
O, tot mirabilia
Sunt mea auxilia,
In finem optatum!

7. O cordis piissimi
Fontem paradisi,
Ferri cruentissimi
Mucrone incisi!
Resalve, fons gratiae,
Plena potans satie
Fons sacramentorum,
O cor meum vulneres,
Caritatem ordines
Spongia dolorum.

8. Salve, amantissime
Iesu tumulate,
Planctus acerbissime
Matris caritate!
O cor meum pungito,
Sepultum inungito
Nunc pacis sopore!
Nunc dimittis, Domine,
Me in tuo nomine
Sepultum amore.

Dominica.

1. O triumphantissime
Inferni vastator,
Redux amantissime
Patrum consolator,
Veri desiderium,
Eucharis mysterium
Mihi ministrare,
Amore deficio
Et te Deum sitio,
Veni, me potare!

2. O Christe, glorificus
Resurgens beatus,
O panis vivificus,
Victor laureatus,
O exsurgens gloria,
Cadat omnis scoria
Carnis caenolentae,
Gallilaeam adeam,
Panem Emaus comedam,
Veni, quam repente!

3. Eia, surgens inclitus
Mortis triumphator,
O Mariae primitus
Factus consolator,
Veni, dulci iubilo
Terso culpae nubilo
Iam mihi appare,
O appare Ephraim
Coram, Ioseph, Benjamin,
Mecum epulare!

4. O quantum discipulis
Donum condonasti,
Dum flatus folliculis
Spiritum inflasti!
Obumbres me, spiritus,
Fecundar jam caelitus,
Amorose pater,
Venias propitius,
Animae nutricius,
Gratiae sim crater!

5. Ave, ardentissime
Zelotes, amator,
Scandis, inclitissime
Caeli triumphator!
Ave, cum psallentibus,
Regem prosequentibus
Turmis angelorum,
Trahe me erraticum
Per datum viaticum
Ad arcem polorum.

6. Salve, dator spiritus,
Spiritus ardoris,
Es dulcis paraclitus
Fomentum amoris,
Duplex fiat spiritus
Tuus datus caelitus,
Multiplex in donis,
Cuncta mecum climata
Tua iam charismata
Gustent caeli thronis.

7. O quantis laetitiis
Scandis, gloriosa,
Immersa deliciis,
Mater speciosa!
O, Iesu cellariis
Gaude multifariis
Iam inthronizata,
Hoc vitis genimine
Sacro tecum rumine
Fruar, o beata!

8. Salve, districtissime
Iudex creatorum,
Finis beatissime
Omnium sanctorum!
Te collegi hospitem,
Panem mihi sospitem
Ut te velis dare,
Haesi testimoniis
Tuis et praeconiis,
Noli me damnare.

A B. — Feria II. 2, 10 Haec libere spe certa A; Haec libera spe certa B. — Feria III. 1, 5 Redempte me A B. — 6, 9 Et orbe Adonai B. — Feria IV. 8, 5 mecum pretium A B. — Feria V. 2, 5 Tenlam et B. — 5, 3 laudum. — 6, 9 meditullio AB. — 8, 7 Literis B. — Eine Anzahl Strophen dieses Liedes auch in der Göttinger Hs. 233 (Orat. S. Mariae Magdalenae Hildesien. saec. $^{15}/_{16}$.); eine Anzahl anderer in der Luxemburger Hs. 1 (Orat. Epternacen. saec. $^{15}/_{16}$). — In B ist am Schlusse die Singweise in Notendruck beigefügt. Dies scheint der älteste Druck der Melodie des *Dies est laetitiae* zu sein.

499. (6.) **Excitatorius versus. Et cantabitur sub nota: Crux fidelis, Pange lingua vel Urbs beata.**

1. Excitare, excitare,
O peccatrix anima,
Christum passum speculare
Virtute magnanima,
Inductiva meditare
Quaeque linquens infima.

2. Nihil quippe trinitati
Delitabis gratius
Ac supernae civitati
Dedicabis sanctius,
Christi quam humanitati
Haerere tenacius.

3. Heu, quid ausim meditari
De te, viva hostia,
Sus assueta volutari
Spurca per palustria,
Possim, tremo, lapidari
Montem tangens bestia.

4. Sisto tibi, rex amande,
Per piam memoriam
Passionis admirandae
Divinam historiam,
Sacrificium pergrande,
Christiani gloriam.

5. O cor durum et profanum
Condolendo rumpere,
Regem plange Golgothanum,
Rumpere, cor, rumpere,
Flens aeternum et arcanum
Gravamen, cor, rumpere.

6. O, me tanta imitari
Des exempla regia,
Foris, intus immersari
Christi nunc elegia,
Praestans hacce immorari
Doctrina egregia.

7. Eia, trina ierarchia,
Iam mecum infinies
Iesum laudes absque bria
Ob poenas multiplices,
Quas gustavit mente pia
Pulchra patris species.

8. O, sim quantus, admirare,
Mactatus feraliter
Verbum patris salutare,
Natus aeternaliter,
Hinc defectum patiare
Mentis abyssaliter.

9. Laetabunda exsultato,
Eia, mea anima,
Libro clauso reserato
Mortis Christi victima
Mira pandit crux, intrato
In plagarum intima.

10. O, liquescam vi fervoris
Amans te sponsaliter,
Videns fontem te amoris
Passum quam poenaliter,
Quo affectu me dulcoris
Trahis singulariter.

11. Stringe, sponse unitatis,
Me divinis nexibus,
Vinctum vinclis caritatis
Animi excessibus
Cunctis in te transformatis
Internis affectibus.

12. Captes, pater, passi nati,
Quam delibo, victimam
Noxam mei ob peccati
Et donorum copiam
Defunctorum paupertati
Dans aeternam gloriam.

A B. — 5, 6 corrumpere A. — 7, 6 mentis species A; lies matris? — 8, 1 O si quantus A. — Dieses und die folgenden drei Lieder sind im Rosetum nicht als ein Ganzes mitgeteilt, sondern strophenweise unter den prosaischen Text verteilt.

500. (7.) Adhortatio ad communionem.

1. Excitare, excitare,
Surdaster homuncio,
Manducandi propinquare
Tempus Christum nuntio,
Inductiva meditare
Et quam frugi sumptio.

2. Omnis Christi actionis
Finis et principium,
Gratiarum caeli thronis
Mittas participium,
Ne condemnes esionis
Reprobum mancipium.

3. Pergas iam considerare,
Quid debebis agere,
Die, noctu memorare,
Quae possunt allicere,
Quo tu queas salutare
Corpus digne sumere.

4. O mens, intime probare,
Ne edas iudicium,
Cave Iudae incursare
Immane flagitium,
Stude purum immolare
Iesu sacrificium.

5. Purges, Christe, iam fermentum
Commissi peccaminis,
Pietatis saramentum
Igne litem flaminis,
Cernam te per specimentum
Expers post velaminis.

6. Christe, ornes intellectum
Caelicis spectaculis,
Foedum vulneres affectum
Amorosis iaculis,
Ne cor exsulet eiectum
A tuis cenaculis.

7. O, timoris et amoris
Succende fornacibus,
Quo complectar iam te foris
Brachiis tenacibus
Nostri replens gustum oris
Fructibus veracibus.

A B. — 3, 3 noctuque A. — 6, 6 a tuis iaculis A. — 7, 6 feracibus B.

501. (8.) Ante Communionem.

1. Tibi, Jesu, invitanti
Occurram laetissime,
Clamans voce suspiranti:
Veni, rex dulcissime,
Veni, veni aegrotanti
Medens clementissime.

2. O, intentu fac me rectum,
Panis praedulcissime
Sacramentumque electum
Victimae sanctissimae,
Laudem tuam et profectum
Praeintendens animae.

3. Eia, corpus veritatis,
Christi sanguis, anima,
Superbonae deitatis
Salutaris victima,
Vos adoro pietatis
Latria perintima.

4. Salve, panis praedulcose,
Salve, potus gratiae,
Salve, spiritus dignose
Sacrae eucharistiae,
Salve, decus gloriose
Cibans plena satie.

5. Veni, Iesu, dux, zelotes,
Ignis ardentissime,
Veni, servum cibes, potes
Sitientem maxime,
Nolim, tardes, veni, dotes
Cor meum plenissime.

6. O, manducem timoratus
Omni reverentia,
Amorose dilatatus
Cordis excedentia,
Permirifice laetatus
Tua de praesentia.

A B. — 2, 3 Sacramentum quo A B. — 2, 5 provectum A. —

502. (9.) **Post Communionem.**

1. Eia, Iesu adorande,
Dator panis gratiae,
Mille grates admirandae
Dono eucharistiae,
Qua me hodie, amande,
Replevisti satie.

2. Iesu, in me operare
Fructus felicissimos,
Quos tu, manna salutare,
Contines dulcissimos.
Quantos nemo scit narrare
Ob gustus ditissimos.

3. O fons, pater, pietatis,
Panem caeli respice,
Mirae placabilitatis
Holocaustum suscipe,
Quod pro donis, pro peccatis
Offero ecclesiae.

4. Des me, pater, ruminare
Sumptum cibum gloriae,
Quem dedisti manducare
Nimis amatorie,
Cuius fructus consues dare
Gaudia memoriae.

5. Noli a me, Iesu, ire,
Mane mecum, Domine,
Fac me cuncta fastidire
Dempto tuo nomine,
Dona mecum te unire
In utroque homine.

6. O, si possem te servare
Semper in visceribus,
Nil te praeter cogitare
In cunctis operibus,
Corde, ore immolare
Grates his muneribus.

A B. — 1, 4 Bono B. — 2, 6 divitissimos A. — Ein Abdruck dieses Liedes findet sich in D. G. Corners Magnum promptuarium catholicae devotionis (ed. 1645. p. 290), jedoch mit einigen willkürlichen Änderungen.

503. (10.) **Sequuntur quaedam metrica carmina, quibus utendum pro devotionis incitamentis ante vel inter legenda rosaria.**

Quorum prima sunt pro captanda benevolentia.

O pia christifera, mea mater, virgo Maria,
Caeli regina, radians deitatis agalma,
Astrum praerutilum, tutum peccantis asylum,
Digneris dominam me te laudare clientem;
Promat amor laudem (taceant phantasmata) grandem,
Totum, virgo, tua rapiat me divior oda.

Quando post intervallum continuatur rosarium, praemittendum est:

Ad te suspirans rursum praecordia tollo,
Subiectis oculis, genibus tellure reflexis,
Ulnis protensis rogo toto robore mentis,
His laudum titulis fiam tuus assecla verus.

Oblatio rosariorum valedictoria.

Suscipe, christotocon, quae libo, munia laudum,
Cordi materno quod me tutes ab Averno;
Ignoscas culpas, quas fecit inertia multas,
En, corpus cum mente tuae committo tutelae.
Iam cor perlustres, Iesum mihi post obitum des.

* *
*

Quamvis stipus homo deprompsit virginis odas,
Nosti, cur dederit, scis, quid abinde petit.
Laudes collatas praestandas millesies do,
Quas tibi centuplicent cuncta creata Deo.

* *
*

Alma valeto parens, mihi crebra charismata mittens,
Virgo, male tibi dico vale, quamquam cupiam te.

Oratio metrica ad beatissimam virginem, ut nobis reconciliet supersummam trinitatem.

Filia, flecte patrem, mater pia, praecipe proli,
Pneumatis aula, soror, superoptima sponsa et amica,
Instes pro nobis, quo diva charismata donet;
Nam tibi nil negitat, qui matrem semper honorat.

A B.

Inhaltsverzeichnis.

I. Index Auctorum.

Seite

Adamus de Basseia, Canonicus Insulensis 298
Ademarus Cabannensis, Monachus Engolismensis 19
Albertus de Tournel, Episcopus Mimatensis 254
Anonymus Camberonensis, Monachus Cisterciensis 105
Anonymus Noanus, Monachus Cisterciensis 274
Anonymus Stirpinensis, Monachus Cisterciensis 452
Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus 95
Eusebius Bruno, Episcopus Andegavensis 78
Guillermus de Deguilevilla, Prior Carolilocensis 321
Guillermus de Mandagoto, Cardinalis Praenestinus 317
Hieronymus de Werdea, Prior Lunaelacensis 463
Johannes a Jenstein, Archiepiscopus Pragensis 421
Johannes Mauburnus, Abbas Livricensis 515
Matthaeus Ronto, Monachus Olivetanus 456
Petrus Abaelardus, Abbas Gildensis 141
Petrus Damiani, Cardinalis Ostiensis 29
Petrus Olavi, Confessor Vadstenensis 410
Petrus Venerabilis, Abbas Cluniacensis 233
Thomas a Kempis, Canonicus Zwollensis 475
Wido Eporediensis 88
Wolstanus Wintoniensis, Praecentor S. Swithuni 9

II. Index Rerum.

(Die beistehenden Zahlen bezeichnen die Nummern der Hymnen.)

De Deo et Tempore.

De sanctissima Trinitate 438.
Ad Deum Oratio 99.
De Christo salvatore 262. 346. 358. 359. 446. 486—488. 498.
Super Agnus Dei 319.
De Adventu Domini 471.
De Nativitate Domini 140—143. 250. 251. 414—418. 472—474. 494.
De Epiphania Domini 144—147.
De Hypapante Domini 148—152.
De Nomine Iesu 447. 448.
De Transfiguratione Domini 459. 460.
De Quadragesima 85. 86.
De Passione Domini 467. 499.
De Parasceve Domini 152—161.
De sancta Cruce 58. 493.
De Sabbato sancto 162—167.
De Paschate Domini 55. 168—171. 252.

De Ascensione Domini 16. 172—175.
De Inventione Crucis 17. 18. 176—178.
De Pentecoste 179—182.
De Spiritu sancto 74. 423.
De Corpore Christi 389. 401. 424. 429. 435. 495—497. 500—502.

De Beata Maria V.

De Annuntiatione B. M. V. 422. 425.
De Purificatione B. M. V. 56. 148—152. 340.
De Visitatione B. M. V. 390—392. 395—397. 399.
De Compassione B. M. V. 489.
De Assumptione B. M. V. 19—21.
De Festo Mariae Nivis 393. 398. 400. 405—407.
De Beata Maria V. 22—27. 54. 59. 60. 72. 75. 87. 100—110. 187—190. 253—255. 260. 261. 275—283. 288—298. 318. 320. 337. 347. 357. 362—388. 413. 420. 430. 431. 436—438. 450. 456. 503.
Super Ave Maria 71. 349—351. 421.
Super Ave Maris stella 445.
Super Salve regina 451.

De Sanctis.

De Omnibus Sanctis 99. 240—243. 461.
De sancto Abraham 314.
De sancto Aigulpho 217.
De sancto Andrea 28. 29. 355.
De sanctis Angelis 76. 191—194. 316. 317. 461.
De sancto Angelo Custode 76. 354.
De sancto Anthymo 30. 31.
De sancto Apollinare 31—34. 53.
De sancto Athelwoldo 1.
De sancto Benedicto 35—37. 228. 257. 258. 356. 452.
De sancto Birino 2.
De sancta Brigida 89.
De sancto Brendano 88.
De sancta Caecilia 464.
De sancto Celso 81.
De sancto Cornelio 90.
De sancto Cypriano 90.
De sancto Daniele 312.
De sancto Davide 311.
De sancto Dionysio 215. 216.
De sancto Donato 38. 39. 57.
De sancto Eparchio 5—15.
De sancto Eustachio 218. 219.
De sancto Fidele 40.
De sancto Floriano 453.
De sancto Gabriele 316.
De sancto Georgio 454.
De sancto Gervasio 81.
De sancto Gilda 229.
Da sancto Gregorio 41. 303.
De sancto Hilariano 38.
De sancto Hugone 256. 263.
De sancto Jacobo 95.
De sancto Jacob Patriarcha 315.
De sancto Isaac 315.
De sancto Johanne Bapt. 224—227. 313. 432. 439. 465.
De sancto Johanne Evang. 42—44. 309. 394. 433. 440. 466.
De sancto Juda 97.
De sancta Katharina 426.
De sancto Kiliano 91.
De sancto Laurentio 305.
De sancta Maria Magdalena 238. 239. 259. 284—287. 310. 434. 441.
De sancto Martino 83. 303.
De sancto Matthaeo 92.
De sancto Maurilio 84.
De sancto Mauritio 80. 93.
De sancto Michaele 317. 353
De sancto Nazario 81.
De sancto Nicolao 302.
De sancto Patricio 94.
De sancto Paulo 45. 201. 202. 308. 444.
De sancto Petro 46. 78. 306. 307
De sanctis Petro et Paulo 199. 200
De sancto Philippo 95.
De sancto Privato 264—274.
De sancto Protasio 81.
De sancto Raphaele 317.
De sancto Rufino 47. 48.
De sancto Sigismundo 96. 427.
De sancto Simeone 97.

De sancto Stephano 79. 304.
De sancto Swithuno 3. 4.
De sancto Symphoriano 82.
De sancto Tegulo 98.
De sancto Ursicino 49.
De sancta Ursula 455.
De sancto Vincentio 73. 305.
De sancto Vitale 50.
De sancto Wenceslao 408—411.
De sanctis Apostolis 61. 195—198. 306—309. 341.
De Confessore Pontifice 51. 52.
De sanctis Confessoribus 220—223. 302. 303. 344.
De sanctis Evangelistis 203—206.
De Martyre 342.
De sanctis Martyribus 207—210. 304. 305. 343.
De sanctis Patriarchis 77. 314. 315.
De sanctis Patronis 468.
De sanctis Prophetis 311. 312.
De sanctis Viduis 234—237. 412. 413.
De sanctis Virginibus 230—233. 300. 301. 345. 490.

De Feriis.

De diebus festivis 470.
De Dominica 111—113. 120—127. 469.
De Feria secunda 114. 128. 129.
De Feria tertia 115. 130. 131.
De Feria quarta 116. 132. 133.
De Feria quinta 117. 134. 135.
De Feria sexta 118. 136. 137.
De Sabbato 119. 138. 139.

Moralia.

De die Mortis 63.
De die Judicii 64.
De poenis Inferni 65.
De gloria Paradisi 66. 476—478. 484. 485. 492.
De Vanitate Mundi 299.
De Miseria Vitae 483.
De Tribulatione ferenda 491.
De Beneficiis Dei 479—482.
De Absentia Sponsi 475.
Ante Contionem 457.
Post Prandium 124.
De Amore 329. 412.
De Artibus septem 326.
De Caritate 332.
De Concordia 333.
De Honestate 322.
De Humilitate 330.
De Justitia 328.
De Largitate 323.
De Nobilitate 338.
De Patientia 334.
De Pietate 336.
De Prudentia 325.
De Ratione 327.
De Sinceritate 412.
De Sobrietate 335.
De Temperantia 324.
De Virtutibus 339.
De Omnibus Ordinibus 67.
De Abbatum miseria 68.
De Schismate 419.
De Ecclesia Romana et antipapa 70.
De Simoniacis 69.
Contra Tempestates 60.

Historica.

Planctus Dinae, filiae Jacob 244.
Planctus virginum Israel de filia Jephthae 246.
Planctus Jacob super filios suos 245.
Planctus Israel super Samson 247.
Planctus David super Abner 248.
Planctus David super Saul et Jonathan 249.

III. Index Initiorum.

	Seite		Seite
Abner fidelissime	230	Abyssus vere multa	228
Ab utroque sexu plagam . .	218	Ad aliquem me vergere . . .	344
Trop. ms. Sangallense(?) saec. 10. Cod. Vindobonen. 1609. A. — Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 484. B. — Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 378. C. — Trop. ms. Sangallense saec. 11. in. Cod. Sangallen. 381. D. — 4 Deo glorificans BCD. — Der Introitustext bleibt des weiteren untropiert; derselbe beginnt in ABC: „*Vere nunc scio*“, während er jetzt (wie in D) lautet: „*Nunc scio vere*“.

55. In sancti Petri.

1. Petri, clavigeri cari, pangamus triumphum,

2 a. Cuius festum nobis
est felix,

2 b. Quo [ad] astra poli
conscendit

2 c. Sat virilis, liber
ab hoste.

3 a. At nunc plectro, corde
simul proclivo
regi Christo
puro solvamus suorum
odas triumpho beato;

3 b. Fidibus musicis,
symphoniae sonis
maxime nos
apte puros angelorum(que)
concives sede beata.

4. Contio praecelsa nobiscum voce ipsius
Duorum laudes [re]sonat [nunc] ita boando:
Nunc scio vere, quia misit Dominus angelum suum etc.

Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1841. — 2c, 1 viriliter. — 3a, 1 plecto. — 3a, 4 solvamus duorum. — 3b, 2 symphoniet sonus. — 4, 1 Conscio; nobis cum. — 4, 2 laude.

56. In sancti Petri.

Doctor apostolicus Petrus custosque beandus
In se conversus Dominum laudans quoque dixit:
Nunc scio vere, quia misit Dominus angelum suum etc.

Trop. ms. Emmeramense saec. 11/12. Clm. Monacen. 14083. — Dort verzeichnet als „ad Repetendum“.

57. In sancti Petri.

Eductus quidem sanctus de carcere Petrus,
Postquam discessit angelus, . . dixit:
Nunc scio vere, quia misit Dominus angelum suum etc.

Trop. ms. Inticense(?) saec. 12. ex. Cod. Oxonien. Misc. lit. 341.

58. In ss. Philippi et Iacobi.

Aspera portantes propter te corpora sancti
Exclamaverunt ad te, Domine, in tempore afflictionis etc.

Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121.

59. In sancti Stephani.

Primus init Stephanus mercedem sanguinis, imbre
Adflictus lapidum; Christum tamen ille cruentus
Inter saxa rogat, ne sit lapidatio fraudi
Hostibus. — O, primae pietas miranda coronae! —
Sed vice nos Stephani Dominum pulsando canamus:
Agite, *Etenim sederunt principes* etc.

Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 484. A. — Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 378. B. — Trop. ms. Sangallense saec. 11. in. Cod. Sangallen. 381. C. — Trop. ms. Sangallense saec. 11. Cod. Sangallen. 376. D. — Trop. ms. Sangallense saec. 11. Cod. Sangallen. 380. E. — Trop. ms. Sangallense saec. (11. et) 13. Cod. Sangallen. 382. F. — Trop. ms. Moguntinum(?) anni 955—62. Cod. Londinen. Add. 19768. G. — Trop. ms. Mindense anni 1024. Cod. Berolinen. theol. IV° 11. H. — Trop. ms. Heidenhemense saec. 11. Cod. Oxonien. Seld. supra 27. I.

1 imbrem G. — 3 rogat nescit AB; fraudis G. — 4 pietas inseranda A, miseranda G—I. — 5 In vice BDEFH; in AC die Rubrik (nach „Sed vice nos" etc.) „vel: En vice nos". Wahrscheinlich wurde statt der ganzen Introductio mit dem Schlufs „Sed vice" nach Belieben nur der eine Hexameter „En vice nos" etc. gebraucht: darin bestärkt uns der Umstand, dafs im Trop. ms. Sangallense(?) saec. 10. Cod. Vindobonen. 1609 nur dieser eine Hexameter mit dem verderbten(?) Anfange „In vice" sich findet. Vgl. übrigens die folgende Introductio. — 5 vice nunc E; eius (st. Stephani) C. — Der Introitus ist des weiteren tropiert: „Super cathedram malignis suffultam testimoniis, *Et adversum me* etc" (alles in Prosa).

60. In sancti Stephani.

Christum cernentis, patitur dum verba minantis,
In vice nos Stephani Dominum pulsando canamus,
Agite: *Etenim sederunt principes etc.*

Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 484. A. — Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 378. B. — Trop. ms. Sangallense saec. 11. in. Cod. Sangallen. 381. C. — Trop. ms. Heidenhemense saec. 11. Cod. Oxonien. Seld. supra 27. D. — 1 cernentes D. — Wegen Vers 2 vgl. den vorhergehenden Tropus (Vers 5 nebst Bemerkung).

61. In sancti Stephani.

1. Cui astat candida contio
Omnisque exspectat caterva
dare voces in excelso,

2. Optamus regi regum dicere
Odas, qui sic in suo milite
Triumphat hodie.

3. Laudabile est Christo psallere;
Nunc iubilando, paraphonistae,
Dicite: Alleluia.

4. Nunc, levitae, exsultantes
iubilemus Stephano,
Quem elegit summus apex
in septeno numero.
Eia, dicite: *Etenim sederunt principes etc.*

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. C. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. D. — 3, 2 sq. paraphonista dic domne D. — 4 fehlt D; es folgt unmittelbar: *Etenim sederunt etc.* — Titel in AB: „Versus ante Officium in festivitate s. Stephani"; in D: „Ad Processionem". — In AB sind die Strophen verteilt auf Cantores, Levitae, Cantores, Levitae.

62. In sancti Stephani.

Miles ovans hodie, per vulnera sacra vocatus,
Ingreditur clamans caelos, quos vidit apertos;
Etenim sederunt principes et adversum me loquebantur etc.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. C. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. D. — In C ist der Introitus des weiteren tropiert durch „Ore improbo" etc. (alles Prosa); in ABD durch „Saxea sumentes" etc., d. i. Fortsetzung des Tropus „*Clamat hians caelis*" (vgl. den Introitustropus dieses Anfanges auf Stephanus).

63. In sancti Vincentii.

Quem cives polorum prostratis vultibus orant,
Hic te, martyr Vincenti, sua dextra coronat,
Nosque in laude tua reboemus, voce tonantes:
Laetabitur iustus in Domino etc.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. C. — 2 martyr Saturnine A. — 3 roboemus voce tonamus B. — 1 und 2 natürlich nur rhythmische und zudem schlecht gebaute Hexameter.

64. In sancti Vitalis.

Martyris in laudes huius
Cantorum iubilet chorus
Id, martyr quod pangit astris
Tribunal ante potentis;
Psallamus terris dulciter,
Quod fatur ille supremus:
Protexisti me Deus etc.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. — 1 in fehlt. — 3 Martyr idem. — Der Rest ist Prosa

B. Tropi ad Introitum.

I. De Tempore.

65. In Adventu Domini.

1. Almifico quondam perflatus flamine David
   Clarisonis Christo prompsit his vocibus odas:
   Ad te levavi animam meam, Deus meus,
   in te confido, non erubescam,
2. Sed virtute tua rutilans in honore triumphi;
   neque irrideant me inimici mei,
3. Qui temnunt sibimet sua subdere colla superbis;
   etenim universi, qui te exspectant, non confundentur.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Colleg. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. C. — 1, 1 fehlt C (weil Anfang des Tropars defekt). — 1, 2 Clarisonas BC. — 2 virtute tui C, virtute pia B. — 3 superbi C.

66. In Adventu Domini.

1. Ecce, regum rex et lator,
   Legis, virginum amator,
   Veniet cum gaudio;
   Ad te levavi animam meam
   — non confundentur.

2. Rex, dignare visitare
   Corda, mentes et mundare
   Tuo cum auxilio;
   Ps.: *Vias tuas Domine demonstra*
   mihi et semitas tuas edoce me.

3. Qui per flamen obumbravit
   Matrem et illuminavit,
   Sit laus patri cum filio:
   Gloria patri et filio et spiritui
   sancto — saeculorum. Amen.

4. Virginalis aulae fructus,
   Qui de patris ad nos ductus
   Es regali solio,
   Ad te levavi animam meam
   — non confundentur.

Cantion. ms. Engelbergense anni 1372. Cod. Engelbergen. 314. — Introitustropen im Strophenbau, wie dieser und der folgende auf Weihnachten, gehören zu den gröfsten Seltenheiten.

67. In Nativitate Domini.

In Gallicantu.

1. Flos de spina procreatur
Et per florem decoratur;
Sic Maria fecundatur,
Fecundata sublimatur,
Quando parit filium.
Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.

2. Porta clausa pertransitur
Neque patens invenitur;
Manna vermis enutritur,
Virga flore redimitur,
Rosa parit lilium.
Ps.: *Quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania?*

3. Rore vellus irrigatur,
Rubus ardens non crematur,
Quando verbum incarnatur
Et intactum conservatur
Puellare gremium.
Gloria patri et filio et spiritui sancto — saeculorum. Amen.

4. Chorus noster iucundetur
Iucundando sublimetur,
Laus honorque iubiletur,
Iubilando concrepetur
Benedicens Dominum:
Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Direct. ms. chori Secoviense anni 1345. Cod. Graecen. 756. A. — Cantion. ms. Tegurinum saec. 15. Cgm. Monacen. 716. B. — Mit Melodie, u. z. die gleiche für alle 4 Strophen. — 1, 2 Quae p. f. comparatur B. — 2, 2 Quae nec patens B. — 2, 3 und 4 umgestellt B. — 2, 4 florem B. — 3, 1 Rore tellus B. — 3, 4 intactu A. — 3, 5 Puellari gremio A. — Str. 4 lautet im A: Chorus noster iucundetur | Et in Christo collocetur | Concinando, concrepando, | Matrem Dei venerando | Laeto canat animo. — In A sind die Anfangsworte des Introitustextes nach jeder Strophe angemerkt, in B ist das unterblieben.

68. In Nativitate Domini.

1. Ad aeternae salutis gaudia
et nos salvandi gratia
Puer natus est nobis,
et filius datus est nobis,
2. Rex, lumen de lumine
regnat in iustitia,
cuius imperium super umerum eius,
3. Qui caelestia
simul et terrestria
fundavit patris sapientia,
et vocabitur nomen eius
4. Pater futuri saeculi
et altissimi filius,
magni consilii angelus.

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. B. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. D. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. E. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. F. — Trop. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449. G. — Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. H. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. I. — Kann als eine Art von Reimprosa gelten. — In H und I nur Strophe 1.

69. In Nativitate Domini.

1. Quod prisco vates cecinerunt tempore sancti,
   Cernitis impletum, psallentes dicite cuncti:
   Puer natus est nobis,
2. Davidicae stirpis genuit quem virgo Maria,
   et filius datus est nobis
3. Perdita restaurans et restaurata gubernans,
   cuius imperium super umerum eius,
   et vocabitur nomen eius magni consilii angelus.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. B. — Trop. ms. Vedastinum saec. 11. Cod. Cameracen. 76 (75). C. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. D. — Trop. ms. Prumiense saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Parisin. 9448. E. — Trop. ms. Emmeramense saec. $^{11}/_{12}$. Clm. Monacen. 14322. F. — Trop. ms. S. Arnulfi Metensis saec. 12. in. Cod. Meten. 452. G. — Trop. ms. Epternacense saec. 12. Cod. Parisin. 10510. H. — Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. I. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien 473. V. — Trop. ms. S. Benedicti Mantuani saec. 11. Cod. Capit. Veronen. CVII (100). L. — Trop. ms. Bononiense(?) saec. 11. Cod. Roman. Angelic. 123 (B III 18). M.

1, 1 cecinere D. — 1, 3 Eia, Puer EH. — In M folgt als „ad Repetendum“: „Quem nasci mundo (vgl. Nr. 72). — In FGH diente der Tropus für die Octava Nativitatis Domini.

70. In Nativitate Domini.

1. Quem sine matre pater genuit, hodie sine patre
   Puer natus est nobis,
2. Est brevis immensus factus, caro sermo paternus,
   et filius datus est nobis;
3. Hic rex regnantum dominans erit et dominantum,
   cuius imperium super umerum eius;
4. Gens colet hunc omnis, hunc lingua fatebitur omnis,
   et vocabitur nomen eius magni consilii angelus.

Tropar ms. Casinense saec. 12. in. Cod. Casinen. 546.

71. In Nativitate Domini.

1. Quem patriarcharum voces propheticus atque
   Praecinuit coetus, nostri reparatio casus,
   Puer natus est nobis et filius datus est nobis,
2. In genitore manens, natus sine tempore, Christus;
   En, homo processit factus de virginis alvo,
   cuius imperium super umerum eius.
3. Aeterno regi laus et iubilatio semper,
   En, modo vatidicis modulemur in ardua dictis,
   et vocabitur nomen eius magni consilii angelus.

Pamelius, Liturgicon impr. Coloniae 1609, II p. 611 („ex Ms. Anglico Biblioth. S. Bavonis Gandensis“). — 1, 1 sq. prophetiae atque | Praecinunt (Lesefehler?). — 3, 1 u. 2 wahrscheinlich Einleitung zur Doxologie.

72. In Octava Nativitatis Dⁱ.

1. Quem nasci mundo docuere ex ordine vates,
   Puer natus est nobis et filius datus est nobis,
2. Visceribus sacris quem gessit mater opima,
   cuius imperium super umerum eius,
3. Et diadema cluens capitis in vertice candet,
   et vocabitur nomen eius
4. Emanuel, fortis, Deus, rex omnipotens atque
   magni consilii angelus.

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. D. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. E. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. F. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. G. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. H. — Trop. ms. S. Benedicti Mantuani saec. 11. Cod. Capit Veronen. CVII (100). I. — Trop. ms. Bononiense(?) saec. 11. Cod. Angelic. 123 (B III 18). K. — Trop. ms. Placentinum saec. $^{11}/_{12}$. Cod. Capit. Placentin. 65. L. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. M. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. ex. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. N.

1 mundo cecinere exordis(!) K. — 2 quem iessit EF. — 3 cludens B: vertice scandet D, scandens E, candens L, candor I. — 4 fehlt H—N: statt 4 in A: pater futuri saeculi. — Kollation von L durch Bannister.

73. In Epiphania Domini.

1. Descendens ab aetherei (stellato) sui solio regni,
   Ecce, advenit dominator Dominus,
2. Omnes ut populos societ sibi foedere firmo;
   et regnum in manu eius,
3. Quod dabit ipse suis, illique erit hic et in aevum
   et potestas et imperium.

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. B. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. D. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. E. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. F. — Trop. ms. S. Aredii Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 903. G. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. H. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. I. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. K. — Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. L. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien 473. M.

Vor 2, nach „Ecce advenit", folgt in AFKLM: Ut sedeat in domo David patris sui (statt „patris sui": in aeternum LM); dieser Vers in Prosa steht in B als „ad Repetendum" am Schlusse des Tropus. — 2 populus BC; sociat H; illicque ABCGHI, illis que LM; in aeternum F. — In LM folgt als „ad Psalmum": „Adveniente Christo stella magna visa est, et a magis adoratus est hodieque in Iordane baptizatus est. Cantate et psallite, laudate Dominum dicentes: Deus, iudicium tuum regi da etc.

74. In Epiphania Domini.

1. Stella nova emicuit, salvator in orbe refulsit,
   Ut credant gentes; iubilantes dicite, fratres:
   Ecce, advenit dominator Dominus,
2. Cuius baptismus nostrum baptisma dicavit;
   et regnum in manu eius,
3. Qui in vinum convertit aquas, ipsi decus omne est
   et potestas et imperium.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449. C. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. D. — Trop. ms. Moguntinum(?) saec. 10. Cod. Londinen. add. 19768. E. — 1, 1 Mella(!) nova C. — 1, 2 Ut redeant A. — 2 baptismum DE; ditavit A. — 3 decus non est C.

75. In Epiphania Domini.

1. Propheticus sermo venientem intonat ita:
   Ecce, advenit dominator Dominus,
2. Quem devote magis sidus aperuit novum;
   et regnum in manu eius,
3. Cuius ventilabrum dextra purgabit cor nostrum,
   et potestas et imperium.
4. Stellifer aether [laudat] temet, iubilando canamus:
   Gloria patri et filio et spiritui sancto.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. — 1 sermo Christum venientem. — 2 magos siduus apparuit. — 3 dextram gestans purgabit tunc nostrum. — Der Text ist sichtlich verderbt, und es bleibt zweifelhaft, ob die Verse wirklich rhythmische Hexameter sein sollen.

76. In Epiphania Domini.

1. Obvia pergat ovans laudum cum munere turba,
   Eia, *Ecce, advenit dominator Dominus,*
   et regnum in manu eius et potestas et imperium,
2. Per quae cuncta pio semper moderamine servat.
   Deus, iudicium tuum regi da.

Trop. ms. Vedastinum saec. 11. Cod. Cameracen. 76 (75). — 2 servat. In der Hs. ist zwischen 1 und 2 irrtümlich der Offertorium-Tropus „Regnorum Domino“ eingeschoben.

77. In Epiphania Domini.

1. Haec est praeclara dies
   tribus sacrata miraculis,
   in qua cum propheta
   canamus dicentes:
   Ecce, advenit,

2 a. Quem magi hodie
muneribus honorant
et ut regem supernum
adorant, qui est
dominator Dominus;

2 b. Naturas limpheas
hodie mutavit in
saporiferos haustus
per potestatem;
et regnum in manu eius

et potestas et imperium
Ps.: *Deus, iudicium tuum regi da etc.*

3 a. In Iordane a Iohanne
baptizatus
paterna voce
filius patris
est hodie adclamatus;
Ecce, advenit dominator —
potestas et imperium.

3 b. Hodie descendit Christus
in Iordane[m],
ibi expurgat
nostra facinora;
Deo gratias dicite:
Eia, *Gloria patri et filio —*
saecula saeculorum. Amen.

Trop. ms. Novaliciense saec. 11. Cod. Oxonien. Douce 222. A. — Trop. ms. Inticense(?) saec. 12. ex. Cod. Oxonien. Misc. lit. 341. B. — 1, 2 tribus ornata B. — 2a fehlt B. — 2b, 4 potestates B. — 2b und 3a umgestellt B. — 3a, 2 baptizato A. — 3a, 4 sq. hodie filius p. est adclamatus B. — 3b fehlt B. — Im Texte ist jedenfalls Parallelismus.

78. In Epiphania Domini.

1. *Ecce, advenit dominator*
Mansuetus, humilis,
Pius atque benignus
2. *Dominus,*
Cui stella duce magi
Detulerunt tria dona
Turis et auri et murrae.
3. *Et regnum in manu eius,*
Regnum iugiter perdurans
Atque permanens per saecla,
4. *Et potestas,*
Quae caelum, terras, mare
Creavit hominumque
Genus redemit,
Et imperium.

Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 484. A. — Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen 378. B. — 3 cuncta saecla AB.

79. In Epiphania Domini.

1. Quem chorus angelicus patriarcharumque senatus
Voxque prophetarum cecinerunt esse futurum,
Ecce, advenit dominator Dominus,
2. Agnus ab arce poli peccatum tollere mundi,
Et regnum in manu eius et potestas et imperium.

Trop. ms. Augiense saec. 10. Cod. Bambergen. Ed. V 9. — Dort als „Ad Repetendum nach dem prosaischen Tropus „Ecclesiae sponsus".

80. In Epiphania Domini.

In Octava.

Ecce, advenit

1. Iesus, dona magi referunt cui mystica terni
   In Hierosolyma quaerentes mente benigna,
   Rex ubi sit natus, lateat qua sede locatus,
   Dominator Dominus,
2. Cuius nos stellam conspeximus, ecce, serenam
   Et regem regum cognovimus, en, modo natum;
   et regnum in manu eius,
3. Cui debetur honor, soli cui gloria maior
   Perpete cum doxa, laus et iubilatio summa,
   et potestas et imperium.

Trop. ms. Augiense saec. 10. Cod. Bambergen. Ed V 9. — 1, 1 Iesu. — Voraus geht dem Ecce advenit: „Ecclesiae", wohl Andeutung, dafs die wandernde prosaische Introductio Sponsus ecclesiae vorauszuschicken sei.

81. In sanctae Crucis.

1. Perspicuae crucis, en, magnum dicamus honorem:
   Nos autem gloriari oportet in cruce D^i nostri Iesu Christi,
2. Qua mundum Dominus pendens a morte redemit,
   in quo est salus, vita et resurrectio nostra,
3. Sanguine qui fuso pro nobis victima caesa est,
   per quem salvati et liberati sumus.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084; bis: A^1; A^2. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. C. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119; bis: D^1; D^2. — Trop. ms. Aeduense saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Parisin. Arsen. 1169. E. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. F. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. G. — Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. H. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. I. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. K. — 1 magnum canamus D^1; honore D^2. — 2 Domini E. — 3 qui suo pro F; Sanguine prouifuso(!) A^1. — 2 und 3 fehlen D^1; statt dessen: „Caelestem, Christe, largire benedictionem pro nobis fundens in cruce sanguinem" etc. (Entlehnung aus dem in Prosa abgefafsten Tropus: Glorientur cuncti fideles. — In H und I verwendet für das Fest Inventio s. Crucis.

82. In sanctae Crucis.

1. Nunc cruce regnante[m] laudemus voce boantes:
   Nos autem gloriari oportet in cruce D. N. Iesu Christi,
2. Stipite vulnifica pendentem cernite cuncti,
   in quo est salus, vita et resurrectio nostra,
3. Arbore pacifica regnantem credite cuncti,
   per quem salvati et liberati sumus.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. B. — 1 Nos cruce B. — 2 vulnifico pentente A.

83. In Inventione s. Crucis.

1. Ierusalem solio primo peccante repulsi,
   In mundo positi et sacro baptismate loti
   Nos autem gloriari oportet
2. In ligno, per quod vitae reparatur origo,
   in cruce Domini nostri Iesu Christi,
3. Cuius principium nec finis cernitur unquam,
   in quo est salus, vita et resurrectio nostra,
4. Praesens, praeteritum cernit pariterque futurum,
   per quem salvati et liberati sumus.

Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV.

84. In Inventione s. Crucis.

1. Vitae diro triumphato * morte mundi principe
   Nos gloriari oportet;
2. Castis ergo ac devotis * exsultemus mentibus
   in cruce Domini nostri Iesu Christi;
3. Coaeternus cuncta gessit * pater cum ignifero,
   in quo est salus, vita et resurrectio nostra,
4. Binis in qua circumdatis * stolis dabit praemia,
   per quem salvati et liberati sumus.
5. Totis sanctam nunc vocemus * trinitatem fidibus:
   Gloria patri et filio et spiritui sancto etc.

Trop. ms. Bononiense(?) saec. 11. Cod. Roman. Angelic. 123 (B III 18). — 1 mortem mundi principem.

85. In Inventione s. Crucis.

Nos autem gloriari oportet in cruce D^i. N. Iesu Christi,

1. Pendens hostem qua superbum * sauciavit Dominus,
   in quo est salus, vita
2. Perpes, iuge atque pellens * densas lumen tenebras
   et resurrectio nostra, per quem salvati et liberati sumus.

Trop. ms. Bononiense(?) saec. 11. Cod. Roman. Angelic 123 (B III 18). — 2 „Perpes“ ist offenbar Attribut zum vorhergehenden „vita“ und „iuge“ zum folgenden „lumen“.

86. In Dominica Palmarum.

1. Israel egregius psaltes clarusque propheta
   Sic quondam Christo David cantaverat almo:
   Domine, ne longe facias auxilium tuum a me,
2. Sed celerem mihi confer opem, rex inclite caeli;
   ad defensionem meam aspice, libera me de ore leonis,
3. Qui cupit insontem morsu lacerare ferino,
   et a cornibus unicornium humilitatem meam.

Trop. ms. Moguntinum(?) anni 955—62. Cod. Londinen. Add. 19768. A. — Trop. ms. Prumiense saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Parisin. 9448. B. — Trop. ms.

Epternacense saec. 12. Cod. Parisin. 10510. C. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. (et. 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. D. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. E. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. F. — Pamelius, Liturgicon imp. Coloniae 1609. II. in fine (abgedruckt bei Georgius, Liturg. Roman. Pontif. II, p. CXCIX). G.

1, 1 eggregius E; saltes B. — 1, 2 almus CE .— In D und F nur 1, 1; dann eine Lücke. — 2 scelerem C. — 3 fehlt E; infontem C. — „Trop[us] in die Palmarum" A; „Versus in Palmis" C; „de Passione Domini" E.

87. In Dominica Palmarum.

1. Suspensus ligno patri sic filius infit:
   Domine, ne longe facias auxilium tuum a me,
2. Sed celeri succurre mihi pietate paterna;
   ad defensionem meam aspice, libera me de ore leonis,
3. Qui cupit insontem morsu lacerare ferino,
   et a cornibus unicornium humilitatem meam.

Trop. ms. Nonantulense saec. 11. Cod. Casanaten. 1741 (C IV 2). A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. B. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. C. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. D. — B hat als ersten Hexameter „Israel egregius" etc., also den Anfang des vorhergehenden Tropus. An letzteren schliefst sich auch Vers 2 an und Vers 3 ist wörtlich entlehnt.

88. In Dominica Palmarum.

1. Intonantes, ecce,
   per aera voces
   psallite mihi
   laudes canentes:
   O pater meus, o
   gloria mea,
   Domine, ne longe facias
   auxilium tuum a me.

2. Stridunt furore
   dentibus principes,
   viri mendaces,
   in me saevientes;
   sed tu, Deus meus
   [et] salus mea,
   ad defensionem meam
   aspice etc.

Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. A. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. B. — 1, 2 per aethra B. — Wenigstens der Text zeigt einen gewissen Parallelismus.

89. In Dominica Palmarum.

1. Passurum pro membra caput vox tonuit olim,
   Ad patrem dictis Christum Davidicis fantem:
   Domine, ne longe facias auxilium tuum a me,
2. Dum patior acerbam plebem, paterno prospectu
   ad defensionem meam aspice,
3. Furor persecutorum furit, pie pater, iam praesens
   libera me de ore leonis
4. Et trudentum me ferali fauce draconum
   et a cornibus unicornium humilitatem meam.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. — 1, 1 tonuerat. — 3 Adde furor; pia pater. — 4 Ecce trudentum mea.

90. In Resurrectione Domini.

1. Aurea lux remeat; Iesus iam morte perempta
   Sic crucifer patri Davidis adfatur in odis:
   Resurrexi et adhuc tecum sum;
2. Quo compos hominis caelos iam victor adirem,
   posuisti super me manum tuam;
3. Omne, quod est, fuerat, superest, tu vides ubique,
   mirabilis facta est scientia tua;
4. Te mundus, caelum pariter laudando proclamant:
   Alleluia, Alleluia.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. D. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. E. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. F. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. G. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Paris. Nouv. acq. 1871. H. — 1, 2 patris A; adfatur en ego B—G. — 2 Quod compes F. — 3 tunc vides F.

91. In Resurrectione Domini.

1. Ecce, pater, cunctis, ut iusserat ordo, peractis
   Resurrexi et adhuc tecum sum, Alleluia;
2. Victor ut ad caelos calcata morte redirem,
   posuisti super me manum tuam, Alleluia;
3. Quo genus humanum pulsis erroribus altum
   Scanderet ad caelum,
   mirabilis facta est scientia tua, Alleluia.

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. D. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. E. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. F. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. G. — Trop. ms. Aeduense saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Parisin. Arsen. 1169. H. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. I. — Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. K. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. L. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. M.

2 calvata morte B. — 3, 1 Quod genus FM. — 3, 2 Scandat FKLM; ad fehlt D; ad aethra F. — 3 sq. lautet in H (cfr. Nr. 93, V. 3):

> Clara dedi sanctae legis documenta patere,
> Agmina sanctorum traxi super aethera mecum; *Mirabilis etc.*

außerdem hat F die wandernde (prosaische) Introductio: „Psallite regi magno devicto mortis imperio; eia, Ecce pater etc.

92. In Resurrectione Domini.

1. Factus homo tua iussa, pater, moriendo peregi,
   Resurrexi et adhuc tecum sum, Alleluia;
2. Abstuleras miserate Manes, mihi reddita lux est,
   posuisti super me manum tuam Alleluia;
3. Plebs caecata meum nomen non novit amandum
   mirabilis facta est scientia tua, Alleluia.

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. ex. Cod. Parisin. 1118 C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. D. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. E. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. F. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. G. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. H. — Trop. ms. Aeduense saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Parisin. Arsen. 1169. I. — Trop. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449. K. — Trop. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1235. L. — Trop. ms. Vedastinum saec. 11. Cod. Cameracen. 76 (75). M. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. N. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. O.

1 peregit G. — 2 Abstulerans C; miserante L; manens I, manum K—O („Manes“ wohl meton. = Lebensgeister, Leben). — 2 und 3 umgestellt M. — 3 Plex(!) K; meum genitum non novit G, meum non novit lumen amandum K—O. — 3 lautet in I (cfr. Nr. 93, V. 2):

Ne mihi nunc caecata cohors obsistere posset
Numinisque atque mei(s) lumen fuscare serenum, *Mirabilis etc.*

93. In Resurrectione Domini.

1. Factus homo de matre, pater, tua iussa secutus
   Inque crucis ligno mortis auctore perempto
   Resurrexi et adhuc tecum sum;
2. Ne mihi tunc caecata cohors obsistere posset
   Nominis atque mei lumen fuscare serenum,
   posuisti super me manum tuam.
3. Clara dedi sanctae legis documenta patere,
   Agmina sanctorum traxi super aethera mecum;
   mirabilis facta est scientia tua.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. C. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin 1120. D. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicen. s. 11. Cod. Parisin. 1119. E. — 1, 2 In qua ADE; per[empto] C. — 3, 1 dedit. A—E. — 3, 2 trahosuper C.

94. In Resurrectione Domini.

1. Iam tua iussa, pater, mortem superando peregi,
   Resurrexi et adhuc tecum sum;
2. Vincere quo mundum, mortem, zabulonque valerem,
   posuisti super me manum tuam;

3. Mystica perdocui gemina sacramenta sophiae,
mirabilis facta est scientia tua;
4. Omne, quod nunc spirat, pater, te laudat canendo:
Alleluia, Alleluia.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense. saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. D. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. E. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. F. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. G. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. H. — 1 peregit F. — 2 Victor quo A; zabuloque (zabulumque H) valere A—H. — 3 perdocuit F. — 4 laudat amando E.

95. In Resurrectione Domini.

1. Resurrexit Dominus
Victor luci redditus;
Non pepercit mortem, iam
Patri refert gratiam:
Resurrexi.

2. Natus homo Iudaicam
Exivit prosapiam;
Morte feritur dilectus,
Patrem collaudat surrectus:
Et adhuc tecum sum.

3. Tremens terra, christicola
Hoc sunt surgente ovantia;
Quod natum erat ex matre,
Vivum surrexit a patre;
Posuisti super me manum tuam.

4. Corpus relinquit sepulcrum
Miratur praeses hoc factum;
Custodes eius exterriti;
Surrexit causa mirabili:
Mirabilis facta est scientia tua.

5. Cleri resultat chorus,
Omnis vulgus, populus
Clamant atque collaudant
Aeterni regis gloriam:
Alleluia, Alleluia.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. — 1, 2 lucis aditus. 1, 3 iam fehlt. — 1, 4 Patris. — 2, 2 Scivit. — 2, 3 Mortem fertur. — 3, 2 Pro sua surgens. — 3, 4 Pius. — 4, 1 Corpus labet. — 4, 2 facto. — 5, 1 und 5, 3 umgestellt. — 5, 1 Clerus. — 5, 3 Clamant et. — Der Text der Hs. oft ganz unverständlich; die Änderungen sind selbstredend sehr fraglicher Natur.

96. In Resurrectione Domini.

1. Virgine progenitus crevi, tentamina vici
Adfixusque cruci mortem moriendo subegi,
Resurrexi et adhuc tecum sum,
2. Quem non deserui, carnis dum tegmina sumpsi;
posuisti super me manum tuam,
3. Ut per me tua sic virtus claresceret alma;
mirabilis facta est scientia tua.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod.

Londinen. Calig. A XIV. C. — Trop. ms. Vedastinum saec. 11. Cod. Cameracen. 76 (75). D. — Trop. ms. Bononiense(?) saec. 11. Cod. Angelic. 123 (B III 18). E. — 2 tegmine E. — 3 tua sit E; clarescere alme E. — (Cfr. Georgius, De liturg. Roman. Pontif. II, p. CXCIX).

97. In Resurrectione Domini.

1. Filius ad patrem carnis pro parte locutus
   Corpore cum vero sic ait: En, venio,
   Resurrexi et adhuc tecum sum,
2. Cum quo semper eram deitatis munere consors.
   Dextera summa patris quem tenet, ecce, canit:
   Posuisti super me manum tuam,
   mirabilis facta est scientia tua.
3. Et nos in terris colimus, miramur, amamus,
   Quod sic ex nostro corpore fulget homo,
   Alleluia, Alleluia.

Trop. ms. Moguntinum(?) saec. 10. Cod. Londinen. Add. 19768. A. — Trop. ms. Sangallense saec. 11. in. Cod. Sangallen. 381. add. saec. 13. B. — Trop. ms. Sangallense saec. (11. et) 13. Cod. Sangallen. 382. C. — Trop. ms. S. Arnulfi Metensis saec. 12. in. Cod. Meten. 452. D. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. (et 12.) Cod. Londinen Calig. A XIV. E. — In A geht unmittelbar voraus, mit Vorstehendem zu einem Stück verbunden: „Morte tuo iussu“ etc. (v. folgende Nummer). — 2, 1 erat D. — 2, 2 patris que tenet atque colit A.

98. In Resurrectione Domini.

1. Morte tuo iussu tolerata iam, pater alme,
   Resurrexi et adhuc tecum sum
2. Fractis inferni portis hodie leo fortis;
   posuisti super me manum tuam etc.

Trop. ms. Moguntinum(?) saec. 10. Cod. Londinen. Add. 19768. A. — Trop. ms. Bononiense(?) saec. 11. Cod. Angelic. 123 (B III 18). B. — 1 iussum B. — 2 fehlt A; es ist dort 1 unmittelbar verbunden mit dem unter der vorigen Nummer mitgeteilten Tropus.

99. In Resurrectione Domini.

1. Qui crucifixus eram manuum clavosque dolebam,
   Cuspide transfixus terra triduoque sepultus,
   Resurrexi et adhuc tecum sum,
2. Trusi tartareas spoliato Dite tenebras
   Victor et inde tuam traxi, pater optime, praedam;
   posuisti super me manum tuam,
3. Quaeque sub occulto tecum versantur ab aevo,
   Nunc manifesta probant, nati quod passio signat;
   mirabilis facta est scientia tua.
4. Eia, triumphantem celebrent praeconia regem;
   Nos in laude tua pangamus voce sonora:
   Alleluia, Alleluia.

Trop. ms. Heidenhemense saec. 11. Cod. Oxonien. Seld. supra 27. A. — Trop. ms. Emmeramense saec. $^{11}/_{12}$. Clm. Monacen. 14083. B. — Trop. ms. Cremifanense saec. 12. in. Cod. Cremifanen. 309. C. — 1, 2 terrae BC. — 3, 2 Nunc fehlt C; nati quid AB; signet A. — 4, 1 celebrent sollemnia r. A.

100. In Resurrectione Domini.

1 a. Hodie
Totus mundus
Laetabundus
Exsultat;

1 b. Hodie
Leo fortis
Resurrexit;
Dicamus cum psalmista:

Resurrexi et adhuc tecum sum,

2. Consimili tecum modo maiestate resurgens;
Posuisti super me manum tuam,

3. Quae vivum memet tumuli relevavit ab antro;
Mirabilis facta est scientia tua.

Trop. ms. Augiense saec. 10. Cod. Bambergen. Ed V 9. A. — Trop. ms. Prumiense saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Parisin. 9448. B. — Miss. ms. Mellicense saec. 14. Cod. Mellicen. 1057. C. — 1 a, 2 totus orbis A. — 1 b, 2 Fortis leo ABC. — In BC nur Str. 1, und zwar als „ad Repetendum“ nach dem Tropus „Postquam factus homo“ (Nr. 14).

101. Feria II post Pascha.

1. Promissionis
suae memor,
filii Israel, rex
vester et dux
Introduxit vos in terram
fluentem lac et mel.

2. Caerimoniarum
eius sitis
memores et praeceptis
parentes,
Et ut lex Domini semper
sit in ore vestro,

3. Tripudiantes
corde tenus
gratiarum psallite
praeconia:
Alleluia, Alleluia.

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. A. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. B. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. C. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. D. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. E. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. F. — Trop. ms. Wintoniense saec. 10. Cod. Oxonien. Bodl. 775. G. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. H. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. I. — Trop. ms. Novaliciense saec. 11. Cod. Oxonien. Douce 222. K.

2, 2 cuius D. — 3, 4 praeconiis C. — I fügt am Schlufs noch bei als „ad Psalmum“: Munere pro tali glomerantes munia nati Confitemini Domino etc.

102. In Resurrectione Domini.

Feria II.

1. Iam celebranda dies renitet, vera luce coruscans,
   Qua rubro mari transito sacro fonte renatos
   Introduxit vos Dominus in terram fluentem lac et mel,
2. Quo paschale decus pariter pio corde captantes
   Sacra adimplere praecepta Christi pleniter studeatis,
   et ut lex Domini semper sit in ore vestro;
3. Laude cum angelica vox laetabunda resultans
   Nostrum pascha canat, immolatus est quia Christus,
   Alleluia, Alleluia.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. D. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. E. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. F. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. G. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. H. — 1, 1 nova luce A. — 1, 2 rubrum mare A—H. — 2, 1 pariter pro corde H. — 2, 2 adimplentes H; studeas A. — 3, 1 Gaude cum G. — Die Hexameter sind rhythmisch, wie dies oft bei den Martialensern.

103. In Resurrectione Domini.

Feria II.

1. Ecce, veri luminis celebranda nempe coruscat
   Paschae dies, qua fonte perenni iam renovatos
   Introduxit vos Dominus in terram fluentem lac et mel.
2. Qui dederat priora praecepta legis, modo iubet,
   Mystica quo documenta patrum firmiter teneatis,
   et ut lex Domini semper sit in ore vestro.
3. Laudibus aethereis recinendo paschae triumphis
   Psallat unita cohors, redemptus est quia mundus:
   Alleluia, Alleluia.

Die gleichen Quellen wie in der vorhergehenden Nummer. — 1, 1 renovantes B. — 2, 1 prioris A. — 2, 2 Quo mystica A—H.

104. In Resurrectione Domini.

Feria II.

1. Dulciter, agnicolae, festivum ducite pascha,
   Iam quia Iordanis meruistis fonte renasci;
   Introduxit vos Dominus in terram
2. Civibus aethereis manantem manna decoris,
   fluentem lac et mel.
3. Dixerat hoc Moyses quondam, Christus iubet at nunc,
   ut lex Domini semper sit in ore vestro,
4. Aether, humus, pariter pelagus una voce decantent:
   Alleluia, Alleluia.

Wiederum die gleichen Quellen wie für Nr. 102, ausgenommen H (Trop. Moissiacense), worin der Tropus fehlt; in A findet er sich zweimal, das zweite Mal (A^2) als Additum saec. 11. — 1, 2 meruisti A^2FG. — 2 manentem B. — 3 iubeat nunc A^2, iubet et nunc BD; at nos G. — 4 unita voce A—C E—G, unica voce D; decantant G.

105. In Resurrectione Domini.

Feria II.

1. Conditor almificus, clementi iure fidelis,
   Complens veriloquum actibus eloquium,
   Introduxit vos in terram fluentem lac et mel,
2. Plus solito superum cupiatis ut aethra polorum
   Scandere, legali dogmate commoniti,
   et ut lex Domini semper et in ore vestro.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Colleg. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (? Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. C.

106. In Resurrectione Domini.

Feria III.

1. Iam rudes populos caelesti pane refertos
   Aqua sapientiae potavit eos
2. Christus, in his gaudens sedet aeternumque sedebit,
   firmabitur in illis et non flectetur,
3. Sedibus astrigeris statuet de munere summo
   et exaltabit eos in aeternum.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. C. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. D. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. E. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. F. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. G. — 1 Iamque G. — 3 munere somno A.

107. In Resurrectione Domini.

Feria III.

1. Expurgans populos Dominus baptismate tinctos
   Aqua sapientiae potavit eos,
2. Quosque suae sortis socios sibi cesserit esse,
   firmabitur in illis et non flectetur,
3. Ac statuet celsa secum residere cathedra
   et exaltabit eos in aeternum
4. Psallentes placidum claris cum vocibus hymnum:
   Alleluia, Alleluia.

Die Quellen sind die gleichen wie bei der vorhergehenden Nummer. — 1 Expurgans Dominus populos E. — 2 Quisque G; socio F, sotios C. — 3 statuit A, statua(!) D.

108. In Resurrectione Domini.

Feria III.

1. Discipulis Dominus reserans arcana superna
   Aqua sapientiae potavit eos;
2. Aetherea de sede manans sapientia summa
   firmabitur in illis et non flectetur;
3. Pneumate namque replevit eorum pectora sacro,
   et exaltabit eos in aeternum.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. S. Aredii Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 903. C. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. D. — 2 Aethera descende manans A. — 3 Dogmate namque A.

109. In Resurrectione Domini.

Feria III.

1. Sanctorum populum Dominus baptismate mundans
   Et vitiis purgans verbi dapibusque saginans
   Aqua sapientiae potavit eos;
2. Qui Dominum cernunt, virtutum gratia semper
   firmabitur in illis et non flectetur;
3. Gaudia concedet propriis per saecula servis
   et exaltabit eos in aeternum.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. C. — Trop. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449. D. — Trop. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. E. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. F. — 1, 1 populus C; baptismatis F; mundans et dominus(!) D. — 3 concede C, concedat DEF.

110. In Resurrectione Domini.

Feria III.

1. Aeterno populos decorat quos munere Christus,
   Aqua sapientiae potavit eos,
2. Utque catervatim valeant mundare fideles,
   firmabitur in illis et non flectetur
3. Crebra per innumeras patrans miracula vices,
   et exaltabit eos in aeternum.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. C. — 3 Atque ABC.

111. In Resurrectione Domini.

Feria IV.

1. Iam philomelinis promat fibris chorus instans,
   Arbiter aethre micans populis quod fabitur almis:
   Venite, benedicti patris mei,
2. Obsequiis mihi qui variis servistis in arvis,
   percipite regnum;
3. Nullius auris, aut cor, lumen cernere novit,
   quod vobis paratum est ab origine mundi;
4. Aethereis retonantes clangite vocibus odas;
   Alleluia, Alleluia, Alleluia.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. D. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. E. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. F. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. G. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. H. — Trop. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449. I. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. K.

1, 1 Iam pylo melinis BCD; fibriis K. — 1, 2 micat A(populi I, populus M; qua fabitur K, quet fabitur(!) I. — 3 fehlt IK. — 3 auris hoc cor ABFH. — 4 Aethereis et ovantes B; laudibus odas A G (Korrektur) K.

112. In Resurrectione Domini.

Feria IV.

1. Vos quia certastis bene, iam post funera carnis
   Venite, benedicti patris mei, percipite regnum,
2. Scilicet optatum, avido quoque corde cupitum,
   quod vobis paratum est ab origine mundi;
3. Unde polo terraque pium resonetur ovanter
   Alleluia. — Venite, b. p. m., percipite regnum
4. Artibus aethereis stellato lumine comptum,
   quod vobis paratum est ab origine mundi.

Die gleichen Quellen, wie in der vorhergehenden Nummer, ausgenommen BIK, worin dieser Tropus fehlt. — 1 certatis G; certastis odie bene A. — 2 Sed licet oblatum H; cupitam D, cupito A. — 3 Inde H; pium resonetur fehlt G; pium memoretur DH, memorentur E. — 4 Arcibus E. — 4 fehlt ACFGH (ist vielleicht spätere Zutat).

113. In Resurrectione Domini.

Feria IV.

1. Christus ab arce poli dum iudex venerit orbis,
   A dextris pariter positis sic dicet amicis:
   Venite, benedicti patris mei;

2. Iam fugiant lacrimae, gemitus praecordia linquat;
percipite regnum
3. Nunc mecum laeti placidum gaudentes per aevum,
quod vobis paratum est ab origine mundi.

Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. A — Trop. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1235. B. — 2 praeconia linquat B.

114. In Resurrectione Domini.

Feria IV.

1. Paschales in laudes humanum pectus anhelat,
Clara salutiferi voce attendite cuncti:
Venite, benedicti patris mei,
2. Maiestas Domini promittit viam salutis,
percipite regnum,
3. Retribuendo donum intrare in semite vitae,
quod vobis paratum est ab origine mundi.
4. Laetificati omnes, delectet corde fateri:
Alleluia, Alleluia.

Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. — Im Texte ist manches dunkel, wohl verdorben.

115. In Resurrectione Domini.

Feria IV.

1. Omnibus, ecce, piis, pia vox sicut intonat eis,
Clara cohors, psallas et tam sacra munera dicas:
Venite, benedicti patris mei,
2. Pro meritis meritam dat quîs Deus ipse coronam;
percipite regnum;
3. Vos sine fine sacrum capietis in aethere donum,
quod vobis paratum est ab origine mundi.
4. O nova progenies, populus, nunc sancte creanti
Cantate Domino canticum novum.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. C. — 1, 1 intonat eia ABC; gegen den Binnenreim. — 1, 2 psallat C. — 3 Nos C.

116. In Resurrectione Domini.

Feria IV.

1. Quos mea perpetuo praescit providentia visu,
Mortis ab exsilio iam nunc sine fine redempti,
Venite, benedicti patris mei, percipite regnum
2. Lumine perspicuum, plena bonitate refertum,
quod vobis paratum est ab origine mundi,

3. Qua iugiter mecum gaudebitis omne per aevum,
Alleluia, Alleluia.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Colleg. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (? Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. C.

117. In Resurrectione Domini.

Feria IV.

1. O, quam felices, quibus hoc, Iesu bone, dices:
Venite, benedicti patris mei, percipite regnum;
2. Non oculus, non mens hominis hoc viderat unquam,
quod vobis paratum est ab origine mundi.

Trop. ms. Prumiense saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Parisin. 9448. A. — Trop. ms. Emmeramense saec. $^{11}/_{12}$. Clm. Monacen. 14083. B. — Trop. ms. S. Arnulfi Metensis saec. in. Cod. Meten. 452. C. — Trop. ms. Epternacense saec. 12. Cod. Parisin. 10510. D. — Trop. ms. Bononiense (?) saec. 11. Cod. Angelic. 123 (B III 18). E. — 1 quibus o Iesu BC; dicens E. — 2 oculis E.

118. In Resurrectione Domini.

Feria IV.

1. Sic sanctos Dominus segregans adfabitur omnes:
Venite, benedicti patris mei, percipite regnum,
2. Vos iudicans dignos illius dono capaces,
quod vobis paratum est ab origine mundi.

Trop. ms. Prumiense saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Parisin. 9448.

119. In Resurrectione Domini.

Feria V.

1. Concine nunc, plebs cernua, mystica carmina Christo
Nisibus ex cunctis pangens dictis super hisque:
Victricem manum tuam, Domine, laudaverunt pariter
2. Discipulis patefacta bonis sunt, spiritui qui
Almo flagrarunt pleno feliciter ore,
quia sapientia aperuit os mutum et linguas infantium fecit dissertas;
3. Noster sermo canat vastis cum flatibus apte
Dulciter egregias laudes et clangat in altis:
Alleluia, Alleluia.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — 1, 2 Nisibus et cunctis plangent B; dictis superisque A. — 2, 2 Alma AB. — 3, 1 vas ticum flatibus B.

120. In Octava Paschae.

Dominica in Albis.

1. O populi, sacro Domini baptismate nati,
   Quasi modo geniti infantes,
2. Sensibus effecti pueri que senilibus actis,
   rationabiles sine dolo,
3. Moribus ac iterumque senes puerilibus annis,
   lac concupiscite.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. C. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. D. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. E. — 2 sedilibus (st. senilibus) AD; altis ACD. — 3 Moribus hac AD.

121. In Ascensione Domini.

1. Terrigenis summis adfatur caelicus ordo:
   Viri Galilaei, quid admiramini aspicientes in caelum?
2. Hic Deus et Dominus, caelorum compos et orbis,
   quemadmodum vidistis eum ascendentem in caelum,
3. Ut reddat cunctis gestorum dona suorum,
   ita veniet; Alleluia.

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. B. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. D. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. E. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. F. — Trop. ms. S. Martini (?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. G. — Trop. ms. S. Aredii Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 903. H. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. I. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. K. — Trop. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449. L. — Trop. ms. Vedastinum saec. 11. Cod. Cameracen. 76 (75). M. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. N.

Trop. ms. Prumiense saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Parisin. 9448. O. — Trop. ms. Emmeramense saec. $^{11}/_{12}$. Clm. Monacen. 14083. P. — Trop. ms. Cremifanense saec. 11. in. Cod. Cremifanen. 309. Q. — Trop. ms. S. Arnulfi Metensis saec. 12. in. Cod. Meten. 452. R. — Trop. ms. Epternacense saec. 12. Cod. Parisin. 10510. S. — Trop. ms. Nonantulense saec. 11. in. Cod. Roman. Vitt. Eman. 1343 (Sessor. 62). T. — Trop. ms. Nonantulense saec. 11. Cod. Roman. Casanaten. 1741 (C IV 2). U. — Trop. ms. Bononiense(?) saec. 11. Cod. Roman. Angelic. 123 (B III 18). X. — Miss. ms. Casinense saec. 12. Cod. Vatican. 4770. Y. — Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. Z. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. a.

1 Terrigenas summos N—X; adfantur H; caelitus F. — 2 Sic Deus TU; Hic decus et C; Deus et homo TUX; caelorum cum posset orbis Y. — 3 Et reddat T; dona factorum Y. — Wenige Introitustropen sind so weit und allgemein verbreitet gewesen wie dieser; sein Ursprung dürfte in St. Martial zu suchen sein.

122. In Ascensione Domini.

1. Hodie redemptor mundi
Ascendit caelos, mirantur
Apostoli, angelique
Eis locuti sunt dicentes:
Viri Galilaei, quid admiramini aspicientes in caelum?

2 a. Hoc scitote,
quia venturus est
iudicare
vivos ac mortuos,
Quemadmodum vidistis eum
ascendentem in caelum;

2 b. Redditurus
est unicuique
iuxta sua
opera [cuncta], tunc
Ita veniet. Alleluia.
Alleluia, Alleluia.

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. A. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. B. — Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. C. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. D. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. E. — Trop. ms. Nonantulense saec. 11. in. Cod. Vitt. Eman. 1343 (Sessor. 62). F.

1, 2 mirantibus B. — 1, 3 angeli autem B. — 1, 4 Ei locuti EF. — Str. 2a und 2b lauten in F ganz anders, sind aber ohne Symmetrie. — 2a, 2 venturus erit CDE. — 2b, 2 erit CDE, enim B. — D fügt bei als „ad Psalmum“:

Astra petit Christus, sic testis nuntiat almus;
Eia, *Omnes gentes, plaudite manibus* etc.

123. In Ascensione Domini.

1. Montis oliviferi Christus de vertice scandens,
Ecce, duo viri clara voce clamarunt dicentes:
Viri Galilaei, quid admiramini aspicientes in caelum?
2. Ad patrem pergit (filius) servans vestigia pacis;
quemadmodum vidistis eum ascendentem in caelum.
3. Ad diem magnum, quo iudicaturus est orbem,
ita veniet, Alleluia.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. D. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. E. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. F. — Trop. ms. S. Aredii Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 903. G. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. H. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. I. — 1, 1 oliviferis F; scandet H. — 1, 2 clamaverunt E. — 2 vestigia patris I. — 3 orbe H. — Die Hexameter sind sichtlich nur rhythmisch.

124. In Ascensione Domini.

1. Dum patris ad dextram victor conscenderet agnus,
   Ecce, viri clari duo almi fantur alumnis:
   Viri Galilaei, quid admiramini aspicientes in caelum?
2. Iudex adveniet, gentes ut iudicet omnes;
   quemadmodum vidistis eum ascendentem in caelum.
3. Corpus hoc referens, caelesti sede refulgens,
   ita veniet; Alleluia.

Die gleichen Quellen wie beim vorhergehenden Tropus, ausgenommen G. — 1, 1 Cum CEH, Quum F; ad fehlt FHI; quoscenderet H. — 1, 2 almis D. — 2 adveniens I. — 3 Corpus hocce ferens A, caelestis B H.

125. In Ascensione Domini.

1. Summa Deus victor scandens cum regna revisit,
   Angelus adfatur mirantes discipulos sic:
   Viri Galilaei, quid admiramini aspicientes in caelum?
2. Adveniet mundum tunc examinare per ignem,
   quemadmodum vidistis eum ascendentem in caelum,
3. Qui crucis iniurias tolerabat et irrisiones,
   ita veniet.

Trop. ms. Heidenhemense saec. 11. Cod. Oxonien. Seld. supra 27.

126. In Ascensione Domini.

1 a. Hodie supernum solium

1 b. Scandit altithroni genitus.

2 a. Ideo laudabili

2 b. Voce canamus, eia:

Viri Galilaei,

3 a. Qui Christi huius eratis seduli ministri, *quid admiramini*

3 b. Nunc revisere supera penetrantem polos, *aspicientes in caelum?*

4 a. Iure caelos repetit, qui de ipsis ad terras venit. *Quemadmodum vidistis eum ascendentem in caelum,*

4 b. Ut sedeat a dextris iugiter sempiterni patris, *ita veniet, Alleluia, Alleluia, Alleluia.*

Trop. ms. Mindense anni 1024. Cod. Berolinen. Theol. IV 11. A.

127. In Pentecoste.

1. Discipulis flammas infundens caelitus almas
   Spiritus Domini replevit orbem terrarum,

2. Omnigenis linguis reserans magnalia Christi,
Et hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis;
3. Ipsi perspicuas dicamus vocibus odas:
Alleluia, Alleluia, Alleluia.

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. B. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. D. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. E. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. F. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. G. — Trop. ms. S. Aredii Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 903. H. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. I. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. K. — Trop. ms. Vedastinum saec. 11. Cod. Cameracen. 76 (75). L. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. M. —

Trop. ms. Moguntinum(?) anni 955—62. Cod. Londinen. Add. 19768. N. — Trop. ms. Emmeramense saec. 11/12. Clm. Monacen. 14083. O. — Trop. ms. S. Arnulfi Metensis saec. 12. in. Cod. Meten. 452. P. — Trop. ms. Epternacense saec. 12. Cod. Parisin. 10510. Q. — Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. R. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. S. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. T. — Trop. ms. Benedicti Mantuani saec. 11. Cod. Capit. Veronen. CVII (100) U.

1 flammis U; infudit (infundens R S) pectore (pectora O P) blandas (blandis U) L—U. — 2 Omnis genis U; linguis patuit (statt „reserans") L—U; magnalia Dei HLN. — 3 Illi prospicuis Q, perspicuis N, perspicuos T. — In L geht als Introductio voraus: „Cum sacris sacri" etc. (Nr. 21). — Wegen der Verbreitung dieses Tropus und wegen der Lesarten, die der Gruppe L—U eigen sind, ist ein Vergleich mit Nr. 121 von Interesse.

128. In Pentecoste.

1. Mystica paracliti virtutum flamma coruscat,
Ecce, diem decorat celebrem, cui psallite laudes:
Eia, Spiritus Domini,
2. Almi certe patris, verbi quoque spiritus idem
replerit orbem terrarum
3. Distribuens linguas Christi iunioribus omnes:
et hoc, quod continet omnia,
4. Infera digniter et supera, que cuncta perornans,
scientiam habet vocis.
5. Angelicis modulis caeleste promite carmen:
Alleluia, Alleluia.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. D. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. E. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. F. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. G. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. H. — Trop. ms. Aeduense saec. 10/11. Cod. Parisin. Arsen. 1169. I.

1, 1 coruscans BCDEH. — 1, 2 decorans G; celebres AEFG, caelibes I. — 2 fehlt A. — 2 verbum BCDGH. — 3 Christi minoribus A; omnis G. — 4 supera facta cuncta CDEG, supera cunctaque facta I. — 5 fehlt I, statt dessen als „ad Repetendum": Discipulis flammas (vorige Nummer). — 5 modulis promamus voce canora: Alleluia CDG.

129. In Pentecoste.

1. Sanctus, en, veniens, sanctorum pectora lustrans
Spiritus Domini replevit orbem terrarum,
2. Et, quia terrarum flammavit regna, canamus:
et hoc, quod continet omnia,
3. Pectora confirmat, linguarum clausa relaxans
scientiam habet vocis.

Die gleichen Quellen, wie bei der vorhergehenden Nummer, ausgenommen I, wofür Trop. ms S. Aredii Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 903 (I) eintritt. — 1 cunctorum (st. sanctorum) BCD. — 3 confirmans HI.

Mit verändertem Anfang findet sich dieser Tropus in: Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. K. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. L. — Trop. ms. Novaliciense saec. 11. Cod. Oxonien. Douce 222. M. — Dort lautet Vers 1:

Spiritus, ecce, venit, sanctorum corda replevit,
Eia, *Spiritus Domini replevit orbem terrarum etc.*

In M nur dieser 1. Vers, dann der Introitustext ohne Tropierung, dem sich unmittelbar („ad Repetendum") ein Tropus in Prosa anschliefst. — 3 confirmans K.

130. In Pentecoste.

1. Fomes sensificans et amor pia pectora mulcens,
Spiritus Domini replevit orbem terrarum
2. Dona ferendo suis, non ut foret ipse loqualis,
et hoc, quod continet omnia,
3. Cum nihil ignoret horum, quae complet et ambit,
scientiam habet vocis
4. Affectu proprio, per quem gens cuncta recludit,
Alleluia, Alleluia.

Trop. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449. A. — Trop. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1235. B. — 2 localis B. — 3 horumque complet AB.

131. In Pentecoste.

1. Praeclarus nunc dies adest,
cuncto quo orbe diffusus
Spiritus Domini,

2. Sessor divae maiestatis
sedens ad dexteram patris
replevit orbem terrarum,

3. Qui mundi cardinem suo creavit pugillo
et hoc, quod continet,
4. Supernis latitat, arva pontumque, creata
omnia; scientiam habet vocis,
5. Lucis diurnae; perpes, tibi laudes canamus:
Alleluia, Alleluia.

Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. — 2, 1 divinae. — 4 creator. — Die Hexameter sind sichtlich nur rhythmisch.

132. In Pentecoste.

1. Hodie spiritus sanctus,
procedens a throno,
apostolorum pectora
invisibiliter penetravit;
Deo gratias. Eia:
Spiritus Domini replevit orbem terrarum.
2. Gloria pangatur, mundi, Iesu Christe, redemptor;
et hoc, quod continet omnia,
3. Gratias agamus semper trinitati almae,
scientiam habet vocis.
4. Spiritus alme, nostra semper tu pectora reple,
Alleluia, Alleluia.

Trop. ms. Nonantulense saec. 11. Cod. Roman. Casanaten. 1741 (C IV 2). A. — Trop. ms. S. Benedicti Mantuani saec. 11. Cod. Capit. Veronen. CVII (100). B. — 3 pangamus B. — Die Hexameter (rhythmische in ungelenker Form) haben in beiden Quellen gleiche Melodie. — Der Tropentext verbindet sich schlecht mit dem Introitustext.

133. In Pentecoste.

1. Par patri prolique Deus, de sidere missus,
Spiritus Domini,
2. Ingeniti genitique Dei paraclitus almus
replevit orbem terrarum, Alleluia,
3. Cuius vis docuit pia pectora discipulorum,
et hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis.
4. Spiritus alme, veni, tua munera psallimus, eia,
Alleluia. Confirma . . . Gloria patri etc.
5. Dum sacris sacri residerent aedibus, ecce,
Spiritus Domini replevit etc.

Trop. ms. Heidenheimense saec. 11. Cod. Oxonien. Seld. supra 27. A. — Grad. ms. Arnoldi Aquisgranensis saec. 13. Cod. Capit. Aquisgranen. XII. B. — 2 genitique Deus A. — Vers 5 fehlt A; derselbe dient anderswo als Introductio (s. Nr. 21.).

134. In Pentecoste.

1. Doctorum perfectissimus, * procedens a throno,
Septiformis gratiae * dono
Spiritus Domini replevit orbem terrarum,
et hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis,
2. Lumen tuis fidelibus * e caelo infusum,
Ut noscamus caelicum * usum.
Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis,
a templo tuo, quod est in Ierusalem etc.
3. Huius lustrati iubare * visione mera
Contemplemur gaudia * vera;
Gloria patri et filio et spiritui sancto etc.

4. Laborum dulcis requies, * curarum solator
Et sacrorum munerum * dator,
Spiritus Domini replevit orbem terrarum etc.

Direct. ms. chori Secoviense anni 1345. Cod. Graecen. 756. — Mit Melodie, welche für alle 4 Strophen die gleiche ist. — 3, 1 lustrati. — 4, 1 consolator.

135. In sanctissimae Trinitatis.

1. Cunctipotens genitor, natus cum flamine sancto,
Gloria, maiestas, deitas, virtus simul una,
Benedicta sit sancta trinitas atque indivisa unitas,
2. Indiscreta manens virtutis robore semper,
Quamquam personis capiat cognomina trina;
confitebimur ei
3. Plurima nunc laudum gaudentes dona ferendo
Atque suas iugiter virtutes rite canendo,
quia fecit nobiscum misericordiam suam.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 887. C. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. D. — Trop. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449. E. — Trop. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1235. F. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. G. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. H. — Trop. ms. Novaliciense saec. 11. Cod. Oxonien. Douce 222. I.

1, 1 genitor Deus cum E; cum famine A: sacro AFHI. — 1, 2 maiestatis CD: simul omnis A. — 2, 1 robore firma (st. semper) EF. — 2, 2 personis propria (st. capiat) EF. — 3, 1 nunc laudant I: psallentes (st. gaudentes) D; vota ferendo C. — 3, 2 Atque sua F, tuas I; virtutis E.

136. In sanctissimae Trinitatis.

1. Dulcibus, en, omnes modulis resonemus ovantes:
Benedicta sit sancta trinitas
2. Et patris ac geniti pariter quoque pneumatis almi
atque indivisa unitas,
3. Tres sibi personae simul in deitate iugatae;
confitebimur ei
4. Mente quidem prompta recinentes voce sonora,
quia fecit nobiscum misericordiam suam.
5. Quam vox angelicae collaudat consona turbae,
Benedicta sit sancta trinitas atque indivisa unitas
6. Trinaque maiestas fulgens, tamen una potestas;
confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam,
7. Solem cum luna iussit fore sidera clara.
Benedicta sit sancta trinitas etc.

Trop. ms. Augiense saec. 10. Cod. Bambergen. Ed V 9. — Vor 5: „Post psalmum". — 5 Quem. — Dreimalige Wiederholung des Introitustextes.

137. In sanctissimae Trinitatis.

1. Effectrix rerum, sanctorum sancta beatrix,
   Benedicta sit sancta trinitas atque indivisa unitas,
2. Gignens et genitus, amborum spiritus unus;
   confitebimur ei
3. Mortis ab imperio Iesu moriente redempti,
   quia fecit nobiscum misericordiam suam.

Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. — 1 sanctarum.

138. In Dedicatione Ecclesiae.

1. Est quia terribili domus ista dicata tonanti,
   Terribilis est locus iste,
2. Quem Deus invisit chorus angelicusque frequentat;
   hic domus Dei est et porta caeli,
3. Per quam iustorum transcendunt sidera voces,
   et vocabitur aula Dei.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. B. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. C. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. D. — Trop. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449. E. — Trop. ms. Vedastinum saec. 11. Cod. Cameracen. 76 (75). F. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. G.

Trop. ms. Augiense saec 10. Cod. Bambergen. Ed V 9. H. — Trop. ms. Emmeramense saec. 11/12. Clm. Monacen. 14083. I. — Trop. ms. S. Arnulfi Metensis saec. 12. in. Cod. Meten. 452. K. — Trop. ms. Epternacense saec. 12. Cod. Parisin. 10510. L — Grad. ms. Arnoldi Aquisgranensis saec. 13. in. Cod. Capit. Aquisgranen. XII. M. — Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. N. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. O. — Trop. ms. S. Benedicti Mantuani saec. 11. Cod. Capit. Veronen. CVII (100). P.

1 Es P; terribilis A—P mit Ausnahme von K; terribilis sacratus iure tonanti P. — 2 Quam ABDGK: chorus angeli quoque frequentant P. — 3 Per quem EP.

139. In Dedicatione Ecclesiae.

1. Sanctus celsithroni merito, venerabilis atque
   Terribilis est locus iste,
2. Olim quem Christus speciali sanxit honore;
   hic domus Dei est,
3. Qua scelerum maculae terguntur fonte sacrato,
   et vocabitur aula Dei.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. D. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. E. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. F. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod.

Parisin. 1119. G. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. H. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. I. — Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. K. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. L.

1 Almus celsithroni (celsithronus I) IKL. — 2 specialis H: honorem AH. — Statt 3 in IKL: Qua pariter cunctos (cuncta I) largitur vita fideles (fidelis I).

140. In Dedicatione Ecclesiae.

1. Haec meruit sponsum civitas amplectere Christum,
   Manet enim felix et pariens, ideo
   Terribilis est locus iste,
2. Divinis fulgens rebus de munere sponsi;
   hic domus Dei est,
3. Angelicis conferta bonis, ubi sancta ditantur,
   et porta caeli,
4. Per quam plebs honorata Dei sacra limina lustrat,
   et vocabitur aula Dei.

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. B. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. D. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. E. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. F. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. G. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. H. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. I. — Str. 1 fehlt A; statt dessen: „Haec est etenim aula“ etc. (s. unten Nr. 147.). — 2 fulget GI: de mune(!) Christi A. — 3 et conferta G; referta A: sancti G; dicantur D. — 4 plebs onerata G: sacra lumina BGI.

141. In Dedicatione Ecclesiae.

1. Divinus succendat amor ferventia corda,
   Sanctorum meritis ut pie digna canant:
   Terribilis est locus iste,
2. (In) quo caeli terraeque compos adoratur a cunctis;
   hic domus Dei est,
3. Nisibus arta Dei populorum noxia vitans,
   et porta caeli,
4. Intrant mox per quam iustorum gaudia vitae,
   et vocabitur aula Dei.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. D. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. E. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. F. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. G. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. H. — Trop. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449. I.

1, 1 Divinis E. — 1, 2 canat CI — 4 Intrat C. — In I nur die zwei ersten Verse als „ad Repetendum“ nach einem in Prosa abgefafsten Tropus.

142. In Dedicatione Ecclesiae.

1. Hanc divina manus sacravit caelitus aulam,
   Terribilis est locus iste;
2. Hic pietate Dei veniam cum fide petamus,
   hic domus Dei est et porta caeli;
3. Hoc templum toto laudabitur orbe per aevum
   et vocabitur aula Dei.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084: bis: A^1; A^2. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. D. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. E. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. F. — Trop. ms. S. Aredii Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 903. G. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. H.

143. In Dedicatione Ecclesiae.

1. Hic trina sonat deitas unaque potestas,
   Terribilis est locus iste,
2. Nectare dulcedinis, divorum numine plenus;
   hic domus Dei est,
3. Lumine lustrata piorum stemmatis alte
   et porta caeli,
4. Per quam christicolae triumphantes supera scandunt,
   et vocabitur aula Dei.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. D. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. E. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. F. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. G. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. H. — 1 Hic pia sonat F. — 2 nomine G. — 3 alti G.

144. In Dedicatione Ecclesiae.

1. Concinat, en, plectrum felicis, postulo, linguae:
   Terribilis est locus iste,
2. Sotheris et dextra persistat nunc benedicta;
   hic domus Dei est, et porta caeli,
3. Qua criminum minuat hic fas per saecula clemens;
   et vocabitur aula Dei.

Die gleichen Quellen wie bei der vorhergehenden Nummer. — 1 Concinat emplectrum G, hemplectrum E, emplectrum F. — 2 Soteris A. — 3 Qui ABD.

145. In Dedicatione Ecclesiae.

1. Angelicos patriarcha choros olim Dominumque
   Innixum scalae cernens proclamat ovanter:
   Terribilis est locus iste,
2. Spiratus Solymam deditus policam, peregrinam,
   Arvis quae mittit divo copiam beatorum;
   hic domus Dei est,
3. Porta haec iustitia est, caelo quae dirigit almos,
   Hac iusti penetrant paradisum semper ovantes,
   et porta caeli;
4. Speque fide Dominum retinent praecordia sacra,
   Quae templum Domini corpus quoque iure fatentur,
   et vocabitur aula Dei.

Die gleichen Quellen wie bei Nr. 143. — 1, 1 chorus H. — 2, 1 deditis A; poli quam G. — 2, 2 Arvis quem H, quo E; mittat F. — 3, 1 Orta est iustitia A: caeloque dirigit AH; almas A, almus H. — 3, 2 Ac CG, Hanc ABH; ovanter EFG. — 4, 1 retinens ABCH. — 4, 2 fatetur B.

146. In Dedicatione Ecclesiae.

1. Innixum scalis Dominum ut vidit Iacob
   Angelicosque globos, hos dedit ille sonos:
   Terribilis est locus iste,
2. Omnia illa bonis conferta per omnia iustis,
   Qui sperant vitae praemia perpetuae;
   hic domus Dei est et porta caeli,
3. Haec domus est collata piis sine nomine cunctis,
   Qua valeant sceleris tergere probra sui;
   et vocabitur aula Dei.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. C. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. D. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. E. — 2, 1 illa bonus A. — 3, 1 piis sime A. — 3, 2 s[ui] A. — 2 wohl verderbt.

147. In Dedicatione Ecclesiae.

1. Haec est etenim aula Dei, de qua dictum est:
   Terribilis est locus iste
2. Supplantans vitia plebis; proclamat ovanter:
   hic domus Dei est,
3. Pervia pulsanti reserantur limina cordi,
   et porta caeli
4. A Christo gratis poscentibus horrida tergi,
   et vocabitur aula Dei.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. B. — Trop. ms.

S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. C. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. D. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. E. — 2 Supplantans mera plebis D. — 3 Perviam A, Praevia D; lumina cordi CD. — 4 poscentis E; orridi tergi BD, o date regi A. — Vers 1, der sichtlich Prosa ist, findet sich im Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. als Stellvertreter des einleitenden Distichons im Tropus „Haec meruit sponsum“ etc. (Nr. 140).

148. In Dedicatione Ecclesiae.

1. Plebs veneranda patrum, dictis memorare priorum,
   Territus in somnis quae cernens fatur Iacob:
   Terribilis est locus iste;
2. Tu prece funde pia laudes et concine vota;
   hic domus Dei est
3. Ex vivo lapide constructa et firma nitescens,
   et porta caeli
4. Pestiferos pellens, quae percipit undique lectos,
   et vocabitur
5. Fortia sanctorum praecordia fusa per orbem
   aula Dei.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. C. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. D. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. E. — 2 fundes E; et concinat A. — 2 nitesces A. — 4 pellentes A; undique letos E.

149. In Dedicatione Ecclesiae.

1. Typica visione stupefactus Iacob exci[ta]tus
   Somno pavensque dixit:
   Terribilis est locus iste,
2. Angelico dedicata frequenti numine celsi
   hic domus Dei est et porta caeli,
3. Domus oratu manet quaerentibus optima semper
   et vocabitur aula Dei.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. B. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. C. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871 D. — 2 Angelic C. numine caeli A. — 3 Domus aracum A; oratu mane D.

150. In Dedicatione Ecclesiae.

1. Agmina perenniter,
   iubilant angelica,
   Hunc locum protestantur
   sacrum [sic] dicentia:
   Terribilis est locus iste.

2. Hanc domum Deo assignant
prosequendo
fidelium praecordia:
hic domus Dei est.

3. Adest porta, per quam iusti
properantes
redeunt ad patriam,
et porta caeli.

4. Astra, polus, terra, pontus
collaetantur
haec dicentes carmina:
et vocabitur aula Dei.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. C. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. D. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. E. — 1, 4 protestatur D. — 4, 2 quo laetantur E.

151. In Dedicatione Ecclesiae.

1. Iacob progrediens nativo (de) limine terrae
Viderat et speciem Domini, sic intonat, inquam:
Terribilis est locus iste,
2. Gentibus et populis sacrato flumine tinctis
hic domus Dei est,
3. Valva patens illis caeli, qui summa precantur,
et porta caeli;
4. Currite huc, populi, domus hic est aula salutis
et vocabitur aula Dei,
5. Qua nunc altissone reboetur gloria regi:
Gloria patri et filio et spiritui sancto etc.

Trop. ms. Moguntinum(?) anni 955—62. Cod. Londinen. Add. 19768. — 5 Quia.

152. In Dedicatione Ecclesiae.

1. Rex quia magnificus templum sibi dedicat istud,
Terribilis est locus iste;
2. Annua nempe dies sacratae iam redit aulae;
hic domus Dei est,
3. Quam manus omnipotens petra fundavit in alta,
et porta caeli,
4. Ante Dei vultum penetrant qua vota piorum,
et vocabitur aula Dei.

Trop. ms. Heidenhemense saec. 11. Cod. Oxonien. Seld. supra 27. A. — Trop. ms. Emmeramense saec. $11/12$. Clm. Monacen. 14083. B. — Cfr. Pamelius, Liturgicon imp. Coloniae 1609: II. p. 611: „ex Ms. Anglico Bibliothecae S. Bavonis Gandensis“ (ist ganz der gleiche Text wie der vorstehende). — In A folgt unmittelbar („ad Repetendum“): Hodie revolvat annua, (Nr. 25), während in B dieses die Introductio bildet; infolgedessen ist in B der Introitustext anders u. z. weniger passend verteilt: nach 1 folgt „hic domus“ nach 2 „et porta“, nach 3 „et vocabitur“, Vers 4 fehlt.

153. In Dedicatione Ecclesiae.

1. Laudibus insomnes instate celebribus omnes
Verba mera mente psallendo Iacob patriarchae:
Terribilis est locus iste; hic domus Dei est
et porta caeli, et vocabitur aula Dei,
2. Quam nos intrare brevis haec post tempore vitae
Ecclesiae sponsi concedat gratia Christi.
Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum!
concupiscit et deficit anima mea in atria Domini.
3. Festi praesentis cum sint velut umbra sequentis
Gaudia, sollicite studeamus ad illa venire.
Terribilis est locus iste etc.

Trop. ms. Ottoburanum saec. 12. in. Clm. Monacen. 27130. A. — Collect. ms. Millestadiense saec. 12. Cod. Graecen. 1449. add. saec. $^{12/13}$. B. — 1, 2 mera voce B; spallendo A. — 2, 1 und 2 umgestellt B. — 2, 1 Quam fehlt B. — 3, 1 praesentis dies sint velut B. — 3, 2 venire fehlt A.

Zum Abschlufs dieser Kirchweihtropen sei bemerkt, dafs in mehreren Handschriften deutschen Ursprunges des 13., 14. und 15. Jahrhunderts die zwei ersten Strophen der Kirchweihsequenz von Adam v. St. Victor „Ecce, dies triumphalis“ zum Introitustropus verwendet wurden. Auf die erste Halbstrophe folgt „Terribilis est“, auf die Gegenstrophe der Psalmvers „Quam dilecta“, auf die zweite Halbstrophe „Gloria patri“, auf die zweite Gegenstrophe die Repetition „Terribilis est“.

II. De Beata.

154. In Nativitate Beatae M. V.

1. Splendore sollemni
rutilat dies,
qua virgo Maria
refulsit ex stirpe
orta Davidis;
Gloriosae virginis Mariae nativitatem hodiernam
2. Claram et perspicuam seu cunctis digne colendam
devotissime celebremus
3. Corde tenus, mente et spiritu, cum omnibus votis,
cuius vita inclita,
4. Nostrae dissimilis necne et superior astris,
cunctas illustrat
5. Circumquaque Dei per orbem sanguine comptas
ecclesias.

Trop. ms. S. Martini Masciacensis(?) saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Vatican. Regin. 222. A. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. B. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. C. — Trop. ms. S. Aredii Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 903. D. — 1, 1 Splendor sollemnis C. — 1, 3 quia B. — 1, 3 sqq. in A: Davidis ex stirpe, | orta qua refulget, | virgo Maria. Unde iubilo magnae exsultationis proclamemus in choris: Gloriosae etc. — 2 Claramque persp. A. — 2 omnibus vatis D. — 4 Nostri A; dissimiles B. — 5 fehlt BCD.

155. In Nativitate Beatae M. V.

1. Caelitus instructi sophiae spiramine sanctae
   Gaudeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes
   sub honore beatae Mariae virginis;
2. Stirpe David fulsit regis haec stemmate celsi,
   de cuius nativitate gaudent angeli,
3. Spiritus aetherei pro qua pia cantica solvunt
   et collaudant filium Dei.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084; bis A^1; A^2. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. C. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. D. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. E. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. F. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. G. — 1 sancto A. — 2 und 3 fehlen A^1 und G. — 2 fulsit reis A^2; scemate E. — 3 solvant A^2. — In D folgt als ad Psalmum: „Almi regis ianua“ etc.

156. In Nativitate Beatae M. V.

1. Ecce, Dei matris sollemnia sancta colentes
   Laudibus eximiis voce canamus ita:
   Gaudeamus omnes in Domino diem festum celebrantes
   2. Laude votiva,
      Mente devota,
      Voce sonora
   sub honore beatae Mariae virginis, de cuius nativitate gaudent angeli et collaudant
   3. Glorificandum
      Deum ingenitum,
      patrem omnipotentem,
      filium Dei
      cum sancto spiritu in aeternum.

Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. — 1. 2 eximiis von gleicher Hand am Rande der Hs. — 2, 5 et collaudant nach 3, 3 und alsdann 3, 4 an den Schluſs, durch welche irrige Textverteilung des Introitus jeder Context zerstört ist. — Das Ganze ein Conglomerat von metrischen, rhythmischen und prosaischen Teilen.

157. In Nativitate Beatae M. V.

1. Virginis exortum cunctis cernentibus altum
   Nunc mecum, fratres, celebrate, quaeso, faventes:
   Gaudeamus omnes in Domino
2. Laudibus eximiis, festis veneremur in istis
   diem festum celebrantes,
3. Carmina psallentes et mystica dona ferentes
   in honore sanctae Mariae virginis,
4. Edita regalis quae constat germine floris,
   de cuius nativitate gaudent angeli et collaudant filium Dei.
5. Nunc iterum dulcis repetendo carmina laudis
   gaudeamus omnes in Domino.

Trop. ms. Augiense saec. 10. Cod. Bambergen. Ed V 9. — Der jetzige Introitustext ist „Salve sancta parens."

158. In Nativitate Beatae M. V.

1. Sancta Dei genetrix hodie resplenduit orbi;
   Gaudeamus omnes in Domino diem festum
   celebrantes sub honore beatae Mariae virginis,
2. Esse Dei genetrix quae creditur omniparentis,
   de cuius nativitate gaudent angeli,
3. Sic pia prae cunctis meruit quod virgo beari,
   et collaudant filium Dei.

Trop. ms. S. Arnulfi Metensis saec. 12. in. Cod. Meten. 452. — 1 Beata Dei.

159. In Nativitate Beatae M. V.

1. O quam clara nites, agni pulcherrima sponsa!
   Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis,
2. Ut caeli in thalamo semper nova cantica psallant;
   adducentur regi virgines post eam proximae eius,
3. Angelicisque choris iunctae laetentur in aevum,
   adducentur tibi in laetitia et exsultatione.
4. Processisse paterno ex pectore te, bone Iesu,
   Egregii vatis sic diva poemata narrant:
   Eructavit cor meum verbum bonum etc.

Trop. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (? Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. C. — Trop. ms. Nonantulense saec. 11. in. Cod. Roman. Vitt. Eman. 1343. (Sessor 62). D. — Trop. ms. Nonantulense saec. 11. Cod. Roman. Casanaten. 1741 (C IV 2). E. — Trop. ms. S. Benedicti Mantuani saec. 11. Cod. Capit. Veronen. CVII (100). F. — Trop. ms. Novaliciense saec. 11. Cod. Oxonien. Douce 222. G. — 1 nitet AEFG. — 2 Et F; psallat D. — 3 chori D; iuncti G, iuncta D; laetetur D. — Der Introitustext in F ist „Salve sancta parens" etc., bekanntlich der jetzt auf Mariä Geburt gebräuchliche. — Str. 4 „Ad Psalmum" fehlt D—G.

160. In Nativitate Beatae M. V.

1. Prudens virgo, tuis, Maria, fidelibus assis,
   Et, quia iam Christo es sociata, ideo
   Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis.
2. Angelicis tibi sat notis quia rite ministris,
   Et quibus exemplar virginitatis eras,
   adducentur regi virgines post eam,
   proximae eius adducentur tibi,
3. Tristia cuncta recesserunt, te laeta tenebunt;
   Gaude virgineo hinc decorata choro
   in laetitia et exsultatione.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10 ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. C. — Trop. ms. S. Arnulfi Metensis saec. 12. in. Cod. Meten. 452. D. — In D auf das Fest der hl. Glodesinda: daher 1, 1 tuis Glodesinda fidelibus. — 1, 2 Nam quia ABC. — 2, 1 tibi nam notis D; rite minister C: der Vers erscheint unverständlich. — 2, 2 Ex quibus D. — 3 fehlt C (eine Lücke). — 3, 2 Gaudes virgineo nunc D; decorata throno A.

161. In Nativitate Beatae M. V.

1. Cunctipotens Domine, quia satque benignus haberis,
   Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis,
2. Cumque tuis famulis vitae reseraveris aulam,
   adducentur regi virgines post eam proximae eius,
3. Munere quae tuo, rex, virgo genetrixque coruscat,
   adducentur tibi in laetitia et exsultatione.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. C. — 1 haberes A. — 3 Munere quo, korrigiert aus quae A.

162. In Annuntiatione B. M. V.

1. Germinis excelsi vates magnalia cernens
   Flamine praesago ructans ita provide fatur:
   Rorate, caeli, desuper et nubes pluant iustum,
2. Altithroni verbum, decus auxiliumque piorum,
   Quo pia nascendo maris inclita stella, Maria,
   aperiatur terra.
3. Conceptura Deum, proprium genitura parentem,
   et germinet salvatorem.
4. Hoc psalmista iubar sic praedicat, aeque prophetat:
   Caeli enarrant gloriam Dei
   et opera manuum eius annuntiat firmamentum.

5. Contio, vatidicis iam concine gaudia bombis:
   Rorate, caeli, desuper et nubes pluant iustum,
6. Cum patre principium, moderantem iura polorum,
   aperiatur terra
7. Munere matris ovans et virginitate triumphans,
   et germinet salvatorem.
8. Multiplici iubilo nunc edite carmina laudum,
   Eia: *Gloria patri et filio et spiritui sancto.*

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Colleg. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (? Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. C. — 4 ist „ad Psalmum"; 5—7 „ad Repetendum"; 8 „ad Gloria". — 4 fehlt A. dient in C als „ad Psalmum" im Tropus „Splendidus adventum": prophetatis, dann von 2. Hand prohetat B, atque prophetam C. — 8 fehlt A, steht in C als Vers 4. — Verfasser ist wahrscheinlich Wulstan v. Winchester (man vgl. u. a. Vers 6 mit Vers 27 im Birinushymnus, Anal. Hymn. XLVIII, Nr. 2).

163. In Annuntiatione B. M. V.

1. Splendidus adventum Gabriel denuntiat almum.
   Veridicaque nitens Esaias voce resultat:
   Rorate, caeli, desuper
2. Inclita celsithroni fundentes germina Christi,
   et nubes pluant iustum,
3. Qui pius aeternum retinet sine tempore regnum;
   aperiatur terra
4. Virgo Maria virens, speciali munere gaudens,
   et germinet salvatorem.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Colleg. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (? Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A. XIV. C. — 2 micat (statt nitens) C. — 4 specialis munere gaudet C. — In A und B als „Item ad Repetendum nach dem Tropus „Germinis excelsi", bildet also vielleicht mit letzterem als 2. Repetitio ein Ganzes. — In C folgt als „ad Psalmum" noch Vers 4 aus letztgenanntem Tropus.

164. In Annuntiatione Beatae M. V.

1. Tellus arescit, non rore nec imbre madescit.
   Quid, nubes, agitis, aut quid, Olympe, facis?
   Rorate, caeli, desuper et nubes pluant iustum.
2. Non tellus germen defert, non femina semen;
   Virgo sit et pariat, clausa sit et pateat,
   aperiatur terra,
3. Pullulet in virgam Iesse generetque Mariam,
   Virga Nazarenum, virgo feratque Deum
   et germinet salvatorem.

Trop. ms. Casinense saec. 12. in. Cod. Casinen. 546. — Titel: „Annuntiatio sanctae Dei genetricis et virginis Mariae".

165. In Purificatione Beatae M. V.

1. O nova res, en, virgo venit, partum gerit, et nos
   Suscepimus, Deus, misericordiam tuam;
2. Quod non visuri patres cupiere, videmus
   In medio templi tui;
3. Rex pie, Christe, tuum sit nomen semper honestum,
   Secundum nomen tuum, Deus, ita et laus tua.

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. B. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. D. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. E. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. F. — Trop. ms. S. Aredii Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 903. G. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. H. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. I. — Trop. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449. K. — Trop. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1235. L. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. M.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. N. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. O. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.). Cod. Londinen. Calig. A XIV P.

1 Quem venit virgo partum (entstellter Anfang) K; en fehlt C; gerens GKL. — 3 Rex Christe pie KL. — NOI' bilden einen Cento; nämlich nach Vers 1 ist Vers 2 des Tropus „Eia nunc socii (Nr. 170) eingeschoben, nach Vers 2 der 3. Vers desselben Tropus; Vers 3 fehlt. Als „ad Psalmum" fungiert endlich der Anfangsvers von „Eia nunc socii".

166. In Purificatione B. M. V.

1. Pectore laudifluo decantet mysticus ordo:
   Suscepimus, Deus, misericordiam tuam,
2. Cum te perferret Simeon senilibus ulnis
   in medio templi tui;
3. Virgo te gremio portat, quem mundus adorat
   secundum nomen tuum, Deus;
4. Nam sicut est tibi virtus, honor, aeterna potestas,
   ita et laus tua in fines terrae;
5. Omnia, quae constant, tua sunt, dominator, et inde
   iustitia plena est dextera tua.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. D. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. E. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. F. — Trop. ms. S. Aredii Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 903. G. — Trop. ms. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. H. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. I. — Trop. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449. K. — Trop. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1235. L. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. M.

1 decantat LM, decantent G. — 2 Nunc te M. — 4 fehlt KLM. — 4 Nam tibi est tibi I: honor et aeterna FG. — 5 Omnia cunta(!) tua M: quae constat I, quam constat K; dominatur FG.

167. In Purificatione Beatae M. V.

1. Caelorum rex, advenisti, ut nos redimeres;
   Suscepimus, Deus, misericordiam tuam,
2. Quem Simeon senex placide suscepit in ulnis
   in medio templi tui;
3. Te laudant omnes, pariter cum voce resultant.
   secundum nomen tuum, Deus,
4. Tu totus dexter, iustus iudexque venturus,
   ita et laus tua in fines terrae.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. D. — Trop. ms. S. Martini Lemovicen. s. 11 in. Cod. Parisin. 1120. E. — Trop. ms. S. Aredii Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 903. F. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. G. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. H. — 1 ist sichtlich prosaisch. — 3 resultans ABD—H.

168. In Purificatione Beatae M. V.

Suscepimus, Deus, misericordiam tuam,

1. Christum, quem sacris hodie suscepit in ulnis
   Exsultans Simeon; plaudit et Anna simul
   in medio templi tui,
2. Sumpserat unde quidem carnis sub tempore formam
   secundum nomen tuum, Deus, ita et laus tua
3. Oribus orbigenum modulatur ubique locorum.

Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. — Hier als Fortsetzung zur rhythmischen Introductio „Adest alma virgo parens", (oben Nr. 27) woran sich in der Regel ein prosaischer Tropus anschliefst.

169. In Purificatione Beatae M. V.

1. Psallentem legimus David cecinisse prophetam:
   Suscepimus, Deus, misericordiam tuam,
2. Verbum incarnatum, legis sub lege magistrum,
   in medio templi tui
3. Oblatum, purum non munere purificandum:
   secundum nomen tuum, Deus, ita et laus tua
4. Artos et Hesperos, Auster et Eous
   in fines terrae.

Trop. ms. Nonantulense saec. 11 in Cod. Roman Vitt. Eman. 1343 (Sessor. 62). A. — Trop. ms. Nonantulense saec. 11. Cod Roman. Casanaten. 1741. (C IV 2) B. — Trop. ms. S. Benedicti Mantuani saec. 11. Cod Capit. Veronen. CVII (100). C. — Trop. ms. Bononiense(?) saec. 11. Cod. Roman. Angelic. 123 (B III 18). D. — 1 Psallentes ABD; propheta A. — 2 fehlt ABC. — 3 Oblatum puerum A. — 4 Aretos A, Areton C; Auster et Ortus A. — „In Purificatione s. Mariae" B.

170. In Purificatione Beatae M. V.

1. Eia nunc, socii, psallamus voce sonora:
   Suscepimus, Deus, misericordiam tuam
2. Corde, senex Simeon propriis quem sustulit ulnis
   in medio templi tui;
3. Maxima laetitiae concurrunt gaudia sanctae
   secundum nomen tuum, Deus, ita et laus tua etc.

Trop. ms. Augiense saec. 10 Cod. Bambergen Ed V 9. A. — Trop. ms. Moguntinum ?) anni 955–62. Cod Londinen. Add. 19 768. B. — Trop. ms. Prumiense saec. 10/11. Cod. Parisin. 9448. C. — Trop. ms. S. Arnulfi Metensis saec. 12. in. Cod. Meten. 452. D. — „Ex antiquissimo cod. S. Bavonis" (nach Pamelius, Liturg. II.) Georgius l. c. II. CXCIX E — 1 nunc fehlt E. — 2 quem tulerat vulnis D. — C fügt am Schlusse zur Einleitung der Repetitio noch den wandernden Hexameter bei: Eia, canendo sonos vasta modulamine dulces *Suscepimus* etc — In den beiden Winchester-Troparen ist aus vorstehendem Tropus und aus dem Tropus „*O nova res*" ein Cento gebildet, worüber die Anmerkung zu letzterem (Nr. 165) zu vergleichen.

171. In Purificatione B. M. V.

1. Plebs subiecta Deo, voces attolle canendo:
   Suscepimus, Deus, misericordiam tuam in medio templitui,
2. Quem Simeon vetulis vates complectitur ulnis
   secundum nomen tuum, Deus, ita et laus tua;
3. Tu Dominus caeli, tu rex quoque dicere mundi
   in fines terrae.

Trop. ms. Prumiense saec. 10/11. Cod. Parisin. 9448. A. — Trop. ms. Epternacense saec. 12. Cod. Parisin. 10510. B. — 1 attollendo canendo A. — 2 vetulus A.

172. In Purificatione. B. M. V.

1 a. Gaudeat
trium maximarum
pulchra machina rerum,
quia ineffabiliter
natus hodie
est in templo praesentatus:
Suscepimus Deus miser. tuam etc.

1 b. Laetetur
sancta theotocos
pollens germine nati.
et nos hodie pariter,
fratres, Domino
nunc gaudentes concinamus:
Magnus Dominus et laud. n. etc.

Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473.

232. In ss. Fabiani et Sebastiani.

1. Caelica sanctorum quod clamat turba sub ara,
   Affectu socio psallamus voce sonora:
   Intret in conspectu tuo, Domine, gemitus compeditorum;
2. Iudicii libram qui iusto pondere pensas,
   redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum;
3. Qui nullas sontum culpas patieris inultas,
   vindica sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. C. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. D. — Trop. ms. S. Aredii Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 903. E. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. F. — 1, 2 canora F. — 2 ponderet D. — Ist in ACDE als Commune Martyrum gebraucht; wohl richtig.

233. In ss. Fabiani et Sebastiani.

1. Suscipe sanctorum festivas, rex pie, laudes,
   Quas tibi concinimus psalmi modulando camenas:
   Intret in conspectu tuo, Domine,
2. Vox votumque chori, noster famulatus et omnis
   gemitus compeditorum;
3. Qui reddis bravium iustis in arce polorum,
   redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum;
4. Ultrici reprobos merito qui cuspide perdes,
   vindica sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. C. — Trop. ms. S. Aredii Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 903. D. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. E. — 1, 1 festivitas B. — 1, 2 psalmum E: canemus (st. camenas) B. — 2 Mox E; votumque noster tibi et (tibet C) famulatur et imnis (hymnis C) BC; votumque tibi nostrum A; famulatur AE. — 3 reddes DE; praemium D; iustis fehlt C; super astra (st. in sede) A. — 4 fehlt CD. — 4 Ultrice AB; meritos E. — In AE als Commune Martyrum.

234. In ss. Fabiani et Sebastiani.

1. Rex caelorum et terrestrium
   Praesul, per unicum filium
   Tuum tam gloriosum
   Intret in conspectu tuo, Domine, gemitus compeditorum; redde vicinis nostris septuplum
2. Iustis praemia digna ferens, nocuis quoque poenas
   in sinu eorum; vindica sanguinem sanctorum tuorum,
3. Martyrii cruor oblatus pie clamat ab ara,
   qui effusus est.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — 2 ferens noxiis A. — 3 Martyrum B; ablatus A.

235. In sancti Findani.

1. Ad missae laudes laeti procedite, fratres,
   Hac subit alta die curru Findanus Eliae,
   Cuius dicta lyra David meditatio mira.
   Personet absque mora nunc nostri carminis oda:
   Os iusti meditabitur sapientiam
2. Actibus implendo. non solum verba loquendo,
   et lingua eius loquetur iudicium;
3. Cor, quod habet, semper producit ad os sapienter;
   lex Dei eius in corde ipsius. V. Noli aemulari etc. Gloria patri et filio et spiritui sancto,
4. Est cui maiestas simplex et trina potestas,
   sicut erat in principio et nunc et semper etc.

Coll. ms. Rhenoviense saec. 11. Cod. Turicen. Rhenov. 20. (Mit Neumen). — Abschrift von Bannister.

236. In sanctorum Geminorum.

1. Quos trinum specimen deitati iure dicatum
   Sanctorum fratrum laetificat, vegetat,
   Gaudeamus omnes in D^o^, diem festum celebrantes sub honore sanctorum Geminorum,
2. Qui mala terrenae spernentes gaudia vitae
   Excipiunt laeti gaudia magna poli,
   de quorum sollemnitate gaudent angeli

3. Laetanturque suos concives scandere caelos,
Perfuga quos daemon traxerat ad barathrum,
et collaudant filium Dei.
4. Et nos connexi diversis partibus odas
Dicamus Christo, qui regit astra, Deo:
Gloria patri et filio et spiritui sancto.

Trop. ms. Aeduense saec. 10/11. Cod. Parisin. Arsen. 1169. — 1 „Quos“ bezieht sich auf „Gaudeamus omnes“.

237. In sancti Georgii.

1. Nos hodie laeti colimus tua festa, Georgi,
Psalmistae verbis psallentes carmina laudis:
Protexisti me, Deus, a conventu malignantium;
2. Gloria, Christe, tibi, qui me redimendo tulisti
a multitudine operantium iniquitatem.
Psalmus: Exaudi, Deus — animam meam.
3. Abscondere mihi laqueos, sed tu, via iusti,
Protexisti me, Deus, — operantium iniquitatem.
Gloria patri et filio — saecula saeculorum.
4. Haec est festa dies; nos gaudia mente ferentes,
Quod psalmista bonus cecinit, carmen repetamus:
Protexisti me, Deus, a conventu malignantium etc.

Trop. ms. Augiense saec. 10. Cod. Bambergen. Ed V 9. — Vor 3 steht ausdrücklich „Post Psalmum“; nach 3: „Protexisti .. Post Gloria ..“ und nach 4, 2 abermals „Protexisti“; also wurde der Introitus (vor dem Psalmvers) dreimal gesungen.

238. In sancti Geraldi.

1. Concinat, en, Domino noster nunc coetus ovanter
Carmine Davidico psallens in laude Geraldi:
Os iusti meditabitur sapientiam,
2. Lustrabit iugiter quae flagrans intima cuius,
et lingua eius loquetur iudicium,
3. Quo pie iustificet devotos iure perenni;
lex Dei eius in corde ipsius.

Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. C. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. D. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. E. — 1, 1 Concinate C. — 1, 2 Carmina C; laude Benedicti CD; die Störung des Metrums verrät die Adaptation. — 2 iugiterque flagrans E. — 3 devoto D; perennis DE.

239. In sancti Geraldi.

1. Concrepet alma cohors Christi nunc corde Geraldo,
   Mystice vox cuius Davidica fatur in odis:
   Os iusti meditabitur sapientiam,
2. Qua gaudebit opima ferens tunc praemia miles,
   et lingua eius
3. Virtute gratis Domini moderante superna
   loquetur iudicium,
4. Nos quo glorificet sacra munera dando, perennis
   lex Dei eius
5. Insignis precibus magni semper quia candet
   in corde ipsius.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. C. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. D. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. E. — 1, 1 corde Benedicti(!) CD: die Adaptierung auf Benedictus paßt nicht ins Metrum. — 4 glorifice C. — In C folgt als „Ad Gloria“: Laudibus alternis etc.

240. In sancti Geraldi.

1. Astrigera resonet, quo rite boemata scandit,
   Geraldi festum divina voce caterva:
   Os iusti meditabitur sapientiam,
2. Cuius in exemplo meruit pie vivere Christo,
   et lingua eius loquetur iudicium,
3. Mortalium dum corda suis secernit ab arvis;
   lex Dei eius
4. Aedificans alios verbi de rore superni
   in corde ipsius.

Die gleichen Quellen wie in der vorhergehenden Nummer. — 1, 1 rite dogmata scandi C. — 1, 2 Benedicti festum CD, eine das Metrum störende Adaptation. — 2 in exempla D. — 3 secerni C. — 4 Aedificant B; super[ni] C.

241. In ss. Gervasii et Protasii.

1. Verbum, pax, sapientia, qua sunt omnia facta,
   Et, homo, valde potens, a patris ore tonans,
   Loquetur Dominus pacem in plebem suam,
2. Quam qui servabunt, in ea sine fine manebunt,
   Omnia cum fuerit omnibus ipse suis,
   et super sanctos suos
3. Regnabit totus semper ubique Deus
   et in eos, qui convertuntur ad ipsum.

4. Praevidens psalmista
In futuro gesta
Salvatoris melliflua
Intonat laudibus dicens:
Loquetur Dominus pacem in plebem suam
Veniens ad iudicium
et super sanctos suos

5. Sedebit in aeternum
regnans cum illis;
et in eos, qui concertuntur
ad ipsum,

6. Exsultans gaudebit
in perpetuum.
Ps. *Benedixisti — Iacob.*
Gloria patri etc.

7. Verbum, pax, sapientia, qua sunt omnia facta,
Mirandae virtutis opus praestare suetus,
Eia, *Loquetur Dominus pacem etc.*

Passion. ms. S. Theoderici Remensis saec. 10/11. Cod. Vatican. Regin. 466. — 1, 2 Eb homo (El homo = Deus homo); der Reim potens — tonans bekundet den französischen Ursprung des Tropus. — 2, 2 ipse Deus (st. suis), zerstört den Binnenreim (cfr. Schluſs von 3). — Abschrift von Bannister.

242. In ss. Hermetis, Augustini, Pelagii.

1. Sanctorum festis hodie laetabitur orbis;
Unde canit psaltes de Christi munere gaudens;
Salus autem iustorum a Domino,
2. Viventes iuste qui vincunt, semper ab hoste
et protector eorum est,
3. Cum poenas passi succumbunt saepe dolori
in tempore tribulationis.
4. Nos pie cantando sanctos veneremur ovando
Quorum laus fertur, cum vatis vox iteratur:
Salus autem iustorum a Domino etc.
5. Psalmistae voces, socii, repetamus ovantes:
Salus autem iustorum a Domino etc.

Trop. ms. Augiense saec. 10. Cod. Bambergen. Ed V 9.

243. De sancto Ianuario.

1. Cantemus laeti, fratres, modulamine dulci,
Quae symmista Deo profert sic verba canendo:
Multae tribulationes iustorum,
2. De quorum numero praesul Ianuarius almo
Cum sociis poenas tolerabat corpore multas;
et de his omnibus liberavit eos Dominus,
3. Eruit ex gemino qui sanctos hoste cruento
Protegit ac fidei parma galeaque salubri:
Dominus custodit omnia ossa eorum,
unum ex his non conteretur.

Trop. ms. Augiense saec. 10. Cod. Bambergen. Ed V 9.

244. In sanctorum Innocentium.

1. Laudibus infantum resonemus cantica vatum:
   Ex ore infantium, Deus, et lactentium perfecisti laudem:
2. Nate Dei, clemens parvorum suscipe laudes,
   Qui tibi iam nato certarunt sanguine fuso
   propter inimicos tuos.

Trop. ms. Prumiense saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Parisin. 9448. A. — Trop. ms. Emmeramense anni 1024—36. Clm. Monacen. 14322. B. — Trop. ms. Emmeramense saec. $^{11}/_{12}$. Clm. Monacen. 14083. C. — Trop. ms. Emmeramense anni 1106—25. Clm. Monacen. 14845. D. — Trop. ms. S. Arnulfi Metensis saec. 12. in. Cod. Meten. 452. E. — Trop. ms. Aeduense saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Parisin. Arsen. 1169. F.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. G. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. H. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. I. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. K. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. L. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. M. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. N.

Trop. ms. Vedastinum saec. 11. Cod. Cameracen. 76 (75). O. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. P. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. Q.

Vers 1 fehlt bei der dritten Quellengruppe O—Q: auch A und F haben noch ein zweites Mal diesen Tropus, wo sie gleich mit Nate Dei beginnen; alsdann folgt auf 2, 1 der Introitustext: Ex ore infantium — laudem, und der Rest desselben nach 2, 2. — Die zweite Quellengruppe G—N hat statt Vers 1 den Hexameter:

Pangite iam, pueri, laudes et promite (depromite G) Christo;

das Fehlen des Binnenreims scheint zu bekunden, dafs dieser Hexameter ursprünglich nicht zu unserem Tropus gehörte. — P hat einen anderen Ersatz, nämlich:

Psallite nunc Christo, pueri, dicente propheta (s. Nr. 248);

hier fehlt abermals der Binnenreim. An anderer Stelle bietet uns P den oben vorgelegten Vers 1, bricht dann aber gleich nach demselben die Tropierung ab.

1 Laudibus insontum F: cantica vatis EFP. — 2, 1 Nati N; parvulorum G—N. — 2, 2 lautet in O:

Haec inter quae mira patras tu semper in orbe.

245. In sanctorum Innocentium.

1. Dicite nunc, pueri, psallentes carmina Christo:
   Ex ore infantium, Deus, et lactentium perfecisti laudem,
2. Sanguinem namque suum fudere nomini tuo
   propter inimicos tuos.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. D. — Trop. ms. S. Aredii Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 903. E. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. F. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod.

Parisin. 887. G. — Trop. ms. Aeduense saec. $10^{}11$. Cod. Parisin. Arsen. 1169. H. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. I. — Trop. ms. S. Benedicti Mantuani saec. 11. Cod. Capit. Veronen. CVII. (100). K. — Trop. ms. Placentinum saec. $11/12$. Cod. Capit. Placentin. 65. L. — Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. M. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. N.

1 Christe H. — Der Introitustext mit „Eia" eingeleitet MN. — 2 Sanguine namque suo K: fundere BL. — Dieser Tropus steht auch im Trop. ms. Vedastinum saec. 11. Cod. Cameracen. 76 (75), hat aber folgende Einleitung, die eigentlich bei den Introductiones Troporum stehen sollte:

Fac, Deus omnipotens, nos te laudare per aevum
Moribus infantum, laudes qui perficis ampla *Ex ore infantium etc.*

246. In sanctorum Innocentium.

1. Munera prima patri pueros, puer, hodie mittens
   Ex ore infantium et lactentium, Deus, perfecisti laudem.
2. Pulchrius in teneris censens sibi subdere fortes
   propter inimicos tuos.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. C. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. D. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. E. — Trop. ms. Aeduense saec. $10^{}11$. Cod. Parisin. Arsen. 1169. F. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. G. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. H. — Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. I. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. K. — Trop. ms. Glastoniense (? Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. L. — Trop. ms. Novaliciense saec. 11. Cod. Oxonien. Douce 222. M.

1 patris ACGI. — 2 censes CE, cernens BG; tibi subdere BC.

247. In sanctorum Innocentium.

1. Quam miranda facis, deitas, tibi munera laudis!
   Tu fidei dono ut maiorum pectora firmes,
   Ex ore infantium, Deus, et lactentium perfecisti laudem;
2. Ut destructa premas inimici tela potenter,
   Sancti purpureas mittunt super aethera laudes
   propter inimicos tuos.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 11. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. S. Aredii Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 903. C. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. D. — Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. E. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. F. — Trop. ms. Glastoniense (? Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. G. — Trop. ms. Novaliciense saec. 11. Cod. Oxonien. Douce 222. H. — 1, 1 factis B; munere C; laudum E—H. — 1, 2 donum DFG, in E korrigiert zu dono, dona C; pectore D. — 2. 1 destructat B; premat A—G. — 2, 2 purpuretis B; super fehlt B.

248. In sanctorum Innocentium.

1. Psallite nunc Christo, pueri, dicente propheta:
   Ex ore infantium, Deus,
2. Qui mortem tolerare suam pro corpore Christi,
   eia, *et lactentium perfecisti laudem pr. inimicos tuos.*

Trop. ms. Aeduense saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Parisin. 1169. A. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. B. — 2 fehlt B; statt dessen: Nate Dei clemens etc. (s. Laudibus infantum Nr. 244).

249. In sanctorum Innocentium.

1. Pange prophetali puerorum voce caterva:
   Ex ore infantium, Deus
2. Christe, tibi praeclara boat super astra camena,
   et lactentium
3. Sanctorum recolens pariterque gesta piorum;
   perfecisti laudem,
4. Qua pueros pateris sanctos per saecla beari
   propter inimicos tuos.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084.

250. In sanctorum Innocentium.

1. Inclita vox resonet puerili carmine Christo,
   Martyrialis ovans cui laus iubilando fatetur:
   Ex ore infantium, Deus,
2. Virgineae quem glorificant voces beatorum,
   et lactentium,
3. Omnipotens cunctis niteat virtus ut honestis,
   perfecisti laudem,
4. Quam puerile decus reboat tibi, Christe, sub ara
   propter inimicos tuos.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. — 2 Virginea te.

251. In Octava Innocentium.

1. Mentibus intentis resonemus carmina laudis
   Et cum psalmista dicamus voce sonora:
   Ex ore infantium, Deus, et lactentium
   perfecisti laudem propter inimicos tuos.
2. Nunc, fratres, cnesis repetamus verba salutis,
   Quae psaltes regi sic fert cantanda perenni:
   Ex ore infantium etc.

Trop. ms. Augiense saec. 10. Cod. Bambergen. Ed V 9.

252. In Nativitate s. Iohannis Bapt.

1. Ad demonstrandum praeclari luminis ortum
   Personam tenens Eliae voce fideli
   De ventre matris meae vocavit me Dominus nomine meo,
2. Cui possem praeparare viam plebemque perfectam,
   et posuit os meum ut gladium acutum;
3. Canat novo digne, pereant ut crimina bello:
   sub tegumento manus suae protexit me,
4. Illi perfectam quo possem subdere plebem,
   et posuit me quasi sagittam electam.
5. Turba fidelis ovans casto de pectore clamet:
   Ps. Bonum est confiteri Domino.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. D. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. E. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. F. — Trop. ms. S. Aredii Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 903. G. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. H. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. I. 1, 1 demonstrandam F. — 1, 2 fehlt C. — 2 fehlt EG, statt dessen in G: „Quo populum relevans zabuli de morte redemit. — 3 digno AE; pereat BC; der Vers scheint überhaupt verderbt zu sein: 1: Cantat digne, novo etc.? — 4 quo posse sudere I: pectore clamat FGH, cantet BCD. — Statt 5 in G: Iohannes est hic Domini etc. (Nr. 46).

253. In s. Iohannis Baptistae.

1. De sterili genetrice satus Baptista beatus
   Vocibus his populos adfatur in ordine cunctos:
   De ventre matris meae vocavit me Dominus
2. Constituendo super gentes regna quoque cuncta,
   Rite prophetali complevit pneumate necne
   posuit os meum ut gladium acutum,
3. Hostiles fremitus valeam quo vincere semper
   Ac merear claros ex his retulisse triumphos;
   sub tegumento manus suae protexit me
4. Atque dedit, lux clara suis ut gentibus essem,
   Donec adoratum referam per omnia Christum.
   et posuit me quasi sagittam acutam.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. C. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. D. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. E. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. F. — 1, 2 populo AD; vates (st. cunctos) F. — 4, 1 clara satis in gentibus A.

254. In Nativitate s. Iohannis Bapt.

1. Iste puer magnus (propheta) vocatus ab utero matris;
   Nam dicit ipse: *De ventre matris meae vocavit me Dominus* nomine meo *et posuit os meum ut gladium acutum*
2. Ieremiae more quondam vatis venerandi;
   sub tegumento manus suae protexit me
3. Parcere pacificis et debellare superbos,
   et posuit me quasi sagittam electam.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. B. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. C. — 2 und 3 fehlen C. — 3 Carcere A.

255. In Nativitate s. Iohannis Bapt.

1. Aeterno genitus genitore ex tempore Christus
   In medio ecclesiae aperuit os eius
2. Pectoris atque sacri pandit mysteria sancta,
   et implevit eum Dominus spiritu sapientiae et intellectus:
3. Mentibus ergo piis cantemus, quaeso, Deo, qui
   stolam gloriae induit eum.
4. Omnes voce Deo cantate et psallite corde;
   Bonum est confiteri Domino etc.

Trop. ms. Nonantulense saec. 11. in. Cod. Vitt. Eman. 1343 (Sessor 62). A. — Trop. ms. Nonantulense saec. 11. Cod. Bononien. 2824 B. — Trop. ms. Nonantulense saec. 11. Cod. Casanaten. 1741 (C IV 2) C. — Trop. ms. Bononiense(?) saec. 11. Cod. Angelic. 123 (B III 18). D. — 1 genitorem D; Wortstellung ist sehr gezwungen: Aeterno tempore ex genitore genitus Christus. — 2 atque suis pandit mysteria sanctis D (wahrt freilich den Binnenreim; aber der Context!). — 3 cantemus ergo Deo AB.

256. In Nativitate S. Iohannis Bapt.

1. Clausus adhuc alvo spiramine repleor almo:
   De ventre matris meae vocavit me Dominus nomine meo,
2. Quem nondum natum novi non natus et ipse,
   et posuit os meum ut gladium acutum,
3. Ut via sint rectis mea famina, virga superbis;
   sub tegumento manus suae protexit me,
4. Ne vim terroris mihi quilibet ingerat hostis,
   et posuit me quasi sagittam electam.

Miss. ms. Casinense saec. 11/12. Cod. Vatican. Ottob. 303. A. — Miss. ms. Casinense(?) saec. 12. Cod. Vatican. Ottob. 576. B. — 3 und 4 fehlen A.

257. De s. Iohanne Baptista.

1. Iste puer magnus, quem nunc colit undique mundus,
   Matris de ventre vocitatur vate canente:
   De ventre matris meae vocavit me Dominus nomine meo
2. Atque suum tandem me fecerat esse praeconem,
   Et posuit os meum ut gladium acutum.

Trop. ms. Augiense saec. 10. Cod. Bambergen. Ed V 9. — Als „Ad Repetitionem“. Irrtümlich steht vor 2 „Post Gloria“; dadurch würde 2 aus dem Context gerissen.

258. In Nativitate s. Iohannis Bapt.

1. In summi laude regis, vox consona, plaude
   Cum praecursore laetanter in eius honore:
   De ventre matris meae vocavit me Dominus nomine meo,
2. Qui sic formavit, praenovit, sanctificavit
   Me nondum natum, mundi tulit ille reatum
   et posuit os meum ut gladium acutum:
3. „Non licet uxorem te fratris habere“; timorem
   Sic postponebam et Herodem corripiebam;
   sub tegumento manus suae protexit me,
4. Ensis ob horrorem non permisit superari
   Me, sed victorem voluit plus glorificari,
   et posuit me quasi sagittam electam.
5. Maior es in natis mulierum, virginitatis
   Signifer, athleta, doctor, baptista, propheta
   Bonum est confiteri Domino et psallere nomini tuo, altissime.
6. Digne laudaris, altissime, qui veneraris
   In te sperantes, festum praesens celebrantes:
   Gloria patri et filio et spiritui sancto etc.
7. O flos iustorum, Iohannes, regula morum,
   Fac nos laetari nunc post mortemque beari.

Trop. ms. Sangallense saec. (11. et) 13. Cod. Sangallen. 382. — 2, 2 Te. — 3, 2 postponebas — corripiebas. — 4, 2 Te. — Durch das Einfügen der zweiten Person wäre der Context mit dem Introitus völlig zerstört. — Dieser lange Tropus mit völlig durchgeführtem reinen Reim (Binnenreim) ist doppelt interessant, weil Introitustropen aus dem 13. Jahrhundert und erst recht aus St. Gallen eine grofse Seltenheit sind.

259. In Nativitate s. Iohannis Bapt.

1. Quem prophetae cecinere
   Agni fore praecursorem,
   De ventre matris meae vocavit me Dominus nomine meo,

2 a. Honestavit
verbum suum ore meo
et posuit os meum ut gladium acutum, ... protexit me

2 b. Constituens
me super gentes et regna
quasi sagittam electam.

Trop. ms. Moguntinum(?) saec. 10. Cod. Londinen. Add. 19768. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. B. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. C. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11 ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. D. — 1, 1 praedixere (st. cecinere) D — 2b, 2 me inter A. — In A und B als „Ad Repetendum“ nach dem nicht symmetrisch gebauten Tropus „De utero genetricis meae me vocavit etc.“

260. In s. Iohannis Baptistae.

1. Cunctae gaudentes simul haec attendite gentes:
   De ventre matris meae vocavit me Dominus
2. Ad danda nobis vitae praecepta salubris
   et posuit os meum ut gladium acutum,
3. Ut verbo resecem pravos a sorte bonorum;
   sub tegumento manus suae protexit me
   et posuit me quasi sagittam electam.

Trop. ms. Moguntinum(?) anni 955—62. Cod. Londinen. Add. 19768. A. — Trop ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. B. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. C. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV D. — 2 ad dandam ABC: vobis vitae A. — 3 ab sorte D: honorum A. — In B und C als „ad Repetendum“: in D folgt als „ad Psalmum“: Praescius olim sermo prophetalis ortum praecursoris vaticinando dixit: „Bonum est confiteri Domino“ etc.

261. In s. Iohannis Baptistae.

1. Vatum firma fides, regis baptista, Iohannes,
   Ex utero sterili narrant praeconia Christi:
   De ventre matris meae
2. Post longum senium insperato germine foetae
   vocavit me Dominus nomine meo,
3. Qui quondam Moysi dixit „te ex nomine vidi“,
   et posuit os meum ut gladium acutum,
4. Ut resecem valide perversi dogmatis acta;
   sub tegumento manus suae protexit me,
5. Ne feritas saevi valeat me sternere mundi;
   posuit me quasi sagittam electam.

Trop. ms. Glastoniense (? Cantuariense) saec. 11. ex (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. — 2 inspirato.

262. In Decollatione s. Iohannis Bapt.

1. Sacra melodimata recinendo clangite cuncti.
   Nempe quae en angelica de Iohanne pertonat tuba:
   Iohannes autem, cum audisset in vinculis opera Christi,
2. Quem digito populis indicit latice baptizatum,
   Nosse cupit, ipsum debeat inferis nuntiare,
   mittens duos de discipulis suis ait illi: Tu es, qui venturus es,
3. Homo verus Deusque verax, redemptio mundi
   Et qui cuncta tenens aequo libramine pensas,
   an alium exspectemus?

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. C. — 1, 2 personat B.

263. In Decollatione s. Iohannis Bapt.

1. Qui te praecurrit, Iesu, nascendo, Iohannes,
   Vox verbi, testis lucis monstrator et agni,
   Gloria et honore coronasti eum,
2. Qui nec tartareos dubitat terrere ministros,
   et constituisti eum
3. Maiorem natis mulierum laude levando
   super opera manuum tuarum, Domine.
   Quam admirabile est nomen tuum in universa terra,
4. Per quam sanctus iste viam (tibi) parari suasit
   Ac praeco monuit.

Trop. ms. Mindense anni 1024. Cod. Berolinen. Theol. IV 11. — (Es folgt Gloria. Amen. Also Introitus, aber nicht mehr jetzt so gebräuchlich.)

264. In Vigilia s. Iohannis Evang.

Ego autem sicut oliva fructifera in domo Domini;

1. Hoc mihi donaverat, qui vera constat oliva;
   speravi in misericordia Dei mei,
2. Qui me praeveniens lucidis immiscuit astris,
   et exspectabo nomen tuum
3. Et praepotens spatium caeli terraeque gubernans,
   quoniam bonum est ante conspectum sanctorum tuorum.

Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV.

265. In s. Iohannis Evangelistae.

1. Gratia celsa Dei Iohannis pectus adimplens
   In medio ecclesiae aperuit os eius,
2. Unde salutiferae fluxerunt dogmata vitae,
   et implevit eum Dominus spiritu sapientiae et intellectus,
3. Hocque docente patris docuit verbum caro factum;
   stolam gloriae induit eum.

Trop. ms. Moguntinum(?) anni 955—62. Cod. Londinen. Add. 19768. A. — Trop. ms. Augiense saec. 10. Cod. Bambergen. Ed V 9. B. — Trop. ms. Prumiense saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Parisin. 9448. C. — Trop. ms. S. Arnulfi Metensis saec. 12. in. Cod. Meten. 452. D. — Trop. ms. Epternacense saec. 12. Cod. Parisin. 10510. E.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. F. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. G. — Trop. ms. Vedastinum saec. 11. Cod. Cameracen. 76 (75.) H. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. I.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. K. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. L. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. M. — Trop. ms. Bononiense(?) saec. 11. Cod. Angelic. 123 (B III 18). N. — Trop. ms. Casinense saec. 12. in. Cod. Casinen. 546. O.

2 Inde E: fluxere A. — 3 Hoc quoque D. — In B folgt als „ad Repetendum“: Ecce, iam Iohannis adest (Nr. 49); in G als „ad Gloria“:

In genitore manens verbum cum pneumate pandit: *Gloria etc.*,
(cfr. Anm. zu Nr. 267)

und darauf als „Ad Repetendum“:

Omnia concludens verbi virtute (Hs. divini) creata (cfr. Anm. zu Nr. 266).

266. In s. Iohannis Evangelistae.

1. Caelica caelesti decantent verba Iohanni:
   In medio ecclesiae aperuit os eius
2. Aurea pro meritis sustollens regna polorum,
   et implevit eum Dominus spiritu sapientiae et intellectus
3. Principium reserans trinum deitatis sed unum,
   stolam gloriae induit eum.

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. B. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. D. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. E. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. F. — Trop. ms. S. Aredii Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 903. G. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. H. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. I. — Trop. ms. Aeduense saec. 10/11. Cod. Parisin. Arsen. 1169. K. — Trop. ms. Vedastinum saec. 11. Cod. Cameracen. 76 (75). L. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. M.

Trop. ms. Prumiense saec. 10/11. Cod. Parisin. 9448. N. — Trop. ms. S. Benedicti Mantuani saec. 11. Cod. Capit. Veronen. CVII (100). O. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. Cod. Londinen. A XIV. P.

1 caelestem BFGK—P; decantant N; verbi C; Iohannem FK—O, Iohannis EG. — 2 sustollant O; verba Iohannem (st. regna polorum; cfr. 1) NO. — 2 fehlt K. — 2 und 3 umgestellt N. — 3 summum (st. trinum LM), summus P; deitatis et unum BDFGK—NP. — 3 fehlt in O; statt dessen:

Omnia concludens verbi virtute creata;

eben dieser Hexameter auch in K; in B folgt derselbe nach 3 als „ad Repetendum“; in I steht er an anderer Stelle als Introductio; in E und H bildet er den Anfang eines selbständigen Tropus, indem nach dem Introitustexte „sapientiae et intellectus“ der weitere Hexameter folgt:

Quem dilexit amans divino pneumate plenum,
stolam gloriae induit eum.

267. In s. Iohannis Evangelistae.

1. Iohannem Christus potiore sacravit amore,
   Gaudia cuius ovans ordo sacer reboat:
   In medio ecclesiae aperuit os eius
2. De sacro potans in cena pectore gratis,
   et implevit eum Dominus spiritu sapientiae et intellectus,
3. Virgo sequens Dominum quoniam dilectior haesit:
   stolam gloriae induit eum.

Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod Parisin. 1118. A. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. B. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. C. — 1. 1 potiora sacro amore A. — 1, 2 roboant A, roboat B. — 2 sacro portans A; in cenam BC, gratum A, gratu C. — 2 und 3 umgestellt BC (vielleicht das Richtige). — 3 dilectior est (st. haesit) A. — In C folgt nach 3:

In genitor[e] manens verbum cum pneumate pandit (cfr. Nr. 265. Anm.).

268. In sancti Iohannis Evang.

1. Virgine qui natus praetexit honorem Iohanni,
   Obsequio laudis pange, sacrate chorus:
   In medio ecclesiae aperuit os eius:
2. Hausit ab aeterno, pateant quae, fonte fluenta,
   et implevit eum Dominus spiritu sapientiae et intellectus.
3. Quis sileat hominum, quantum decoravit amicum?
   Stolam gloriae induit eum.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. — 1 Virgine conatus; Iohannis.

269. In s. Iohannis Evangelistae.

1. Splendor lucis, honor summa et sapientia, Christus
   In medio ecclesiae aperuit os eius
2. Alta sibi sancta reserans mysteria legis,
   et implevit eum Dominus spiritu sapientiae et intellectus,
3. Orbita quo vasti regitur spiramine mundi;
   stolam gloriae induit eum.

Trop. ms. Bononiense(?) saec. 11. Cod Roman. Angelic. 123 (B III 18). — Es folgt am Schlusse als „ad Gloria“: Gloria trinitatis devota, fratres, psallite voce(s): Gloria patri etc.

270. In ss. Iohannis et Pauli M. M.

1. De nece carnificum, variis magnisque flagellis,
   Fustibus et clavis, lymphis et laribus acris, —
   Multae tribulationes iustorum, —
2. Incibus, plagisque flagrisque fameque sitique,
   de his omnibus liberavit eos Dominus,
3. Tres pueros quondam qui solvit ab ignis odore;
   Dominus custodit omnia ossa eorum,
4. Os, nares, aures, oculos, dentesque capillos,
   unum ex his non conteretur.

Trop. ms. Augiense saec. 10. Cod. Bambergen. Ed V 9. — 3 ignis odore. — 4 dentesque fehlt. — Zur Repetition „post psalmum“ folgt als prosaische Introductio: „Hodie gloriosa martyrum sollemnia celebrantes dignissime in eorum laude proclamemus: Multae tribulationes“ etc.

271. In sancti Iuliani.

1. Devicit zabulum quoniam virtute superna,
   Laetabitur iustus in Domino,
2. Coniunctus supero gaudebit in aethere Christo
   et sperabit in eo
3. Inque Sione celsa nova laus cantabitur illi,
   et laudabuntur omnes recti corde.

Trop. ms. S. Martini Masciacensis(?) saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Vatican. Regin. 222.

272. In s. Iusti Martyris.

1. Ecce, dies venerandus adest, dicamus ovantes:
   Gaudeamus omnes in Domino diem festum celebrantes,
2. Quem statuere patres antiqui rite colendum
   sub honore sancti Iusti martyris, de cuius sollemnitate gaudent angeli
3. Et iubilant pariter mortales omne per aevum,
   et collaudant filium Dei. — Misericordias Domini etc. — Gaudeamus omnes in Domino,
4. Cuius et in pueris renitet clarissima virtus,
   diem festum celebrantes,
5. Sollemnem caelis, dantem quoque gaudia terris,
   sub honore sancti Iusti martyris,
6. Qui mundum mundique minas devicerat infans,
   de cuius sollemnitate gaudent angeli et collaudant filium Dei.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. C. — 1 ovanter C. — 6 Qui mundo, korrigiert zu mundum A. — 3, 2 Nach dem Psalmvers „Misericordias Domini“ etc. folgt die erste untropierte Repetition des Introitus, alsdann „Gloria patri etc., darauf die zweite Repetition des Introitus mit der Tropierung Vers 4 ff. — In C steht an erster Stelle Vers 4—6, dann 1—3.

273. In sancti Laurentii.

1. Vox Domino laudem ferat, actio sancta decorem:
   Confessio et pulchritudo in conspectu eius,
2. His caelum geminis scandit Laurentius alis,
   sanctitas et magnificentia in sanctificatione eius.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. S. Martini Masciacensis(?) saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Vatican. Regin. 222. C. — Trop. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449. D. — Trop. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1235. E. — Trop. ms. Vedastinum saec. 11. Cod. Cameracen. 76 (75). F. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. G.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. H. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. I. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. K. — Trop. ms. Emmeramense saec. 11/12. Clm. Monacen. 14083. L. — Trop. ms. S. Arnulfi Metensis saec. 12. in. Cod. Meten. 452. M.

1 Domini CDE; decore K. — Nach 2 fährt C fort:

Ex quibus ornatus flammas superavit acerbas *in sanctificatione eius.*
Psallite, qui cernens Christum deposcit ab illo(!): *Cantate Domino etc.*

In B steht obiger Tropus als „ad Repetendum" nach: „Laudemus Dominum" (Nr. 275), in DE als „ad Psalmum", aber der Psalmtext und der tropierende Text passen nicht zueinander.

274. In sancti Laurentii.

1. Lauream regni tenet levita Laurentius, ecce,
   Confessio et pulchritudo in conspectu eius,
2. Cultibus divinis fulget christicola Dei;
   sanctitas et magnificentia
3. Torrida carne nitet, abundat passio vera
   in sanctificatione eius.

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. B. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. D. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. E. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. F. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. G. — Trop. ms. S. Aredii Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 903. H. — Trop. ms. S. Martini Masciacensis(?) saec. 10/11. Cod. Vatican. Regin. 222. I. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. K. — Trop. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449. L. — Trop. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1235. M. — 2 pollens (st. fulget) AILM. — 3 carnis BFGHK; abundet AH, abunda LM. —

Zwischen 1 und 2 schiebt I ein:

Caelestis in laude chori quia rite resultat
in conspectu eius (s. Nr. 275, Vers 2).

275. In sancti Laurentii.

1. Laudemus Dominum, cuius replet ordine mundum
   Confessio, et pulchritudo,
2. Caelestes in laude chori quia rite resultant
   in conspectu eius.
3. Haec tibi, Laurenti, flammas superare dederunt:
   sanctitas et magnificentia.
4. Unde coronatus lauro sine fine triumphat
   in sanctificatione eius.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. S. Martini Masciacensis(?) saec. 10/11. Cod. Vatican. Regin. 222. C. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. D. — Trop. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449. E. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin.

13252. F. — Trop. ms. Wintoniense saec 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. G. — Trop. ms Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. H. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. I

1 replet carmine E. — 2 fehlt C; steht dort im Tropus Lauream regni (Nr. 274). — 2 resultat H1: in G zu resultat korrigiert. — 2 und 3 umgestellt E. — 4 Inde AB.

276. In sancti Laurentii.

1. Grata Deo nimium sunt ista, propheta fatetur,
   Confessio et pulchritudo in conspectu eius;
   sanctitas et magnificentia,
2. Haec gemina retulit Domino Laurentius acta
   in sanctificatione eius.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. B. — Trop. ms. S. Martini Martialensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120 C. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. D. — 1 fatentur D.

277. In sancti Laurentii.

1. Qui caelique maris Deus est et conditor orbis,
   Gloria cum superis ipsi debetur et omnis;
   Confessio et pulchritudo in conspectu eius,
2. Ex quo procedit pietas virtusque fatendi,
   Ne fidus miles saevo superetur ab hoste,
   sanctitas et magnificentia;
3. Quidquid enim sanctum constat magnumque piorum,
   Illius est largo concessum munere totum
   in sanctificatione eius.

Trop. ms. S. Martini Masciacensis(?) saec. 10/11. Cod. Vatican. Regin. 222. A. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. B. — Trop. ms. S. Benedicti Mantuani saec. 11. Cod. Capit. Veronen. CVII (100). C. — Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. D. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. E. — 1, 1 Qui caeli terraeque ACDE (gegen den Binnenreim). — 1, 2 cum super his ipsi debentur C

278. In sancti Laurentii.

1. Adest alma dies, sancto decorata triumpho
   Laurentii sancti, ideo modulemur ovantes:
   Confessio et pulchritudo
2. Est, ubi pro meritis Laurentius hic coronatus,
   sanctitas et magnificentia,
3. Qui levita sacer flammas superavit atroces
   in sanctificatione eius.

Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV.

279. In sancti Laurentii.

1. En, tua, Laurenti, colimus sollemnia prompti
   Obnixa summum mente colendo Deum.
   Confessio et pulchritudo in conspectu eius,
2. Laus et honor, iubilatio atque decus,
   Sanctitas et magnificentia,
3. Quae sua martyribus praebet fomenta locandis
   In sanctificatione eius.

Trop. ms. Augiense saec. 10. Cod. Bambergen. Ed V 9. A. — Trop. ms. Prumiense saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Parisin. 9448. B. — Trop. ms. Mindense anni 1024. Cod Berolinen. Theol. IV 11. C. — 2 Laus honor et B; dieser Vers scheint verstümmelt zu sein.

280. In sancti Laurenti.

Confessio et pulchritudo in conspectu eius,
1. Astra poli dum conscendit iam morte devicta;
   sanctitas et magnificentia
2. Victricem meruit palmam sertamque micantem
   in sanctificatione eius.

Trop. ms. Nonantulense saec. 11. in. Cod. Vitt. Eman. 1343 (Sessor. 62). A. — Trop. ms. Nonantulense saec. 11. Cod. Bononien. 2824. B. — Trop. ms. Nonantulense saec. 11. Cod. Casanaten. 1741 (C IV 2). C. — Trop. ms. S. Benedicti Mantuani saec. 11. Cod. Capit. Veronen. CVII (100). D. — 1 Astra caeli BD. — 2 palma sertaque micante B. — In D als „Ad Repetendum“ nach Qui caeli (Nr. 277).

281. In sanctae Luciae.

1. Sic regni statuis leges, sic cuncta coerces:
   Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem,
2. Omnibus haec imitanda piis exempla relinquens;
   propterea unxit te Deus tuus oleo laetitiae,
3. Qui sibi condignam delegit te fore sponsam
   prae consortibus tuis.

Trop. ms. S. Arnulfi Metensis saec. 12. in. Cod. Meten. 452. A. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV B. — 2 tuis (st. piis) B. — 3 fehlt B. — In B ist der Tropus de Communi Virginum.

282. In sancti Maglorii.

1. Quem caeli cives, terris veneramur ovanter,
   Votiferi celebre solvamus concine laudum:
   Statuit ei Dominus testamentum pacis,
2. Qui sibi principium vitae finemque sacravit;
   et principem fecit eum,
3. Liberius solitum quo posset solvere censum,
   ut sit illi sacerdotii dignitas,
4. Quem commendabat meritis collata potestas
   in aeternum.

Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. B. — Trop. ms. Glastoniense (? Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. C. (unvollständig). — 1. 2 celebri C; laudem korrigiert zu laudum B. — 2 vitae fehlt A; finemque servavit A. — 3 solidum quo possit reddere pensum B. — In BC als de Communi Confessoris.

283. In sancti Marci.

1. Conveniunt sancto certanti carmina Marco,
   Quae David cecinit, cum talia verbula fudit:
   Protexisti me, Deus, a conventu malignantium, a multitudine operantium iniquitatem. Psalmus: *Exaudi, Deus, orationem etc.*
2. Hoc valet audenter iustus resonare frequenter;
   Cum se cognoscat protectum corpore, dicat:
   Protexisti me, Deus, a conventu malignantium etc.

Trop. ms. Augiense saec. 10. Cod. Bambergen. Ed V 9. — Vor 2 „Post Psalmum.“

284. In sancti Martialis.

1. Martialem duodenus apex quia iure beavit,
   Statuit ei Dominus testamentum pacis,
2. Quem primum novit tellus Aquitanica patrem,
   et principem fecit eum
3. Lemovicam sedem tanto pastore perornans,
   ut sit illi sacerdotii dignitas
4. Et faciat claram crebris virtutibus urbem
   in aeternum.

Trop. ms. Martialense anni. 933—36. Cod. Parisin. 1240 add. saec. 10. A — Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084; bis: B^1; B^2. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. D. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. E. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. F. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. G. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. H. — Trop. ms. S. Aredii Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 903. I. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. K.

1 fehlt A; statt dessen Vers 1 vom folgenden Tropus; dort umgekehrt der erste Vers der Anfang des vorstehenden Tropus. — 2 Aquitanicam FI. — 3 pastorem GI. — 4 Ut GIK. — Als Introitustext in H: Probavit (s. Nr. 295); derselbe über Rasur nachgetragen in D und F. Bekanntlich gibt dieser Umstand einen Anhaltspunkt für die genauere Bestimmung des Alters jener Codices (cfr. Gautier, I, p. 88 sq.).

285. In sancti Martialis.

1. Martialis meritum quia fulsit in agmine privum,
   Statuit ei Dominus testamentum pacis
2. Plebs Aquitana suum gliscens hunc esse monarchum,
   et principem fecit eum:
3. Lemovicae genti primus nova dogmata sparsit,
   ut sit illi sacerdotii dignitas,
4. Quo Christo genitos faciat super astra beatos
   in aeternum.

Die gleichen Quellen wie beim vorhergehenden Tropus. — Vers 1 in A: Martialem duodenus etc. (s. Nr. 284 u. Anm.) — 1 agmine primum I. — 2 Gens Aquitana EH. — 3 gentes C, gentis BFGIK, plebi DEH. — Introitustext „Probavit“ EH, als Korrektur D, ausradiert F.

286. In sancti Martialis.

1. Martialis Dominum quia gessit pectore Christum,
   Statuit ei Dominus testamentum pacis,
2. Lucis in arce locans ipsum sua vota Lemovix.
   et principem fecit eum;
3. Primus in occiduis fidem sparsit trinitatis.
   ut sit illi sacerdotii dignitas.
4. Hoc tellus Aquitana nitet doctore, magistro
   in aeternum.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084; bis: A^1, A^2. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. (über Rasur saec. 11). C. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. D. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. E. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. F. — 1 quia iessit D. — 3 in orbe locans A^1. — Introitustext „Probavit“ CF.

287. In sancti Martialis.

1. Sedibus externis advenit praesul hic almus;
   Sortis apostolicae quia Martialis fuit unus,
   Statuit ei Dominus testamentum pacis.
2. Hic pater eximius Aquitanica rura peragrans,
   et principem fecit eum,
3. Spermologus populis diffudit semina verbi,
   ut sit illi sacerdotii dignitas,
4. Fonte sacro tinctos post haec benedicit ovanter
   in aeternum.

Die gleichen Quellen wie beim vorhergehenden Tropus. — 1, 1 Sedibus hesternis A^1A^2D, esternis E: praesul ausradiert D, pastor (st. praesul) BCF. — 1, 2 fehlt E; ist tatsächlich der Anfang eines eigenen Tropus (s. folgende Nummer). — 3 Sparmologus A^1A^2, Sparmologis D, Sparmo logus E. — 4 Fonte sacra A^1A^2; post hoc A^1A^2; benedixit A^1. — Introitustext „Probavit“ in B (über Rasur) CF.

288. In sancti Martialis.

1. Sortis apostolicae quia Martialis fuit unus,
   Statuit ei Dominus testamentum pacis,
2. Primus et occiduum Christo generavit hic arvum.
   et principem fecit eum;
3. Est et apostolico fulgorus in agmine praesul.
   ut sit illi sacerdotii dignitas in aeternum.

Trop ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. D. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. E. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. F. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. H. — 1 Fortis, korrigiert zu Sortis F. — 3 apostolicae G; fulgoris ABCEFH; agmine pater E, doctor G. — Introitustext „Probavit" in DG; ebendort nach Vers 3: Ecce sanctumque Deus (decus G) elegit Martialem apostolum, gaudent angeli et archangeli, exsultat chorus apostolorum et omnes sancti. Gloria patri etc. Man erkennt deutlich diese Zusätze als aus jener Zeit stammend, in welcher der hl. Martial zum Apostel Frankreichs ernannt war.

289. In sancti Martialis.

1. Inclitus hic rutilo celebratur stemmate praesul;
   Plebs veneranda fratrum, modulando canamus in unum;
   Statuit ei Dominus testamentum pacis,
2. Quemque summus heros ditavit munere summo
   et principem fecit eum
3. Ecclesiae propriae firmans per saecla patronum,
   ut sit illi sacerdotii dignitas
4. Et decus, splendor, ovans vita requiesque beata
   in aeternum.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. D. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. E. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909 F. — Trop ms. Moissiacense saec 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. G. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV H. — 1, 1 celebremus H; schemate BF; Martine (st. praesul) H. — 1, 2 veneranda patre H. — 2 fehlt H, statt dessen: Et tibi, Christe, decus ditasti munere summo. — 2 summus cheros G, sumus heres B, hac ipsa (?statt heros) F. — 3 Ecclesiam proprio H; patrono H. — 4 Et decus ore pio caelum super esse rogasti H. — In H Adaptierung auf den hl. Martinus, in F auf den hl. Austriclinianus. — Der Introitustext ist ausradiert in D.

290. In sancti Martialis.

1. Plebs devota Deo, nostrum nunc suscipe carmen;
   Nempe virum colimus, de quo sapientia fatur:
   Statuit ei Dominus testamentum pacis
2. Extulit atque suis coram altaribus almis,
   et principem fecit eum
3. Lemovicis famulum statuens dicare patronum,
   ut sit illi sacerdotii dignitas in aeternum.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121; bis: C^1; C^2. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin 909. (über Rasur: saec. 11). D. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec 11. in. Cod. Parisin. 1120. E. — Trop. ms.

S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. F. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. G. — 1, 2 virum novimus A; de quo sacra verba profantur CDF. — 2 und 3 fehlen ABC¹DG. — Introitustext „Probavit“ DF.

291. In sancti Martialis.

1. Ipse est Martialis Domini praecelsus alumnus, —
   Statuit ei Dominus testamentum pacis, —
2. Israelis quem stirpe Deus rex ipse vocavit,
   et principem fecit eum,
3. Culmine apostolico clarum quem misit in arva,
   ut sit illi sacerdotii dignitas in aeternum.

Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121 A. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. (über Rasur saec. 11). B. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. C. — Introitustext „Probavit“ in BC. — In allen drei Quellen als „ad Repetendum“ nach Plebs devota (s. vohergehende Nummer).

292. In sancti Martialis.

1. Celsa polorum,
   pontus et ima
   praesulem istum
   laudent canentes:
   Statuit ei Dominus

2 a. Coronam sacerdotii,
   testamentum pacis,

2 b. Quo uniti simus fide;
   et principem fecit eum

3 a. In sede sublimans,
   ut sit illi s. dignitas

3 b. Manens indeficiens
   in aeternum.

Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. A. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. B. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. C. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. D. — 3b, 1 Canens D. — In D auf Martinus.

293. In sancti Martialis.

1. Martialem
   prae saecla legit
   cunctipotens
   nobisque praesulem dedit;
   Statuit ei D. t. pacis,

2. Quia dignum
   fore praevidit,
   ideoque
   illum digne ornavit
   et principem fecit eum

3. Lemovicam urbem tanto pastore perornans,
   ut sit illi sacerdotii dignitas,
4. Quam decenter (ad)ornans polorum adeptus est regna,
   ubi cum Deo regnat *in aeternum.*

Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. — 1, 2 sq. cuntipotens legit.

294. In sancti Martialis.

1. Martialis, hagius praesul, cum apostolis idem
   In Christi nitida meruit discumbere cena;
   Statuit ei Dominus testamentum pacis,
2. Nam veterem legem dignus videre peractam
   Hancque nova Christum vidit sanctire, et inde
   et principem fecit eum,
3. Clavigero caeli Petro quem gessit alumnum,
   Dogmate catholico cumulans cum pneumate sancto,
   ut sit illi sacerdotii dignitas;
4. Agmine apostolico rutilans diademate sacro
   Coetibus angelicis vernat sociatus ovanter
   in aeternum.

Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. — „Trophos de s. Martiale". — 1, 1 praesul quod apostolis. — 1, 2 Christus. — 2, 1 veterem indignus. — 2, 2 Cum qua nova Christus.

295. In sancti Martialis.

1. Sanctus Martialis, fulgorus apostolus, ipsum
   Carne Deum meruit iuvenis habuisse magistrum,
   Probavit eum Deus et scivit cor suum;
2. Fortis amore Dei nam sprevit utrumque parentem,
   Quem Dominus cenando suum dedit esse ministrum;
   cognovit semitas suas.
3. Spiritus ignifluus Domini quem iure replevit
   Omnigenis linguis et vero dogmate Christi,
   deduxit illum in via aeterna:
4. Clavigero caeli meritis et sanguine nexus
   In solio Dominum residens collaudat in aevum,
   et nimis confortatus est principatus eius.

Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. A. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. B. — 1, 1 fulgoris B; zu „fulgorus" cfr. Nr. 288, Vers 3. — Hier in beiden Quellen der Introitustext „Probavit" vom Jahre 1131 (1128?).

296. In sancti Martialis.

1. Christi discipulus, Hebraeo germine clarus,
   Martialis, splendorem dans Aquitanicae genti,
   Probavit eum Deus et scivit cor suum;
2. Emicat hic unus de septuaginta duobus
   Signatis Domino Iudaeae per loca missis,
   cognovit semitas suas,
3. Corpore quem iuvenem, sed corde senem sibi legit,
   deduxit illum in via aeterna,
4. Gallia quem salvata patrem veneratur in aevum,
   et nimis confortatus est principatus eius.

Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. A. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. B. — 1, 2 splendor emoans Aquitanicae gentis A.

297. In sancti Martini.

1. Gemma Dei, Martinus, adest virtute coruscans,
   Dicta cui testantur mystica voce sonora:
   Statuit ei Dominus testamentum pacis,
2. Per quem vipereum mundi devinceret hostem,
   et principem fecit eum;
3. Lampade caelesti coronatus triumphat in astris,
   ut sit illi sacerdotii dignitas,
4. Imbuit illius divino flamine mentem
   in aeternum.
5. Hinc memorans psalmista Dei magnalia dicit:
   Misericordias Domini in aeternum cantabo etc.
6. Pangite nunc, socii, laudes summae Deitati,
   Quae tanto super astra suos sublimat honore:
   Gloria patri et filio et spiritui sancto etc.

Trop. ms. Moguntinum(?) anni 955—62. Cod. Londinen. Add. 19768. A. — Trop. ms. Prumiense saec. 10/11. Cod. Parisin. 9448. B. — Trop. ms. Emmeramense saec. 11/12. Clm. Monacen. 14083. C. — Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. D. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. E. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. F.

Trop. ms. S. Martini Masciacensis(?) saec. 10/11. Cod. Vatican. Regin. 222. G. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. H. — Trop. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449. I. — Trop. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1235. K. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. L.

1, 1 coruscat IK. coruscus DE. — 1. 2 testatur IK. — 2 vipereo EF: mortis (st. mundi) DEF, mundum H fehlt I, mundi devicerat BCG—K. — Nach 2 schieben DEFL ein: Rex caelorum Deus terrarumque, ut sit illi etc. — 3 sqq. fehlen DEF. — 3 caelestis BL: st. coronatus l. ornatus(?): fulget (st. triumphat) C. — 4 fehlt L. — 5 sqq. fehlen CGHI. — 5 Hic B; ist übrigens ein wandernder Hexameter. — 6, 1 deitatis BK. — 6, 2 astra suo BK; coronat (st. sublimat) B; honorem B. — In L angewendet auf Maglorius. — (Cfr. Nr. 343, Vers 5 sqq.).

298. In sancti Martini.

1. Martinus meritis virtutum et stemmate pollet;
   Statuit ei Dominus testamentum pacis,
2. Carcere qui nexus carnis animatus ab astris,
   et principem fecit eum,
3. Cuius pontificalis apex flavescit abunde,
   ut sit illi sacerdotii dignitas,
4. Moenibus astriferis puro conscriptus in albo
   in aeternum.

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084: bis: B^1: B^2. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. D. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. E. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. F. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin.

887. G. — Trop. ms. Aredii Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 903. H. — Trop. ms. S. Martini Masciacensis(?) saec. 10/11. Cod. Vatican. Regin. 222. I. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. K. — Trop. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449. L. — Trop. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1235. M. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. N.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. O. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. P. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. Q. — Trop. ms. S. Benedicti Mantuani saec. 11. Cod. Capit. Veronen. CVII (100). R. — Trop. ms. Bononiense(?) saec. 11. Cod. Angelic. 123 (B III 18). S. — Trop. ms. Novaliciense saec. 11. Cod. Oxonien. Douce 222. T.

1, 1 Beatus Martinus meritis GR; Martialis (st. Martinus) AB^1DF; meriti AFK, merita B^1; et fehlt A—FHK; virtutum forma te pollet(!) C; pondit (st. pollet) LM. — 3 Huius korrigiert zu Cuius O; pontificali L; apes lavescit S; abundet G. — 4 Moribus H, Manibus R: puero H; constrictus S; in alvo CM. — In CDELR folgt der wandernde Hexameter: Hinc memorans psalmista etc. (cfr. Nr. 297, Vers 5). — In S lautet der Introitustext: „Beatus Martinus obitum | longe ante | dissolutionem sui corporis | indicavit“; die Querstriche bezeichnen, wie dieser Text zwischen die tropierenden Hexameter verteilt wurde; er bildet so einen noch ungleich schlechteren Context als der gewöhnliche Introitustext in der vorgelegten Form.

299. In sancti Martini.

1. Ecce, dies magni meritis veneranda patroni,
   Qui fuit in populo splendor ovans, ideo
   Statuit ei Dominus testamentum pacis;
2. Rex regum cunctis pandentem verba salutis
   Tutavit famulum ante minas procerum
   et principem fecit eum.
3. Digne, Christe, tibi famulantem constituisti
   Patris in excelso pontificem solio,
   ut sit illi sacerdotii dignitas.
4. Qui bene certavit terris, modo regnat in astris
   Collaudatque suum laetus in axe Deum
   in aeternum.

Trop. ms. Martialense saec. 10 Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod Parisin. 1118 B. Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. D. Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. E. Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. F. — Trop. ms S. Martini Masciacensis(?) saec. 10/11. Cod. Vatican. Regin. 222. G. Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. H. Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. I.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. K. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. L.

1, 1 meriti BCDH; patronis I. — 2, 1 verba fehlt G. — 3, 1 lautet in A—FH: Constituens digne ministrantem dona superna (ein metrisch nicht fehlerfreier Hexameter ohne den sonst gewahrten Binnenreim). — 3, 2 Patri B—FH. — 4, 2 in arce. L. — In KL auf Swithunus, in I „de uno confessore“.

300. In sancti Martini.

1. Dicat in aethra Deo laudes haec contio sacra
   Martinoque melos decantent organa vocis:
   Statuit ei Dominus testamentum pacis
2. Quo populis propinaret ovans documenta fidei,
   et principem fecit eum
3. Christus, ut ecclesiae suae sacra iura libaret,
   ut sit illi sacerdotii dignitas
4. Palma decoris, velut lucet aether in ordine Phoebi.
   in aeternum.

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. B. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. D. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. E. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. F. Trop. ms. S. Martini (?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. G. Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. H. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. I. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. K. — Trop. ms. Glastoniense (? Cantuariense) saec. 11. ex et 12. Cod. Londinen. Calig. A XIV. L.

1, 1 in aethre D; laudes et contio tota L; conscio I. — 1, 2 Martinique BG; Martinoque simul decantent L, Martinum necne simul decantent K; decantant F. — 2 fehlt KL, statt dessen: Sidera qui statuit Martinum et ipse sacravit. — 3 fehlt K. — 3 ecclesiae sanctae sua iura L: iure H; sacramenta (st. sacra iura) B. — 4 fehlt A. — 4 Aalma H, Alma G; Palma decora KL; velut luce CF, licet G, nitet KL; plebi (st. Phoebi) G. — In K folgt noch:

Trinum rite Deum [hinc] concinat caelicus ordo *in aeternum.*

Ebendort ist der Tropus verwendet als de Communi Confessoris.

301. In sancti Martini.

1. Hic Domini famulus quia mansit iure fidelis,
   Statuit ei Dominus testamentum pacis,
2. Quo manna valeat cunctis praebere superna,
   et principem fecit eum,
3. Armis accintum verbi vestivit honore,
   ut sit illi sacerdotii dignitas
4. Et decus eximium, mansurum firmiter usque
   in aeternum.

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. B. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. D — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. E. — Trop. ms. S. Martini Masciacensis(?) saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Vatican. Regin. 222. F. — Trop. ms. Aeduense saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Parisin. Arsen. 1169. G. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. H. — Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. I.

1 Iste (über Rasur) Domini A. — 2 und 3 fehlen FGI; statt dessen in F:

Dictis praelucens, morum probitate decorus;

in G: Ut iugiter summus stola vernante sacerdos, *et principem fecit eum*
Inter primates regni caelestis herilem, *ut sit illi etc.*

in I: Accendens in eum, quod ait vetus atque modernum.

2 Quod manna valea A; superni C. — 3 praecinctus A, accinctus B—EH; honorem A. — 4 Ut CDE: finitur (st. firmiter) G. — Verwendung in E auf den hl. Martial, in I de Communi Confessoris.

302. In sancti Martini.

1. Qui placuit Domino, magnus nunc, ecce, sacerdos
   Statuit ei Dominus testamentum pacis,
2. Lustravit sacris pectus purgando lucernis
   et principem fecit eum,
3. Iustitiae[que] caput ornat diadema sacratum,
   ut sit illi sacerdotii dignitas;
4. Alma glorificatur ovans pietate per astra
   in aeternum.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. D. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. E. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. F. — Trop. ms. S. Martini Masciacensis(?) saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Vatican. Regin. 222. G. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. H. — 2 fehlt G. — 3 sacrata G.

303. In sancti Martini.

1. Laetabunda per orbem
   nunc emicat dies,
   Qua pauper et modicus
   hic praesul Martinus
   Caelum ingreditur dives, quia
   Statuit ei Dominus testamentum pacis;
2. Pontificale dedit illi decus auctor honorum
   et principem fecit eum
3. Praebuit et aris pro plebe astare sacratis,
   ut sit illi sacerdotii dignitas,
4. Vota ferat Domino laudis in munere summo
   in aeternum.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909 B. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. C. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. D. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. E. — 1, 4 fehlt E. — 2 sqq. fehlen D. — 2 illi Deus auctor honorem B; auctor bonorum E. — 3 ac arvis AE. — Überschrift in C: „In festivitate domini nostri Martini praesulis."

304. In sancti Martini.

1. Posuit illi
   pactum aeternum
   Dominus; dicite,
   fratres, eia:
   Statuit illi Dominus
   testamentum pacis;

2. Potentem fecit
   eum gratia
   sua; iubilate
   illi, eia:
   Et principem
   fecit eum,

3. Quo sit illi
pontificalis
infula, vita, salus
beata, eia;
Ut sit illi sacerdotii
dignitas in aeternum.

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. A. (3, 4 eia dicite).

305. In sancti Martini.

1. En. venerandus adest Martinus orbe subacto,
Qui ut Christi dignus polleret sorte minister,
Statuit ei Dominus testamentum pacis,
2. Atque suo iunctus fulget super aethera regi,
et principem fecit eum, ut sit illi sacerdotii dignitas
3. Ac populi tergat delicta precando sacerdos
in aeternum.

Trop. ms. Moguntinum(?) anni 955—62. Cod. Londinen. Add. 19768. A. — Trop. ms. S. Martini Masciacensis(?) saec. 10^{11}. Cod. Vatican. Regin. 222. B. — 1, 2 polleret forte A. — 3 Hac.

306. In sancti Martini.

1. Mellifluis cum melodiis reboemus in choris,
Adest enim festa Martini, in qua
statuit ei Dominus testamentum pacis,

2 a. Ergastulo carnis
solutum caelestis
regni constituit
pontificem summum
et principem fecit eum,

2 b. Tribuens aeterna
ei nunc praemia
et splendente ponens
in polorum regno,
ut sit illi sacerdotii dignitas.

3. Assidue Christum collaudat in aethere puro
in aeternum.
4. Aeternum Dominum caelestis concinat ordo:
Gloria patri et filio et spiritui sancto etc.

Trop. ms. Martini Masciacensis(?) saec. 10^{11}. Cod. Vatican. Regin. 222. — 1, 1 cum fehlt. — 2b, 2 nume fehlt. — 2b, 4 regna.

307. In sancti Martini.

1. Plebs devota Deo, nostrum nunc suscipe carmen,
Nempe virum colimus, de quo sapientia fatur:
Statuit ei Dominus testamentum pacis.

2 a. Inter pontificum
agmina
Et principem fecit eum,

2 b. Celsiore micat
gratia.

3 a. Qui calcata haereticorum perfidia
3 b. Trinitatis sanctae docuit mysteria.
ut sit illi sacerdotii dignitas,
4 a. Et confracta draconum nequitia
4 b. Stolam immortalitatis adeptus est in gloria
in aeternum.

Trop. ms. S. Martini Masciacensis(?) saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Vatican. Regin. 222. — 1, 1 nostro (vgl. den Tropus gleichen Anfanges auf Martialis, Nr. 290). — 2 b, 1 Celsiore emicat (Ditographie). — 3 b, 1 sq. Sanctae trinitatis.

308. In sancti Mathaei.

1. Hac in laude patris cuncti dicamus ovanter:
Os iusti meditabitur sapientiam,
2. Qui nobis hodie semen concessit habere,
et lingua eius loquetur iudicium;
3. Unde dies sit hic toto venerabilis orbe;
lex Dei eius in corde ipsius.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12). Cod. Londinen. Calig. A XIV. C. — 1 ovantes C.

309. In sancti Mauritii.

1. Haec legio duce Mauritio pro nomine Christi
Mortem sponte subit, cum mox ei Christus et inquit:
Venite, benedicti patris mei,
2. Iure coheredes mei vos patiendo sequaces,
percipite regnum
3. A patre sponte datum, vestro sed agone coemptum.
quod vobis paratum est ab origine mundi.
4. Vos, legio mea cum superis iam iuncta, canetis
Alleluia. Venite, benedicti patris mei, percipite regnum.
5. Mitibus atque bonis hoc solum constat in astris,
quod vobis paratum est ab origine mundi.
6. Quo semper concentus adest et gloria perpes.
Alleluia, Alleluia.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. D. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. E. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. F. — Trop. ms. S. Martini Masciacensis(?) saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Vatican. Regin. 222. G. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. H.

1, 2 subiit EH; Christus eu inquit A. — 2 coheres A—FH; Iure [cohere]des G. — 3 Ad G; vestros ed acones G; vestro fehlt A—FH; coeptum

A. — 4 legio mei B; quos (st. cum) superis G; iam decantantes A—FH. — 5 und 6 fehlen A—DFH. — Durch G liefs sich der stellenweise verdorbene Text, in dem die Hexameter und zugleich der stets gewahrte Binnenreim manchmal entstellt waren, wieder herstellen.

310. In sancti Mauritii.

1. Vos, qui terreni vitastis praemia saecli
   Et cupitis gaudere meis in coetibus, ergo
   Venite, benedicti patris mei,
2. Sanguine qui proprio mercastis sceptra polorum,
   Christus ait, mecum laetantes absque labore
   percipite regnum,
3. Ad mea vota quod optastis, qui iure venitis,
   Sumite, contribuli, nunc hoc venerabile donum,
   quod vobis paratum est ab origine mundi.
4. Eia, christicolae, reboando promite Christo
   Et puro corde pangite melliflue:
   Alleluia.
5. Agmina sanctorum, mihi decantabitis illuc:
   Gloria patri et filio et spiritui sancto etc.

Trop. ms. S. Martini Masciacensis(?) saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Vatican. Regin. 222. A. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. B. — 1, 1 terreni B; vestastis A. — 2, 2 mecum certantes B. — 3, 2 contribules B. — 4, 1 sq. Christo Et fehlt A. — 4, 2 corde et pangite A. — 5 fehlt A.

311. In sancti Mauritii.

1. Martyrii qui rite mei, vos sanguine testes,
   Victricis pugnae meruistis ferre triumphum,
   Venite, benedicti patris mei,
2. Et quia ferventes certastis amore fidei,
   percipite regnum,
3. Vitae tripudium capietis in axe perenni,
   quod vobis paratum est ab origine mundi.
4. Concentu parili quo me super astra fatentur,
   Alleluia, Alleluia.

Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. A. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. B. — 1, 1 quin te A, quinte(!) B.

312. In sancti Mauritii.

1. Laeti militiae celebremus festa Thebaeae
   Laudibus inque eius psalmistae verba canamus:
   Multae tribulationes iustorum,
2. Quas pro mercedis passi sunt dote perennis:
   et de his omnibus liberavit eos Dominus,

3. Qui miserans omnes salvat pro se tribulantes.
Dominus custodit omnia ossa eorum,
4. Quod nec ab his unum sit perditione reiectum,
Robore sed fidei locat omnia sede perenni;
unum ex his non conteretur.
5. Strenue Agaunensis perstemus laude phalangis,
Nunc redeamus item cantum relevando priorem:
Multae tribulationes iustorum etc.

Trop. ms. Augiense saec. 10. Cod. Bambergen. Ed V 9.

313. In sancti Michaelis.

1. Principis aetherei Michaelis festa canendo,
Caelica turba, Deo festivo nablo cieto,
Benedicite Dominum, omnes angeli eius,
2. Laudibus alternis ter trinis coetibus almis,
potentes virtute, qui facitis verbum eius,
3. Terrigenas interque Deum celeres volitatis
heroes *ad audiendam vocem sermonum eius.*

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. D. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. E. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. F. — Trop. ms. S. Aredii Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 903. G. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. H. — Trop. ms. S. Martini Masciacensis(?) saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Vatican. Regin. 222. I. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. K.

Trop. ms. S. Benedicti Mantuani saec. 11. Cod. Capit. Veronen. CVII (100). L. — Trop. ms. Novaliciense saec. 11. Cod. Oxonien. Douce 222. M. — Trop. ms. Placentinum saec. $^{11}/_{12}$. Cod. Capit. Placentin. 65. N. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. et 12. Cod. Londinen. Calig. A XIV. O.

1, 1 aethereis L; canenda L, colenda I, colendo MNO. — 1, 2 Caelica Deo turba O; festive nabla O; noblo K, ablocieto F, namblotieto A; cietat L. — 2 und 3 fehlen N. — 2 ter trinus L; vocibus almis IO. — 3 Terrigenis F; internas Deum O. — 3 fehlt IL; statt dessen:

Ordinavit legem pro nobis (per nos L) homo factus herilem (herile L). (cfr. Nr. 314).

314. In sancti Michaelis.

1. O Michael superaeque ob nos gaudendo cohortes
Benedicite Dominum, omnes angeli eius,
2. Nos qui sanet aegros, vos stare facitque beatos;
potentes virtute, qui facitis verbum eius,
3. Ordinat hic legem per vos homo factus herilem
ad audientam vocem sermonum eius.

Die gleichen Quellen A—K. wie beim vorhergehenden Tropus; alsdann: Trop. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449. L. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. M. — Trop. ms. Wintoniense

saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. N. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. O.

1 superetque ob A; gaudentes I. — 2 und 3 umgestellt ILNO. — 2 Vos, korrigiert zu Nos M: qui facit aegros I; sanat M: nos stare AB, vostare F. — 3 Ordina B; lege N. (Zu Vers 3 cfr. Schlufs der Anmerkung von Nr. 313). — In I ist dieser Tropus „ad Repetendum": bei der ersten Rezitation dient dort ein prosaischer Tropus: Hodie regi archangelorum laudes promamus cum psalmista: *Benedicite Dominum* etc.

315. In sancti Michaelis.

1. Quem cuncta laudant
Simul creata,
Regem aeternum
Atque tremendum
Benedicite Dominum,
omnes angeli eius,
2. Imparibus vos officiis qui iussa refertis,
potentes virtute, qui facitis verbum eius,
3. Solventes populis divina dogmata iuris
ad audiendam vocem sermonum eius.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. C. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. D. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. E. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. F. — 1. 1 cuncti A. — 2 und 3 fehlen D. — 2 officii B. — 3 divina fehlt A: dogmate A. — In A ist der Tropus de sanctis Angelis.

316. In sancti Michaelis.

1. Angelici nunc rite chori Christique ministri,
Benedicite Dominum, omnes angeli eius,
2. Vos astare Deo David docet, ecce, superno,
potentes virtute, qui facitis verbum eius,
3. Iura datis cunctis sacrae quoque mystica legis
ad audiendam vocem sermonum eius.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. C. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. D. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. E. — 1 ministris A. — 2 ecce fehlt E. — In A ist dieser Tropus d. ss. Angelis.

317. In sancti Michaelis.

1. Aspectu semper divino rite fruentes,
Illius faciem speculando beatificati,
Benedicite Dominum, omnes angeli eius,

2. Ecclesiae natis ipsius iussa ferentes,
potentes virtute.
3. Per quos virtutum peraguntur signa per orbem,
qui facitis verbum eius.

Trop. ms. S. Martini Masciacensis(?) saec. 10^{ex}11. Cod. Vatican. Regin. 222. — 1, 2 Illius factum.

318. In sancti Michaelis.

1. Humanis superas iungentes vocibus odas
Benedicite Dominum, omnes angeli eius.
2. Et vos concentu pariter celebrate faventes,
potentes virtute, qui facitis verbum eius,
3. Nuntia dum geritis, per quae bene corda paratis
ad audiendam vocem sermonum eius.

Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. — 1 Humani.

319. In sancti Michaelis.

1. Coniuncti superis animo nunc psallite, fratres:
Benedicite Dominum, omnes angeli eius,
2. Lumine de summo clarissimi lumine caeli,
potentes virtute, qui facitis verbum eius;
3. Christus nos foveat sanctis precibus quoque vestris
ad audiendam vocem sermonum eius.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. C. — 2 Numine . . . numine C.: clarissime ABC. — 3 Christo C; quoque nostris C.

320. In sancti Michaelis.

1. Summi caelicolae, devicto caelitus hoste
Vobiscum merito psallat Davidicus ordo,
Eia: *Benedite Dominum omnes angeli eius, potentes virtute.*
2. Est quia pax vera Michael vincente perennis,
qui facitis verbum eius,
3. Incorrupta quibus mens et sine crimine virtus
ad audiendam vocem sermonum eius.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. C. — 2 perenni AB. — „Ad Repetendum" AB nach „*Coniuncti superis*" (Nr. 319).

321. In sancti Michaelis.

1. Mirans angelicas cecinit psalmista cohortes
Mente prophetantis dulcibus eloquiis:
Benedicite Dominum, omnes angeli eius,

2. Ad disponendum naturae in saecula motum
potentes virtute, qui facitis verbum eius
3. Sub duce magnifico, caeli Michaele ierarcho
ad audiendam vocem sermonum eius.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. X^{i} Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. C. — Überschrift in AB: „Item pulchri tropi."

322. In sancti Michaelis.

1. Qui patris in caelo nostis cognoscere vultum,
Benedicite Dominum, omnes angeli eius,
2. Ter trinus ordo, Deum laudantes voce perenni,
potentes virtute, qui facitis verbum eius,
3. Sancto firmantes sanctorum neumate mentes
ad audiendam vocem sermonum eius.

Trop. ms. Nonantulense saec. 11. in. Cod. Roman. Vitt. Eman. 1343. (Sessor. 62). A. — Trop. ms. Nonantulense saec. 11. Cod. Bononien. 2824. B. — Trop. ms. Nonantulense saec. 11. Cod. Roman. Casanaten. 1741 (C IV 2). C. — Trop. ms. S. Benedicti Mantuani saec. 11. Cod. Capit. Veronen. CVII (100). D. — 1 caelis D; nostris (st. nostis) A. — 2 Te trinus AB. — 3 Sanctos A; firmante B; neuma canentes D. — In ABC ist der Tropus de ss. Angelis.

323. In sancti Michaelis.

1. Cives caelestes, Domino persolvite laudes,
Benedicite Dominum, omnes angeli eius,
potentes virtute, qui facitis verbum eius,
2. Cordibus ex nostris hostes depellite saevos
ad audiendam vocem sermonum eius.

Trop. ms. Heidenheimense saec. 11. Cod. Oxonien. Seld. supra 27. — 2 debellite.

324. In sancti Nicolai.

1. Spes, via, pax, fautor iustorum, lux, decus, auctor
Esse perenne suo post labile dans Nicolao
Statuit ei Dominus,
2. Procinctu belli quem iuvit, post dedit illi
testamentum pacis,
3. Non sequitur quam mors, quae finis permanet exsors,
et principem fecit eum
4. Iura relaxandi noxas sibi dansque ligandi,
ut sit illi sacerdotii dignitas,
5. Quae non marcescit sed iugi luce nitescit
in aeternum.
Ps. *Misericordias Domini in aeternum cantabo,*
6. Qui caelos hodie Nicolaum fecit adire.
Gloria patri et filio et spiritui sancto,
7. Esse subest unum quis, par decus assit in aevum,
sicut erat in principio et nunc et semper etc.

Trop. ms. Sangallense saec. 11. Cod. Sangallen. 380. add. saec. 12.

325. In sancti Nicolai.

1. Praesulis insignis Nicolai vocibus altis
   Annua pacifice iubilentur cantica, namque
   Statuit ei Dominus testamentum pacis
   et principem fecit eum,
2. Officio dignum qui sanxit praesulis illum,
   ut sit illi sacerdotii dignitas,
3. Ac sibi per Petrum concessit ab hoste triumphum
   in aeternum.

Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252.

326. In sancti Pauli.

1. Ecce, fidem magni recolens doctoris in orbe
   Ecclesiae clerus nunc eius voce resultet:
   Scio, cui credidi, et certus sum
2. Certamen certando bonum cursumque fidelem,
   quia potens est depositum meum servare
3. In solio regni reddens hoc centuplicatum
   in illum diem iustus iudex.

Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. C. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. D. — Trop. ms S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. E. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119 F. — 1, 1 Martyro magni ADEF; B und C setzen zu „Ecce fidem“ die Rubrik: vel Martyrium (Martyrio B); orbem A. — 2 fidele AD. — 3 regna D.

327. In sancti Pauli.

1. Paulus sic fatur Christo debente beandus:
   Scio, cui credidi, et certus sum,
2. Creditor est verax, certum quem semper habebo
   quia potens est depositum meum servare.
3. Hic mihi certanti palmam donabit amoenam
   in illum diem iustus iudex

Trop. ms. Heidenheimense saec. 11. Cod. Oxonien. Seld. supra 27. A. — Trop. ms. S. Arnulfi Metensis saec. 12. in. Cod. Meten. 452. B. — [C]reditor A.

328. In sancti Pauli.

1. Caelica suspirans vas Christi gaudia, Paulus,
   Optabat fragilem carnem deponere dicens:
   Scio, cui credidi, et certus sum,

2. Est mihi namque mori lucrum, est mihi vivere Christus.
quia potens est depositum meum servare
3. Atque meos salvare greges a morte perenni
in illum diem iustus iudex.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Colleg. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B.

329. In sancti Pauli.

1. Gentilium doctor et sacri spermatis auctor
Caelestis regni de spe confisus aiebat:
Scio, cui credidi, et certus sum
2. Mystica pro meritis mihi reddere dona salutis,
quia potens est depositum meum servare in illum diem.
3. Praemia cum doctis tribuentur, tartara stultis:
iustus iudex.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Colleg. Corp. Xi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. C. — 2 Maxima C.

330. In Conversione s. Pauli.

1. Terrigenae, cum caelicolis pro principe Paulo
Gaudeamus omnes in Domino.
2. Cuius in hoc tam mira sui miseratio fulget,
diem festum celebrantes sub honore beati
Pauli apostoli, de cuius conversione gaudent angeli.
3. Omnes nos etiam gentes, quibus exstitit auctor,
et collaudant filium Dei.

Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252.

331. In sancti Petri.

1. Angelico fretus dixit munimine Petrus:
Nunc scio vere, quia misit D. angelum suum:

2 a. Lux iustitiae
me illuminavit
et de carcere
eduxit
et eripuit me,

2 b. Liberavit me
salvator meus de
manu cruenti
praedonis,
de manu Herodis

3. *Et de omni exspectatione.*
Qua me circumdedit
concilio iniquo,
plebis Iudaeorum.

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. —

Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. C. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. D. — Str. 2a sqq. fehlen in D an dieser Stelle, sind aber angefügt dem in Prosa beginnenden Tropus *Divina beatus Petrus* etc. — 2a, 1 Lux iustitiae in tenebris BCD. — 2b, 2 salvator meus Iesus Christus de D. — 3, 2 sq. Cunctoque coetu maligno BC. — 3, 3 iniquo concilio D. — Vers 1 findet sich auch in den Codd. Parisin. 1119, 9449, Nouv. acq. 1871, Arsen. 1169, aber in Verbindung mit einer Fortsetzung, welche keine Symmetrie im Texte aufweist, nämlich: Custodem ac defensorem vitae meae, *et eripuit me* etc.

332. In sancti Petri.

1. Carcere iam liber, custodibus atque catenis
   Ad se conversus sic Petrus apostolus infit:
   Nunc scio vere, quia misit Dominus angelum suum,
2. Quem pius ipse mihi tutorem praebuit almum,
   et eripuit me de manu Herodis,
3. Crudelis nimium nostrorum caede tyranni,
   et de omni exspectatione plebis Iudaeorum.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Colleg. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. C. — Trop. ms. Heidenhemense saec. 11. Cod. Oxonien. Seld. supra 27. D. — Trop. ms. S. Arnulphi Metensis saec. 12. in. Cod. Meten. 452. E. — Trop. ms. Vedastinum saec. 11. Cod. Cameracen. 76 (75). F. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. G. — 1, 2 sic fehlt FG. — In AB als „ad Repetendum".

333. In sancti Petri.

1. Pangite nunc Domino cuncti pia verba beati:
   Eia, *Nunc scio vere, quia misit Dominus angelum suum,*
2. Est quia cunctorum clemens rector que benignus,
   et eripuit me de manu Herodis et de omni
   exspectatione plebis Iudaeorum.
3. Quapropter dignas resonemus et insimul odas:
   Domine probasti me et cognovisti me.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. B. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. C. — 3 digna C. — Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. D. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. E. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. F. — In DE: „Ad Repetendum" — 1 Domino laudes pio corde beato DEF; allerdings würde so der sonst beobachtete Binnenreim (Assonanz) gewahrt erscheinen. — 2 Es F; clemens sator F.

334. In sancti Petri.

1. Emicant egregiis loquelis verba praetoris;
   Ferreis evectus serris mirando proclamat:
   Nunc scio vere

2. Consors ipse Deo, devota mente prosilit,
   quia misit Dominus
3. Benignum, sanctum, nitore multo vernantem
   angelum suum;
4. Ex omnibus collaudat Deum, sed et insuper addit:
   et eripuit me
5. Pennifer, attritis baccis me hinc liberavit
   de manu Herodis,
6. Positis militibus, seu cuncto maligno conventu
   et de omni exspectatione
7. Proripit fugatas divino nutu cohortes
   plebis Iudaeorum.

Trop. ms Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. B. — Trop. ms. S. Martini (?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. C. — 1, 1 verba praeconis A: auch „praetor" als Attribut des hl. Petrus ist ungewöhnlich. — 1, 2 eris AB. — 2 ipse Deum A. — 3 nitorem ABC. — 4 et fehlt A. — 5 astrictis baccis A. — 6 [Po]sitis A. — 7 fugatus BC; cohortem ABD.

335. In sancti Petri.

1. Praesul ecclesiae rutilanti lumine clarus
   Subsidio fretus inquit angelico Petrus:
   Nunc scio vere, quia misit Dominus angelum suum,
2. Ministrum luminis pellentem tenebras antri,
   et eripuit me de manu Herodis
3. Horridi [in] se nimia crudelitate furentis,
   et de omni exspectatione
4. Ore super rabido frendentis nec reverentis
   plebis Iudaeorum.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. B. — Trop. ms. S. Martini (?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. C. — 3 [Ho]rridise nimio A; furenti ABC. — 4 [O]re A; frendentem nec reverenti ABC.

336. In sancti Petri.

1. Sortis apostolicae princeps dum lumine Petrus
   Angelico lustratur, abit de carcere dicens:
   Nunc scio vere, quia misit Dominus angelum suum,
2. Qui mediis splendens tenebris mihi solvit habenas,
   et eripuit me de manu Herodis
3. Custodum de vi referens caeleste triumphum
   et de omni exspectatione plebis Iudaeorum.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. B. — 1, 2 abiit B; carcere rediens A. — 2 Quem B. — 3 de iure ferens B.

337. In sancti Petri.

1. Petrus, apostolico qui fulsit in ordine primus,
   Ad se conversus gratanter talia prompsit:
   Nunc scio vere, quia misit Dominus angelum suum,
2. Rex meus, et specimen taetro de carcere solvit,
   et eripuit me de manu Herodis,
3. Ad trucis imperium protexit et ipse tyranni
   et de omni exspectatione plebis Iudaeorum.

Trop. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449. A. — Trop. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1235. B. — 1, 1 fulget B. — 1, 2 conversis A; gratenter B.

338. In s. Petri ad Vincula.

1. Angelus excuteret tento dum vincula Petro,
   Primum nesciebat, sed post devotus aiebat:
   Nunc scio vere, quia misit Dominus angelum suum
2. Custodem ac defensorem vitae meae
   et eripuit me de manu Herodis.
3. Promamus Christo modulamina dulce canendo,
   Eripuit Petrum manibus qui principis almum
   et de omni exspectatione plebis Iudaeorum.

Grad. ms. Arnoldi Aquisgranensis saec. 13. Cod. Capit. Aquisgranen. XII. — Folgt der Psalmvers: *Domine probasti me* etc. — 2 Ist Prosa und Entlehnung aus einem sehr alten prosaischen Introitus-Tropus: *Divina beatus Petrus ereptus clementia* etc. (Cod. Parisin. 1240)

339. In ss. Philippi et Iacobi.

1. Alme, tuum semper cernentes iure regimen
   Exclamaverunt ad te, Domine, in tempore afflictionis suae:
2. „Nostra, benigne, libens detergis noxia, sother".
   et tu de caelo exaudisti eos;
3. Unde fidelis ovans proclamat turba per aeon:
   Alleluia, Alleluia.
4. Aspera portantes propter te verbera sancti
   Exclamaverunt ad te, Domine etc.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. D. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. E. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. F. — 1 Almo DEF. — 3 proclamet BCD; per treon F. — 4 fehlt CD. — 4 Aspera propter te portantes AB; corpora (st. verbera) EF.

340. In ss. Philippi et Iacobi.

1. Mortificando sua propter te corpora sancti
   Exclamaverunt ad te, Domine, in tempore afflictionis suae

2. Hostibus allisis mundique principe victo,
   et tu de caelo exaudisti eos,
3. Ut tibi dulciflue psallant recinendo per aevum:
   Alleluia, Alleluia.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. D. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. E. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. F. — 1 corpora sancta B. — 3 dulcifluo D, psallat A.

341. In ss. Philippi et Iacobi.

1. Cumque triumpharent nimio certamine sancti,
   Protecti parma fidei galeaque salubri
   Exclamaverunt ad te, Domine,
2. Qui pietate tuis semper succurrere noscis
   in tempore afflictionis suae,
3. Quando tortor eos saevis perfoderat armis;
   et tu de caelis exaudisti eos,
4. Qui modo permixti superis tibi sedulo cantant:
   Alleluia, Alleluia.
5. Nunc iterum dulcis repetendo carmina laudis
   Exclamaverunt ad te, Domine, etc.

Trop. ms. Augiense saec. 10. Cod. Bambergen. Ed V 9. — Vor 5 „Post Gloria".

342. In festo Reliquiarum Prumiensium.

1. Narrantes tua perpetua magnalia mira
   Sancti tui, Domine, benedicent te,
2. Ante tuum clarum conspectum semper ovantes
   gloriam regni tui dicent.

Trop. ms. Prumiense saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Parisin. 9448. „In sollemnitate sanctorum, quorum reliquiae Prumiae reconditae continentur."

343. In sancti Remacli.

1. En, venerandus adest Remaclus orbe subacto
   Qui ut Christi dignus polleret sorte minister,
   Ὡς εἰη ἱερεὺς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ,
   Statuit ei Dominus testamentum pacis,
2. Ut vigeat summus stola vernante sacerdos;
   et principem fecit eum
3. Inter primates regni caelestis herilem,
   ut sit illi sacerdotii dignitas.
4. Grex tuus, o Remacle, petit, memorare tuorum
   in aeternum.

5. Hinc memorans psalmista Dei magnalia dicit:
Misericordias Domini in aeternum cantabo etc.
6. Pangite nunc, socii, laudes summae Deitati,
Quae tanto super astra suos sublimat honore:
Gloria patri et filio et spiritui sancto etc.
7. Divini fuerat quoniam fervoris amator,
Statuit ei Dominus testamentum pacis etc.

Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen 378. add. saec. 13. A. — Trop. ms. Sangallense saec. 11. in. Cod. Sangallen. 381. add. saec. 13. B. — Trop. ms. Sangallense saec. 11. Cod. Sangallen. 380. add. saec. 12/13. C. — Trop. ms. Sangallense saec. (11 et) 13. D. — 1, 3 ist transkribiert in allen vier Quellen: „O ke-re-os kata tin taxin Melchisedech" (cfr. Anmerkung zu Nr. 377). — 4 memorare suorum A—D. — Das Ganze ist ein Cento relativ jüngeren Datums, wozu man vgl. Nr. 297, Vers 5 sqq.; Nr. 305, Vers 1 sq., und Nr. 377.

344. In sancti Rufini.

1. *Ὡς εἴη ἱερεὺς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ,*
Os iusti meditabitur sapientiam,
2. Rufinus iure meruit quia gaudia vitae,
et lingua eius loquetur iudicium;
3. In quo gaudebat, quem tota mente tenebat,
lex Dei eius in corde ipsius.
4. Inde et psalmistae [verbum sapienter adimplens
Obsequitur regi tali nos voce monenti]:
Noli aemulari in malignantibus etc.
5. Nos iuvet hic sanctus, modo qui super astra levatus
Inter caelicolas iugiter audit odas:
Gloria patri et filio et spiritui sancto etc.
6. En, iterum, cantor, qui stas modo carminis auctor,
Dulcisonis modulis primordia dicito laudis:
Os iusti meditabitur sapientiam etc.

Trop. ms. S. Benedicti Mantuani saec. 11. Cod. Capit. Veronen. CVII (100). — 1 ist in der Hs. also transkribiert: „Os gereos kata tin taxin Melchisedech (cfr. Nr. 343 und de Communi Conf. Pontif. Nr. 377). — 4 sq. ist ergänzt aus Nr. 216, Vers 4 sq. — Der Introitustext verbindet sich schlecht mit Vers 2 und 3; besser würde der Introitus „Iustus ut palma" passen.

345. In ss. Senesii et Theoponti.

1. Sanguine sacrati Christi, quoque morte redempti
Gaudeamus omnes in Domino,
2. Dante suis palmam post aspera bella supernam,
diem festum celebrantes sub honore ss. Senesii et Theoponti,
3. Qui in stadio celelebri meruerunt praemia caeli.
de quorum sollemnitate gaudent angeli etc.

Trop. ms. Nonantulense saec. in. Cod. Vitt. Eman. 1343 (Sessor. 62), A — Trop. ms. Nonantulense saec. 11. Cod. Bononien. 2824. B. — Trop.

ms. Nonantulense saec. 11. Cod. Cansanaten. 1741. (C IV 2). C. — Trop. ms. S. Benedicti Mantuani saec. 11. Cod. Capit. Veronen CVII (100). D. — Trop. ms. Aeduense saec. 10/11. Cod. Parisin. Arsen. 1169. E. — Trop. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449. F. — Trop. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1235. G.

1 Sanguinis D. — 2 palma AB; superna ABE, superni DFG. — 3 Qui studio G: celebris D, celeri E; praemi coli D, regni FG. — In E fehlt die Überschrift, in FG ist der Tropus für das Fest Omnium Sanctorum.

346. In sancti Silvestri.

1 a. Splendificum
Silvestri decus
praesulis recolite

1 b. Odas atque
voce sublimi
decantantes dicite:
Statuit ei Dominus testamentum pacis

2 a. Verae fidei clipeo
praemuniens,
et principem fecit eum

2 b. Caelestis doctrinae fluentis irrigans,
ut sit illi sacerd. dignitas

2 c. Et fidei perseverans
integritas
in aeternum.

3. Hinc memorans psalmista Dei magnalia dicit:
Misericordias Domini in aeternum cantabo.

Trop. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1235. — 1 a, 2 sq. praesulis decus. — 3 ein wandernder Hexameter (cfr. Nr. 343, 5).

347. In sancti Stephani.

1. Qui primus meruit post Christum occurrere martyr,
Iure suos tali testatur voce labores:
Etenim sederunt principes et adversum me loquebantur;
2. Non ullum nocui nec legum iura resolvi,
et iniqui persecuti sunt me,
3. Christe, tuus fueram tantum quia rite minister;
adiuva me, Domine Deus meus,
4. Ne tuus in dubio frangar certamine miles,
quia servus tuus exercebatur in iustificationibus tuis.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. D. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. E. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. F. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. G. — Trop. ms. Aeduense saec. 10/11. Cod. Parisin. Arsen. 1169. H. — Trop. ms. Vedastinum saec. 11. Cod. Cameracen. 76 (75). I. — Trop. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449. K. — Trop. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1235. L. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. M.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. N. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. O. — Trop. ms. Glastoniense (? Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. P. — Trop. ms. Nonantulense saec. 11. Cod. Bononien. 2824. Q. — Trop. ms. S. Benedicti Mantuani saec. 11. Cod. Capit. Veronen. CVII (100). R.

„spiritus“: In quo sunt omnia condita, superna atque ima. — 4, 1 Quem creasti fehlt S. — 4, 2 paradisum B, paradisi T. — Nach 4, 2 folgt noch in CFI—S: Et captivatum secum traxit in tartara. — 5, 1 Fulsere D, Fulcerunt GP. — 5, 3 Gentilibus (st. Pastoribus) A; luminaria Y, lumina fehlt B. — 6, 2 vere fehlt EY; vera CG; vere nova (st. nostra) MNPRS. — 7, 1 und 2 fehlen AFGI—T. — 7, 2 fehlt XY. — 8, 1 und 2 fehlt X. — 8, 2 filius Dei fehlt BE. — (Rest in Y nicht weiter kollationiert). — 8, 3 nach 9, 1 X. — Nach 10, 1 folgt noch in CI—S: Praedictum sic erat. — 11, 1 Et caelos CO; regnat S; atque terram X. — 11, 2 fehlt BEL—PRS. — Statt 12 in T: Resonet | Intonet etc. (= Anal. Hymn. XX, Nr. 30, Str. 1; ebenso in T statt 15 die 9 Strophe, statt 17 die 4. und statt 19 die 5. Strophe eben dieses Conductus). — 14 Deus fortis qui A. — Von 14 an hat X eine eigene Fassung, die ich unten verzeichne. — 15 fehlt A. — 15, 1 Barathri claustra CI—S. — 16, 2 fehlt BDEF. — 17 fehlt A. — 17 umgestellt mit 19 M—R. — 18, 2 Sive et DE. — 18 lautet in T: Salus aeterna indeficiens mundi vita. — 20 fehlt AT. — 20, 2 Sui fehlt B; Ipsius non F. — 22 saecula L. — Der Abschlufs von 24a an differiert. N und R haben einfach: Hic cantent usque in finem. — CI—S haben hier die Verse 5—7 von Str. 1, aber etwas geändert, nämlich:

Ab ortu solis * usque occiduos
Ad fines mundi * orbis per climata
Laus creatori * resonet congrua.
Amen dicant omnia.

Die Varianten dazu sind belanglos. — A hat folgenden Abschlufs; auf 23, 2 folgt:

24a. Laudes, quas tibi * solvimus devote,
b. Te deprecamur *, benignus attende,
25a. Ante solem [tu] * genitus a patre,
b. Sub sole natus * de virgine matre;
26a. Peccati sorde * nos omnes purifica,
Ut tecum simus, * duc ad caeli regia,
27. In qua tibi laus est *usque in sempiternum.*

Der andere, im Corpus vorgelegte Abschlufs findet sich in BEGTUXZ mit folgenden Varianten: 24b, 1 laudem XYZ. — 24b, 2 tuae B, tibi UXYZ. — Mit 24b schliefsen XYZ. — 27, 1 sq. es esse aeternum G, es esse aeternus U.

X geht von Str. 14 an seine eigenen Wege: Zunächst ist 14 eine Entlehnung aus der Sequenz Laetabundus exsultet, nämlich: Angelus consilii | Natus est de virgine | Sol de stella. — Darauf folgt;

Deus, In quo non est mutatio
Nec vicissitudinis ulla obumbratio,
Fortis Caeli, terrae, maris, angelorum et hominum;
Pater futuri saeculi
Pater ingenitus, a quo sunt omnia,
Princeps pacis
Hic et in aevum;
multiplicabitur eius imperium
In Ierusalem, Iudaea, sive Samaria,
et pacis non erit finis;
Haec sunt convivia,
quae tibi placent, o patris sapientia.
Super solium David et super regnum eius sedebit
Pulcher, roseus | Regum dominus,
ut confirmet illud etc. (wie 21—23).

Es hält schwer, die ursprüngliche Form dieses ältesten, verbreitetsten und stark variierenden Tropus zur Epistel festzustellen. Die Heimat ist

wohl in Frankreich, und aus den ältesten französischen Quellen, denen jene von Deutschland und Italien nahe stehen, ist deshalb der Text vor allem zu entnehmen. C und F dürften unter die Gruppe der englischen Quellen einzureihen sein.

384. In Nativitate Domini.

1. Exsultemus in hac die
   Mundi cordis gaudio,
   Dei matris in Mariae
   Sacro puerperio,
   Quod monstratur Isaiae
   Divo testimonio.
   Lectio Isaiae prophetae
2. Praedicantis * iam praesentia
   Redemptionis * nova gaudia.
   Haec dicit Dominus
3. A patre genitus * ante sacula:
   Propter hoc sciet
4. Spiritus sancti gratia
   populus meus,
5. Quem visitavi Iesus,
   nomen meum
6. Ferens mundo gaudia
   in die illa
7. Omni plena gaudio
   Consonante omnia,
   quia ego ipse,
8. Fons et origo boni,
   qui loquebar
9. In visione,
   ecce, assum
10. Stirpe Davidica ortus,
    de tribu Iuda, potens leo.
    Quam pulchri
11. Claritate fulgida
    super montes
12. Et omnes colles
    pedes,
13. Qui Christi vestigia sunt secuti,
    annuntiantis
14. In universa terra
    et praedicantis pacem
15. Hominibus bonae voluntatis!
    Annuntiantis bonum
16. Nobis, perpetua frui vi[ta],
    praedicantis salutem,
17. Quam venit Christus gratis dare miseris,
    dicentis
18. Excelsa voce:
    Sion,

19. Noli pavere,
regnabit
20. In aeternum et ultra
Deus tuus,
21. A patre unigenitus.
Vox
22. Clara ecce intonat
speculatorum tuorum,
23. Quorum praecepto subditur
Salus et languor omnium;
leraverunt vocem
24. Iucunditatis,
simul laudabunt
25. Viventem in saecula saeculorum,
quia oculo ad oculum videbunt
26. Districtum ad iudicia,
Clementem in potentia,
cum converterit Dominus Sion,
27. Nostra ut pura pectora
Sint et corpora.
Gaudete
28. In Domino semper
et laudate simul
29. Pollentem iam in aethere,
deserta Ierusalem,
30. Quae stat in excelso,
quia consolatus est
31. Sublevando aetheris sedibus
potestate nos tradita
Dominus,
32. Natus nostra ob remedia,
populum suum,
33. Propter quem passus est dira;
redemit Ierusalem
34. Confixus clavis et lancea.
Paravit Dominus,
35. In sapientia
Disponens omnia
Superna deitas,
brachium sanctum suum,
36. Per quod fracta sunt tartara,
in oculis omnium gentium,
37. Ut cognoscant te conditorem fabricae mundi;
et videbunt,
38. Ut praedixerunt prophetica vaticinia,
omnes fines terrae
39. Immo omnis mundi circulus
salutare Dei nostri,
40. Quo salvati
Deitati
Laudes demus gratiae.

Collect. ms. Anglicum(?) saec. 13. (fragmentum.) Cod. Londinen. Harl. 1010. — 1, 6 Divo fehlt. — 2, 2 Nostrae redemptionis. — 9 isione. — 17 gratis dire. — 22 ecce in tomnis. — 27 pure pectora. — 29 Tollentem. — 34 Confixus clausus et. — 37 frabrice. — 39 omnes mundi. — 40, 2 Felicitati. — Es folgt noch am Schlusse: Qui concessit nos salvari. — Abschrift von Bannister. — Abgesehen von einigen wenigen Versen sind, wie oft bei den farcierten Episteln, nur Anfang und Schlufs rhythmisch; die anderen Einschiebungen haben aber dadurch ein besonderes Interesse, dafs sie aus den verschiedenartigsten liturgischen Gebeten und Dichtungen, wie Kyrie-Tropen, Verbeten und namentlich Sequenzen entlehnt sind. — Der Text der Epistel ist Isaias, cap. 52, v. 6—10.

385. In nocte Natalis Domini

in 1ª missa epistola.

Lectio epistolae beati Pauli apostoli ad Titum. Carissime,

1. Gaudeamus
nova cum laetitia;

apparuit gratia Dei, salvatoris nostri, omnibus hominibus, erudiens nos.

2. Fulget dies hodierna
Nata luce sempiterna
Nova dies, * nova, natalitia,
Novus annus, * nova haec sollemnia;
Nova decent gaudia,
Nova laudum cantica,

ut abnegantes impietatem et saecularia desideria sobrie et iuste et pie vivamus in hoc saeculo.

3. Quisquis necteris reatu,
Gaude tamen tanto partu;
Eris enim * sub peccati reditu
Liber sancto * liberante spiritu.
Hoc exsulta monitu
Novae vocis sonitu,

exspectantes beatam spem et adventum gloriae magni Dei et salvatoris nostri Iesu Christi.

4. Speciali gaude choro,
Maritali iuncta thoro;
Suo Deus * sempiterno filio
Ecclesiam * copulat conubio.
Viduata, Domino
Annae gaude gaudio,

qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate.

5. Omnis ergo aetas, gaude,
Sed tu, virgo, prius plaude,
Virgo parit * filium prudentiae;
Novum mirum * genus hoc potentiae,
Partus, ecce, feminae
Sine viri semine,

ut mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.

6. Ergo tu, qui dominaris,
Dux et noster consularis,
Cui festi * regimen tradidimus,
Quo rectore * festum hoc peragimus,
Novas laudes suscipe,
Puer natus hodie.

Haec loquere et exhortare in Christo Iesu, Domino nostro.

Collect. ms. Anglicum(?) saec. 13. (fragmentum). Cod. Londinen. Harl. 1010. — 4, 4 Copulat ecclesiam. — 4, 6 Anna. — Vgl. Anal. Hymn. XLVb, Nr. 52. Letztere Cantio hat mit dieser Epistola farcita 3 Strophen gemeinsam. Es fehlt dort Strophe 3: wurde vermutet, eine in u reimende Strophe sei dort ausgefallen, so bestätigt hier Strophe 3 die Vermutung. — Str. 6 führt nicht den gleichen Reim auf einem Vokale durch, ist also eine Zutat. — Nach allem ist vorstehender Tropus durch Entlehnung aus einem Liede gebildet, von dem in Anal. Hymn. XLVb, Nr. 52. vier Strophen mitgeteilt sind. Als Kompletierung letzteren Liedes und um die Tropierungsart der Epistel anschaulich zu bieten, habe ich den Epistel-Tropus vollständig vorgelegt, wie ihn die Quelle überliefert.

386. In Circumcisione Domini.

1. Gloriosa, * vale, festivitas,
Qua celebratur * Christi nativitas;
Quam prophetarum * cecinit contio,
Miranda nobis * explicat *lectio*
Isaiae prophetae: Haec dicit Dominus,
2. Cuius ventura * praenoscens oculus
Apte describit * Domini famulus,
Qualiter erat * salvandus *populus*
gentium, qui ambulabat in tenebris,
3. Quibus dimersus * fuerat meritis
Protoparentis, * diu promissam *vidit*
lucem magnam,
4. Cum stella maris * castis visceribus
Actorem vitae * fudit hominibus
habitantibus in regione umbrae mortis.
5. Patris ab arce veniens
lux orta est eis,
6. Ut frangeret iam * mortis imperia
Nostraque saeva * piaret vitia.
Parvulus enim natus est nobis
7. Sacra renatis * unda baptismatis,
et filius datus est nobis,
8. Per quem cuncta * vigent creata;
et factus est principatus
super umerum eius,
9. Fortem armatum * crucis patibulo
Cum triumphavit * . . . . . .
et vocabitur nomen eius

10. Hagios, Adonai,
Admirabilis,
11. Redemptor mundi,
Consiliarius
12. Suorum fidelissimus,
Deus
13. Verax, aeternus,
Fortis
14. Daemonum triumphator,
Pater futuri saeculi,
15. Quo de praemio securi
Regnabunt sancti,
Princeps
16. *Pacis* perpetuae * quietis aeternae.
Multiplicabitur eius imperium,
17. Quod sine meta * manebit solidum,
et pacis non erit finis
18. Nec terminus ullus;
super solium David
et super regnum eius sedebit,
19. Cuius potestas * (per)aeterna vigebit,
ut confirmet illud
20. Iure perpetuo
et corroboret in iudicio
21. Aequitatis * et fortitudinis
et iustitia,
22. Per quam patris sophia
Disponit omnia
amodo et usque in sempiternum;
23. Regnum illius * capiamus supernum.

Trop. et Prosar. ms. Claromontense saec. 15. Cod. Claromonten. 57. — 6, 1 iam fehlt. — 21 Aequitas. — Es ist beachtenswert, dafs in den ersten Strophen die Worte der tropierten Epistel teilweise zur Reimbildung in die tropierenden Verse einbezogen sind, und dafs später der tropierende Text mit dem Texte der Epistel reimbildend erscheint; am deutlichsten tritt dieses hervor zwischen 16, 2 und 17, 1; 18, 3 und 19, 1; 22, 3 und 23. — Strophe 1 zeigt gleichen Bau wie Laudes Deo (Nr. 383), nur ist sie kürzer; hier wie dort ist das einleitende Versglied („Gloriosa" und „Laudes Deo") rhythmisch anders gemessen, als die erste Halbzeile der übrigen Verse. — Titel: „In novo anno epistola".

387. In Circumcisione Domini.

Lectio epistolae beati Pauli apostoli,
1. Cuius caelo doctrina vera
Sublevat populos de terra,
ad Titum,
2. Quem Deus per apostolum
Constituit episcopum.
Carissime,

3. Adulescens amplexatus
vitae verae studia,
apparuit
4. Summi regis * summa potentia,
gratia
5. Sapienter * disponens omnia
Dei,
6. Per quem cuncta * condita sunt saecula,
salvatoris nostri,
7. . . . . patris geniti,
omnibus hominibus,
8. Quos divina gratia
Vocat ad caelestia,
erudiens nos,
9. Fidei dogmate pectora
Reddens [amore] flammantia,
ut abnegantes impietatem,
10. Quae depravat bonos mores
Corrodendo . . ores,
et saecularia desideria,
11. Quae nos mergunt in hoc mundo
Rationum in profundo,
sobrie
12. Servando ieiunia
et iuste
13. Temperan[ter]
et pru[denter]
et pie
14. Et oppressis impendendo
multa beneficia
vivamus in hoc saeculo,
15. In vasis habentes oleum,
Donec sponsus pulset ostium,
exspectantes
16. Secundum promissionem Dei
beatam spem
17. Resurgendi a mortuis
et adventum gloriae.

Collect. ms. Anglicum(?) saec. 13. (fragmentum). Cod. Londinen. Harl. 1010. — 1, 1 Cuius doctrina vera caelo. — 5 Sapientia. — 11, 2 Rationum scheint verderbt zu sein. — 13 Temporan[ter]. — Nach 17, 2 folgt noch „quae", dann eine grofse Lücke, wodurch der Tropus unvollendet bleibt. — Es geht dem Ganzen voraus:

Exsultemus in hoc Christi * novo natalitio,
Per quod mundo praedicatur * eius circumcisio;
Illud iam praefiguravit * legis vetus sanctio
Et [sancitum] confirmavit * Pauli praedicatio.

Daran schliefst sich der Conductus: Resonet | Intonet | Fidelis contio etc. (Anal. XX, 58).

388. In Octava Nativitatis Domini.

1 a. Iucundetur
Et laetetur
Tota christianitas,
Quam caelestis,
Quam divina
Visitat sublimitas;

1 b. Quam legentis,
Nostri fratris
Confortat humanitas.
Ergo dicat,
Quod postulat
Nostra concors charitas:

2. *Lectio epistolae*
In Nicopoli missae
Cretam *beati Pauli*,
Doctoris gentium *et apostoli*
Atque vasis electionis,
Ad Titum, discipulum suum,
De statu ecclesiae instruendum.
Carissime
Fili et in Christo amantissime,
Apparuit
Et vere claruit
Benignitas Dei,
Patris filii summi
Et humanitas salvatoris nostri.

Prosar. ms. Arnesti Pragensis anni 1363. Cod. Capit. Pragen. P 9. — 1, 2 fehlt. — 2, 13 Patris Dei summi. — Die übrige Tropierung läuft in Prosa aus, bei der auch die bis dahin hervortretende Reimprosa nicht mehr zu entdecken ist.

389. In Epiphania Domini.

1. Gaude, mater ecclesia,
Innovata laetitia
Et pura conscientia
Diva percipe nuntia.

Lectio Isaiae prophetae

2. Praeclara nobis gaudia,
Aeterna luce splendida,
Ita pandit ecclesiae
Sub Ierusalem specie:

Surge, illuminare, Ierusalem, quia venit lumen tuum,

3. Quae latebas in tenebris
Per primi culpam hominis;

et gloria Domini super te orta est

4. Ex virginali utero
Obumbrante paraclito,
Teste vatum praeconio.

Quia, ecce, tenebrae operient terram et caligo populos:

5. Iudaea enim perfida,
Peccatis obscurissima,
Contemnit haec praesentia
Regni caelestis lumina.

Super te autem orietur Dominus, et gloria eius in te videbitur,

6. Cuius ortus tripudio
Angelorum symphonio
Sub noctis conticinio
Dulci deprompsit organo.

Et ambulabunt gentes in lumine tuo et reges in splendore ortus tui

7. Stella ducente praevia
Ad pueri cunabula,
Ubi lactat puerpera
Illum, qui regit omnia.

Leva in circuitu oculos tuos et vide; omnes isti congregati sunt, venerunt tibi

8. In voce, chorda, tibia
Et laude multifaria;
Intra tua praecordia
Perfrueris laetitia.

Filii tui de longe venient, et filiae tuae de latere surgent

9. Matris Sion scientia,
Cuius plena sunt ubera,
Et doctrinarum copia.

Tunc videbis et afflues, et mirabitur et dilatabitur cor tuum,

10. Quando, felix et inclita,
Gaudebis dote regia
Sponsi plena muneribus
Et decora virtutibus,

quando conversa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi.

11. O summi regis gratia,
Quae praeconum instantia
Ex quadro mundi lapide
Intra sinum ecclesiae
Multos in fide colligis
Et caeli cives efficis!

Inundatio camelorum operiet te, dromedarii Madian et Epha,

12. Ut fidei per gratiam
Provehantur ad gloriam.

Omnes de Saba venient aurum et tus deferentes

13. Murra cum imputribili
Ad sepulturam mortui,
Ut Deus et rex gloriae
Adoretur in homine,

et laudem Domino annuntiantes:

14. Qui patris sedes solio
Et matris haeres gremio,
Tibi, Christe, per omnia
Sit decus atque gloria.

Trop. ms. Troianum saec. 12. Cod. Neapolitan. VI G 34. A. — Trop. ms. Sangallense saec. (11. et) 13. Cod. Sangallen. 382. B. — Str. 1 (Introductio zur Epistel) lautet in B:

Dei incarnatio * Nos emundet vitio;
Psallat nostra contio * Nato Dei filio.
Legatur cum gaudio * *Lectio Isaiae* etc.

2, 1 Praesentis festi gaudia B. — 2, 3 Late pangit A; ecclesia B. — 3, 1 und 2 zur Strophe 2 gezogen B. — 3, 1 Quae iacebat B. — 4, 1 De B. — 5, 3 Contempsit A. — 5, 4 Caelestis regni B. — 6, 1 ortu tripudians B. — 6, 2 symphonia B (vielleicht diese Lesarten von B für 6, 1 und 2 richtig; dann wäre nicht der gleiche Reim für die Strophe beibehalten, was allerdings von Str. 10 an nicht mehr beachtet wird). — 6, 3 zu „conticinium" v. Forcellini. — 7, 1 pervia A. — 7, 4 Ipsum qui B. — Str. 8 fehlt, statt dessen Str. 12 hier eingefügt B. — Str. 9 fehlt, statt dessen Str. 11 hier eingefügt B. — Str. 10 fehlt B; der Episteltext geht in B ohne Tropierung von „Tunc videbis" — „Omnes de Saba venient". — 11, 1 O fehlt B; regis gloria A. — 11, 2 Qui B. — 11, 5 colligit B. — 11, 6 efficit B. — 12, 2 Provocantur A. — 13, 1 Cum murra B. — 13, 2 sepulturam Domini B. — 13, 3 Cum Deus B. — 13, 4 Adoratur B. — Vor 14 der Episteltext in B: „Aurum et tus—annuntiantes". — Str. 14 fehlt, statt dessen: „Regnanti in saecula saeculorum. Amen". B. — Collation von A durch Bannister.

Vorstehende Epistel ist das Muster einer schön und gleichmäfsig durchgeführten Tropierung, ähnlich wie Nr. 393 und 405. Der Text der tropierenden Strophe schliefst sich stets eng an den vorhergehenden Episteltext an, vielfach mit ihm so eng verbunden, dafs die Strophe, vom Episteltext getrennt, keinen selbständigen Satz bildet. — Der Text ist in B sichtlich verkürzt und dadurch verdorben. Trotz der italienischen Quelle (A) dürfte der Tropus doch aus Frankreich nach Süditalien gekommen sein.

Bei Migne (P. lat. LXXXVII, p. 53) ist der Text dieses Tropus mitgeteilt in einer Form, die jener von B fast völlig gleicht; nur ist die Introductio (Str. 1) und der Abschlufs fortgeblieben. Daher im Repert. Hymnol. Chevaliers (Nr. 15319) der Tropus-Anfang: Praesentis festi gaudia.

350. In Epiphania Domini.

Lectio Isaiae prophetae,

1. Quem sic Deus decoravit,
Quem venturum revelavit
Sibi Christum, de quo ait:

Surge, illuminare, Ierusalem, quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est;

2. Repletus namque sophia
Dei vates Isaias
Dicit, utens prophetia:

Quia, ecce, tenebrae operient terram et caligo populos;

3. Populos hic vocat gentes,
Lege Dei quae carentes
Habuerunt caecas mentes.

Super te autem orietur Dominus et gloria eius in te videbitur.

4. Nato Christo de Iudaeis
Stella dedit iter eis;
Isaias inquit de his:

Et ambulabunt gentes in lumine tuo et reges in splendore ortus tui;

5. Nova stella duxit reges
Tres peritos, sed exleges,
Plures secum ducunt greges.

Leva in circuitu oculos tuos et vide; omnes isti congregati sunt, venerunt tibi;

6. O Iudaea, leva mentes
Intellectum caligantes,
Ad Messiam venientes
Alienas vide gentes.

Filii tui de longe venient, et filiae tuae de latere surgent;

7. Gens longinqua fuit natus,
Synagoga fuit latus,
Filia grex, advocatus
Orbis, a quo est lactatus.

Tunc videbis et afflues, et mirabitur et dilatabitur cor tuum, quando conversa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi;

8. Coepit Sion admirari,
Fortis neque adamari,
Cum venissent ad hanc legem
Et ad Christum, novum regem.

Inundatio camelorum operiet te, dromedarii Madian et Epha.

9. Ritu suo gens gibbosa
Ad baptistam copiosa
Fuit lata, fit formosa;
Iuda marcet tenebrosa.

Omnes de Saba venient aurum et tus deferentes et laudem Domino annuntiantes;

10. Quod praedixit de Sabaeis,
Rege nato de Iudaeis
Trino trinum tres dant munus,
Qui, cum trinus sit, est unus.

11. Laudes ergo Deo demus,
Nomen eius decantemus,
Cui virtus et potestas,
Decus, honor et maiestas.

Trop. et Prosar. ms. Claromontense saec. 15. Cod. Claromonten. 57. — 4, 2 iter reis. — 7, 4 est lactus. — 9, 3 Fuit leta. — 10, 4 sit et unus. — 11, 4 et petestas. — Abermals eines der wenigen Beispiele (vgl. die vorige Nummer), in dem die Tropierung durch alle gleichartig gebauten Strophen in gleichartigem Rhythmus durchgeführt ist.

391. In Epiphania Domini.

Lectio Isaiae prophetae. Surge, illuminare, Ierusalem, quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est;

1 a. Gloriosi
Et famosi
Regis festum celebrantes
Gaudeamus;

1 b. Cuius ortum
Vitae portum
Nobis datum praedicantes
Aveamus.

Quia, ecce, tenebrae operient terram et caligo populos.

2 a. Ecce, regem
Novam legem
Dantem orbis circuitu
Praedicamus,

2 b. Quem futurum
Regnaturum
Prophetico admonitu
Nuntiamus.

Super te autem orietur Dominus, et gloria eius in te videbitur.

3 a. Sunt impleta,
Quae propheta
Quisquis dixit de futuro
Summo rege;

3 b. Impiorum
Iudaeorum
Corda negant regnaturo
Sua lege.

Et ambulabunt gentes in lumine tuo et reges in splendore ortus tui.

4 a. Dilatata
Iam privata
Fit regali potestate
Plebs Iudaea,

4 b. Et gentiles
Prius viles
Convertuntur maiestate
Aetherea.

Leva in circuitu oculos tuos et vide; omnes isti congregati sunt, venerunt tibi.

5 a. Deum verum,
Regem regum
Confitentes per lavacrum
Salvabuntur;

5 b. Sed Iudaei,
Facti rei,
Non fatentes regem sacrum
Damnabuntur.

Filii tui de longe venient, et filiae tuae de latere surgent,

6 a. Omnes gentes
Congaudentes
De cantu laetitiae,

6 b. Quia homo
Sit de domo
Natus David hodie.

Tunc videbis et affluues, et mirabitur et dilatabitur cor tuum, quando conversa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi.

7. Isaias, dic, de Christo quid prophetizas?

8 a. Est necesse
Virgam Iesse
De radice provehi,

8 b. Flos deinde
Surget inde,
Qui est filius Dei.

Inundatio camelorum operiet te, dromedarii Madian et Epha.

9 a. O Iudaei,
Verbum Dei
Cur negastis hominem?

9 b. Vestrae legis
Vestri regis
Audite nunc ordinem.

Omnes de Saba venient aurum et tus deferentes, et laudem Domino annuntiantes;

10 a. Omnes gentes
Non credentes
Peperisse virginem

10 b. Confunduntur,
Convertuntur
Maiestatis aethere.

Cod. ms. saec. 14. — Bannister, dem ich die Abschrift verdanke, konnte leider den Fundort und die Provenienz der Handschrift nicht mehr ermitteln. — 1 b, 2 Uniportum. — 1 b, 3 dicantes. — 1, 4 Habeamus. — 2 a, 1 sqq. rege | Nova lege | Dantes. — 2 a, 3 circuitum. — 2 b, 3 admonitum. — 3 b, 3 regnaturum. — 4 a, 3 Sit regali potestatem. — 4 b, 3 sq. maiestatis aetherea. — 5 b, 3 Confitentes regem. — 6 b, 1 Quia fehlt. — 8 a, 1 Est fehlt. — 8 a, 2 Virga. — 8 b, 2 Surge. — 9 a, 3 negasti. — 9 b, 1 Vestra lex est. — 9 b, 3 Audite per ordinem. — 10 b, 1 Gentes undique(!). — Zu 10 b cfr. 4 b; wahrscheinlich ist die echte ursprüngliche Strophe ausgefallen und dem Schreiber die Strophe 4 b in die Feder gekommen. — Voraus geht auch hier wieder, wie bei Nr. 387, der Conductus: Resonet | Intonet | Fidelis contio.

392. In Epiphania Domini.

1. Laudes dicam altissimo
Concentu devotissimo,
Qui nostrae carnis vilia
Sua ditavit gloria,

2. Carnem sumens de virgine
Nullo gravatam crimine,
Quem cognitum per sidera
Magi quaerunt, dant munera,

3. Sed non sine mysterio,
Ut praesens dicit *lectio*
Isaiae prophetae,

4. In qua fulget magorum * profunda cognitio.
Surge, illuminare, Ierusalem,

5. In qua nobis lux magna * oritur gratissima,
quia venit lumen tuum,

6. Dei invisibilis * filius interminus,
et gloria Domini

7. Saecla revehens altera
super te orta est

8. Et renovabit omnia;
quia, ecce, tenebrae operient terram

9. Et criminum umbracula
et caligo

10. Obducens corda noxia
populos

11. Sedentes hic in tenebris.
Super te autem orietur Dominus etc.

Prosar. ms. Arnesti Pragensis anni 1363. Cod. Capit. Pragen. P 9. — 5 magna fehlt. — 11 hic fehlt. — Der Rest der Tropierung läuft in reine Prosa aus, ähnlich wie bei Nr. 388.

393. In Resurrectione Domini.

1. Regi perennis gloriae
Pangit decus victoriae,
Qua mors devicta periit,
Et vita nobis rediit,

Lectio epistolae beati Pauli apostoli ad Corinthios. Fratres,

2. Christi redempti sanguine,
Regali uncti chrismate,
Post delictorum veniam
Et triumphalem gratiam

expurgate vetus fermentum,

3. Quo subiit interitum
Omne genus mortalium,

ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi,

4. Tendentes ad caelestia,
Ad promissorum gaudia,
Quae contulit magnifice
Christus resurgens hodie.

Etenim pascha nostrum immolatus est Christus,

5. Qui solus sine macula
Mundi lavit piacula,
Agnus intactae virginis
Et hostia mirabilis.

Itaque epulemur

6. Ad mensam novae gratiae
Discumbentes in ordine
Et candidatis vestibus
Vescamur agni dapibus

non in fermento veteri neque in fermento malitiae et nequitiae, sed in azymis sinceritatis et veritatis.

7. Laus tibi sit et gloria,
Pax, salus et victoria,
Qui spoliatis inferis
Tuos ad astra provehis,
Ubi pace perennia
Contemplemur sollemnia.

Collect. ms. Senonense (Opera Oderanni) saec. 11. Cod. Vatican. Regin. 577. add. saec. 12. A. — Trop. ms. incert. origin. saec. 13. Cod. Cantabrigien. Fond. Sanders s. n. B. — Trop. ms. Sangallense saec. (11. et) 13. Cod. Sangallen. 382. C. — 1, 1 Regis C. — 1, 2 Pange A, Pangis C. — 2, 2 tincti BC. — Str. 3 lautet in B: Quod renovat in homine | Christus resurgens hodie (cfr. 4, 4). — 3, 1 Quod AC. — 4, 2 Et proximorum A. — 4, 4 Christus proprio sanguine B. — 5, 2 lavit facinora B. — 6, 4 agnis A. — 7, 1 tibi rex et C; Laus creatori gloria B. — 7, 3 Qui triumphatis B. — 7, 4 Suos B; subvehis A, subvehit B. — Nach 7, 4 hat C sinnstörend den Episteltext: „sed in azymis sinceritatis *et veritatis*", worauf statt 7, 5 und 6 als Abschluſs folgt:

O quam dulcis memoria!
Christi duxit victoria
Nos ab umbra tristitiae;
Vox intonat laetitiae.

Aufbau und Rhythmus ist gleich dem von Nr. 389.

394. In Resurrectione Domini.

1. *Lectio epistolae beati Pauli apostoli ad Corinthios,*
Ne recipiant pseudoapostolos.
2. *Fratres,*
Hic nos Paulus annuntiat,
Ne quis vestrum desipiat.
3. *Expurgate vetus fermentum*
Iuxta vetus testamentum,
4. *Ut sitis nova conspersio,*
Imbuti spiritu sancto,
5. *Sicut estis azymi,*
Positi carne fragili.
6. *Etenim pascha nostrum*
Pro redemptione omnium

7. *Immolatus est Christus,*
Summi Dei filius.
8. *Itaque epulemur*
Et cum Christo gratulemur
9. *Non in fermento veteri,*
Non in peccatis obruti,
10. *Neque in fermento malitiae,*
Compatiamur hodie
11. *Et nequitiae*
Neque superbiae,
12. *Sed in azymis sinceritatis et veritatis*
Cum fratribus epulemur
Et cum Christo gloriemur,
Cui detur laus, gloria,
Virtus atque potentia.

Trop. ms. Troianum saec. 12. Cod. Neapolitan. VI G 34. — 10, 2 Cum patiamur. — 12, 2 epumur. — Reim wie bei Nr. 400, 409 und 414.

395. In Resurrectione Domini.

1. Ecce, manu fortis trivit retinacula mortis;
Plaude, creatura, barathri iam despice iura.
Ibi confregit
Potentias, arcum, scutum gladiumque et bellum;
Plaude, creatura, perierunt vincula dura.
Audi, ecce, unde.
Lectio epistolae beati Pauli apostoli ad Corinthios. Fratres, expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi.
2. *Cantate Domino canticum novum, Alleluia, quia mirabilia fecit;*
Audi, ecce, unde.
Etenim pascha nostrum immolatus est Christus;
3. Res mira, res nova, res sancta.
Laudate Dominum, omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius.
Dragma reperta;
Plaude, creatura, dea sic plaudenda futura.
Itaque epulemur, non in fermento veteri neque in fermento malitiae et nequitiae, sed in azymis sinceritatis et veritatis.

Trop. ms. Martialense saec. (11.) 12. (13.) Cod. Parisin. 1139. — Titel: „Pascha Domini. Epistola.“ — 1, 1 trivi. — 1, 2 despicere. — Eigentümlich ist die Mischung der Tropierung aus Hexametern und Psalmtexten; dabei bilden 1, 2 und 1, 5 und 3, 4 eine Art von Rundreim. — 1, 3 und 3, 3 sind in gleichmäfsiger Weise ein Vorschlag des folgenden Hexameters. — 1, 6 wiederholt sich in 2, 2, und mufs wohl übertragen werden: „Höre und sieh, weshalb.“

396. In Pentecoste.

1. *Lectio actuum apostolorum,*
In qua spiritus sancti gloriosum
Poterimus noscere adventum.

2. *Cum complerentur dies Pentecostes,*
Anastaseos peracta quinquagena die
Sacro dierum numero,
Quo lege fit remissio,
3. *Erant omnes discipuli pariter in eodem loco,*
In quo est Domini Iesu ad caelos assumptio,
Congregati erant cum matre
Maria, clara virgine.
4. *Et factus est repente de caelo sonus*
Vehemens et magnus
5. *Tamquam advenientis spiritus vehementis, et replevit totam domum, ubi erant sedentes*
Et exspectantes
Paracliti sancti consolationem;
6. *Et apparuerunt illis dispertitae linguae tamquam ignis,*
Ut essent verbis proflui
Et caritate fervidi,
7. *Seditque super singulos eorum,*
Qui ibi clausi erant propter metum Iudaeorum,
8. *Et repleti sunt omnes spiritu sancto,*
Procedente a patre et nato,
9. *Et coeperunt loqui variis linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis,*
Qui manebat in ipsis.

Trop. ms. Troianum saec. 12. Cod. Neapolitan. VI G 34. — 2, 2 die fehlt. — 5, 4 consolationem piam (gegen die Assonanz). — 2, 3 und 4 und ebenso 6, 2 und 3 sind Entlehnungen aus dem Pfingsthymnus „Beata nobis gaudia“ (Anal. Hymn. II, Nr. 51). — Die Epistel wird noch des weiteren tropiert: aber während bis zum Abschnitt 9 Epistel- und Tropierungstext durch den Reim (Assonanz) miteinander verbunden sind, verläuft der Rest in völliger Prosa, ist also für die Hymnologie belanglos. Von anderem Gesichtspunkte aus sind interessant die etymologischen Deutungen der Völker- und Ländernamen sowie deren Epitheta, die ich deshalb hier beifüge:

Parthi fugiendo vincentes
Et Medi mediam terram incolentes
Et Elamitae sic dicti ab Elam suo antiquo progenitore
Et qui habitant Mesopotamiam, mediam inter duos potamos . . . . .
Et Pamphiliam, totam amatam, divitiis affluentem . . .
Et Cretes marini *et Arabes odoriferi.*

Zur Verbindung des Epistel- und Tropierungstextes durch die Assonanz vgl. Nr. 394, 400, 409 und 414.

397. In Pentecoste.

1. Tibi, Deus, soli nota
Famulatur mens devota,
Te, quem fide speculatur,
Caritate veneratur.

2. Regum ergo rex et rector,
In insidiis protector,
Nostrae laudes servitutis
Deduc in finem salutis.

Lectio actuum apostolorum.

Quae promissiones filii a patre mirabiliter impletas fideli continet brevitate. *Cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodem loco,* in quo per lacrimosam paenitentiam et observantiam decalogi christianae unitatis stabilitas solidatur. *Et factus est repente de caelo sonus — audivimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei.*

3. Testes ducit hodie
Inimicos gratiae
Virtus admiranda;

4. Sic lege iustitiae
Lex misericordiae
Est glorificanda.

Trop. et Pros. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. 56 (20. — Titel: „Epistola in die sancto Pentecosten." — Die ganze Epistel ist tropiert; aber abgesehen von der Einleitung und dem Abschluſs ist alles ohne Rhythmus und Symmetrie; daher habe ich nur eine Probe der prosaischen Tropierung, die Anfangssätze, vorgelegt.

398. In Dedicatione Ecclesiae.

1. Ad decus ecclesiae
Recitetur hodie
Lectio libri Apocalypsis beati Iohannis apostoli,
2. Cui revelata sunt
Secreta caelestia.
In diebus illis
3. Talis divinitus
ostensa est visio:
Vidi civitatem sanctam Ierusalem, novam,
4. Quae construitur in caelis
Vivis ex lapidibus,
descendentem de caelo,
5. Nuptiali thalamo
a Deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo
6. Super solem splendidum;
et audivi vocem magnam,
7. Nuntiantem (nova) gaudia,
de throno dicentem:
8. Veni, ostendam tibi,
ecce, tabernaculum Dei cum hominibus,
9. Et ad eum venient
Omnes gentes et dicent:
Gloria tibi, Domine.
Et habitabit cum eis
10. Nunc et in aevum;
et ipsi populus eius erunt,
11. Omnes Dei gratia
Quos a morte
Redemit perpetua,
et ipse Deus cum eis erit eorum Deus,
12. Qui moderatur
Cuncta creata.
Et absterget Deus omnem lacrimam ab oculis eorum,

13. Quorum non sol, luna,
Sed Christus
Vera est lucerna;
et mors ultra non erit,
14. Ubi cum
Beatis gloriantur,
Nova canunt carmina;
Gaudia
Permanent sempiterna;
neque luctus, neque clamor,
15. Sed caeli
Praemia perpetua;
neque dolor erit ultra, quia prima abierunt,
16. Iusti florebunt.
Et dixit, qui sedebat in throno,
17. In superna maiestatis arce:
Ecce,
18. *Nova facio omnia*
Divina providentia,
Sancti spiritus gratia;
Per sacra mysteria
Renovantur omnia.

Lection. ms. Prumiense anni 1056—1063. Cod. Bibl. Rylands Mancunien. s. n. add. saec. 12. A. — Trop. ms. Wingartense saec. 13. in. Cod. Mus. Vindobonen. 118. B. — Trop. ms. Wingartense(?) saec. 13. Cod. Stuttgardien. HB I Asc. 95. C. — Trop. ms. Sangallense saec. (11. et) 13. Cod. Sangallen. 382. D. — Miss. ms. Secoviense saec. $^{12}/_{13}$. Cod. Graecen. 769. E. — Trop. et Pros. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. 56 (20). F. — 1, 2 Recitatur CDE. — Str. 4 ist Entlehnung aus dem Hymnus: „Urbs beata Hierusalem“ (Anal. Hymn. II, Nr. 93). — 13, 1 Quibus non A. — 14 fehlt A. — 14, 2 gloriamur BE. — 14. 3 sqq. fehlen BCE. — 15 fehlt D. — 18, 5 Renovatur ecclesia ADEF. — Kollation von A durch Bannister. — Ähnlich wie bei Nr. 383 ist die Tropierung des eigentlichen Corpus der Epistel Prosa, aber mit Ansätzen zum Reim und mit einem gewissen Rhythmus (meist kalatektische trochäische Dimeter, ab und zu gemischt mit einer ebensolchen Dipodie wie 13, 2; 14, 1; 14, 4; 15, 1, womit die akatal. Dipodie in 11, 2 zu vergleichen ist).

399. In Dedicatione Ecclesiae.

1 a. Haec est sponsa summi regis,
Quae descendit de supernis,
Habens claritatem Dei;

1 b. Hic est sponsus immortalis,
Ipsi nullus coaequalis;
Ergo decantetur ei

Lectio libri apocalypsis Iohannis apostoli.

2 a. Ecce, testis legis
et evangelii,

2 b. Qui in cena hausit
de pectore Christi,

Iam proclamat:

In diebus illis vidi civitatem sanctam Ierusalem, novam, descendentem de caelo, a Deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo;

3 a. Structura eius de lapide pretioso,
3 b. Et plateae eius ex auro purissimo.
Et audivi vocem magnam de throno, dicentem: Ecce, tabernaculum Dei cum hominibus; et habitabit cum eis,
4 a. Stola iucunditatis induet eos,
4 b. Et ad certum locum deducet illos;
et ipsi populos eius erunt, et ipse Deus cum eis erit eorum Deus
5. Cui sol et luna
Oboediunt per tempora.
Et absterget Deus omnem lacrimam ab oculis eorum, et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt.
6. O beata consolatio,
Quae datur fidelibus
Pro Christo certantibus!
Et dixit, qui sedebat in throno: Ecce, nova facio omnia.
7. Ipsi gloria in saecula.

Trop. ms. Wingartense(?) saec. 13. Cod. Stuttgardien. HB I Asc. 95. A. — Trop. ms. incert. origin. saec. 13. Cod. Cantabrigien. Fond. Sanders. s. n. B. — 1b, 2 Cui nullus B. — 2b, 1 hauserit AB. — 2b, 2 pectore Dei A. — 3a, 1 ex (st. de) B. — 4a, 1 Et stola A; Stolam B.

400. De Beata Maria V.

1. *Lectio libri sapientiae:*
Maria, mater indulgentiae,
2. *Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris,*
Novi botrum do saporis,
Medicinam hinc doloris
Atque requiem laboris;
Porta sum mediatoris.
3. *Et flores mei fructus honoris et honestatis;*
Honor ego castitatis,
Mater summae deitatis;
Ex me flos virginitatis.
4. *Ego mater pulchrae dilectionis et timoris et magnitudinis(!) et sanctae spei;*
Filii vos omnes mei,
Pulchrum est timore Dei
Oboedire speciei;
Magnus decor faciei.
5. *In me gratia(e) omnis vi(t)ae et veritatis,*
Dono cunctis vitam gratis;
Est veritas carnalitatis
Partus meae virginitatis,
Celsitudo maiestatis.

6. *In me omnis spes vitae et virtutis,*
Sum certa spes iuventutis,
Vera vita senectutis,
Summa virtus me secutis.

7. *Transite ad me omnes qui concupiscitis me,*
et a generationibus meis implemini,
Ut sic per me salvemini,
Quod capitis uremini,
Meo nato ducemini,
Cum ipso epulemini.

8. *Spiritus enim meus super mel dulcis et*
hereditas mea super mel et favum,
Phos, spiramen in cor pravum,
Reddens illud dulce, sanum;
Refocillo christianum.

9. *Memoria mea in generationes saeculorum,*
Me laudabit grex bonorum,
Non sum salus [dam]natorum
Generans Deum deorum.

10. *Qui edunt me, adhuc esurient,*
Bona immensa capient,
Et qui bibunt me, adhuc sitient,
Non hac siti deficient;
Qui audiunt me, non confundentur,
Mecum, volo, sed laetentur.
Et qui operantur in me, non peccabunt,
Sed mecum semper habitabunt;
Qui elucidant me, vitam aeternam possidebunt,
Christum, vitam, de me natum
Regem semper obtinebunt.

Trop. ms. Martialense saec. (11.) 12. (13.) Cod. Parisin. 1139. — 2, 4 requies. — 2, 5 Portatus sum. — 4, 4 Pulchre est timor Dei. — 9, 4 Deus. — Die tropierende Strophe reimt regelmäfsig mit dem Schlufsworte des vorhergehenden Episteltextes.

401. In sanctorum Innocentium.

1. Omnis Christi actio
Nostri sit instructio;
Ergo pangat haec lectio,
Quae sit Iohannis visio:

Lectio libri Apocalypsis Iohannis apostoli.

2. Qui mentis vidit acie
Caelestis numen curiae

In diebus illis,

3. Dum, quod ab aevo latuit,
Per Iohannem patuit
Revelantem caelica
Voce evangelica:

Vidi supra montem Sion agnum stantem,

4. Immunem
Ab omni peccato,
Communem
(Homini) sub peccato nato;

et cum eo centum quadraginta quattuor milia habentes nomen eius et nomen patris eius scriptum in frontibus suis,

5. Qui heredes Christi constituti
Legem (sui) calicis sunt consecuti.

Et audivi vocem de caelo tamquam vocem aquarum multarum,

6. Sanctimoniam deitatis vociferantem
In sedeque deitatis agnum magnificantem,

et vocem, quam audivi, sicut citharoedorum citharizantium in citharis suis,

7. Quia caelesti munere freti
Aeterno gaudio sunt repleti;

et cantabant quasi canticum novum ante sedem et ante quattuor animalia et seniores

8. Hymnum et gloriam,
Salutem et victoriam;

et nemo poterat dicere canticum illud, nisi illa centum quadraginta quattuor milia, qui empti sunt de terra,

9. Quorum corpora morte cruentata
Sacrificium Deo sunt immolata,
Et qui de terra empti
Sanguine ipsius sunt redempti.

Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati; virgines enim sunt;

10. Hi sunt, qui castitatis florem
A mundi illecebris
Et deliciis crebris
Converterunt in divinitatis amorem.

Hi sequuntur agnum, quocumque ierit,

11. Animi integritate,
Perfecta caritate
Et corporis sinceritate.

Hi empti sunt ex hominibus primitiae Deo et agno;

12. Hos sibi dextera patris
Delegit pugiles ecclesiae matris;

et in ore eorum non est inventum mendacium,

13. Quia gratia Dei amplexati
Ipsius monitis nequeunt esse frustrati;

sine macula enim sunt ante thronum Dei.

14. O dulcis contemplatio,
Miranda relatio!
Stupet naturae ratio,
Quod deitatis actio
In carne sit locatio.

Huius approbatio
Est agni revelatio.
Hinc Dei incarnatio
Nostri sit salvatio.

Trop. ms. Sangallense saec. (11. et) 13. Cod. Sangallen. 382. — 10, 2 Ab illecebris mundi. — Titel: „In die Innocentum epistola". — Aus gleicher Quelle publizierte Gautier (Les Tropes, I. p. 151) diese Epistel: sein Text stimmt an einigen Stellen nicht mit der Handschrift.

402. In sanctorum Innocentium.

1. Exigit infantum saeclis memorabile festum,
   Ut collaudetur hodie Deus ac recitetur
   Lectio libri Apocalypsis Iohannis apostoli,
2. Qui sua mysteria manifestavit theoria:
   In diebus illis, ecce, ego Iohannes
3. Non oculis carnis sed puro lumine cordis
   vidi supra montem Sion agnum stantem,
4. Sanguine qui lavit proprio, quos ipse creavit,
   et cum eo centum quadraginta quattuor milia
5. Mundo mactati, sed in aethere vivificati,
   habentes nomen eius,
6. Dei, verbi incarnati,
   et nomen patris eius,
7. Qui verbo saecula fecit,
   scriptum in frontibus suis
8. Sacrosancto cruore;
   et audivi vocem de caelo,
9. De sede sancta Dei,
   tamquam vocem aquarum multarum et tamquam vocem tonitrui magni,
10. Organa sanctorum,
    et vocem, quam audivi
11. In tabernaculis iustorum,
    sicut citharoedorum citharizantium in citharis suis
12. Sub diversorum dulci ratione modorum;
    et cantabant quasi canticum novum ante sedem Dei,
13. Qui Deus et rector mundi manet atque creator,
    et ante quattuor animalia et seniores
14. Hi sunt caeli,
    In quibus, Christe, habitas,
    In quorum verbis tu tonas;
    et nemo poterat dicere canticum illud
15. Caelestis harmoniae
    Et dulcis symphoniae,
    nisi illa centum quadraginta quattuor milia
16. Iustorum electorum,
    qui empti sunt de terra
17. Ad montem virtutum
    De valle lacrimarum.
    Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati,

18. Nescientes thorum delicti crimine sordidatum:
virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum, quocumque ierit,
19. Qui sese pro nobis redimendis permagnum dedit pretium.
Hi empti sunt ex hominibus primitiae Deo et agno,
20. Cum quo laetantur et in aetheris arce locantur,
et in ore eorum non est inventum mendacium,
21. Qui nihil egerunt mali nec cuiquam nocuerunt;
sine macula sunt ante thronum Dei.
22. Felix istorum nimium mors est puerorum,
Regnum caelorum quod dat finemque laborum.

Trop. ms. Pragense saec. 13. Cod. Capit. Pragen. Cim. 4. A. — Trop. et Pros. ms. Arnesti Pragensis anni 1363. Cod. Capit. Pragen. P 9. B. — 1, 1 infantium B; festum fehlt B. — 2 Cui sua A: thoria A. — 14. 3 tu fehlt AB. — 15, 2 Et fehlt B. — 22, 1 Felix iustorum B. — Während Vers 1—5, 12, 13, 20—22 leoninische Hexameter sind und Vers 6—11, 14—17 einen gewissen Rhythmus erkennen lassen, präsentieren sich Vers 18 und 19 als reine Prosa.

403. In sanctorum Innocentium.

1. Laus, honor, virtus [sit] Deo nostro,
Decus (et) imperium regi nostro
De sanctorum innocentum tripudio,
Qui quanto praepollent honoris titulo,
Praesens nobis ostendit *lectio*
libri Apocalypsis Iohannis apostoli,
2. Qui ut aquila
Soli defigens lumina
Caeli petiit limina,
Et testimonium perhibet de his:
In diebus illis
Ecce, ego Iohannes *vidi supra montem* —
ante thronum Dei.
3. Unde, Christe, supplices,
Tanti doni memores
Laudes tibi reddimus
Altisonis vocibus.
4. Laudis ergo gloria
Tibi sit et gratia
Patre cum altissimo,
Qui regnat per saecula.
5. Amen dicant omnia.

Trop. et Pros. ms. Parisiense (?Remense) saec. 13. Cod. Commun. Assisien. 695. A. — Trop. ms. Anglicum(?) saec. 13. (fragmentum). Cod. Londinen. Harl. 1010. B. — Trop. ms. Martialense saec. (11.) 12. (13.) Cod. Parisin. 1139. C. — Folia ms. incert. origin. saec. 14 in Psalterio quodam impr. Biblioth. Angelicae 1419. D. — 1, 3 innocentium B. — 1, 4 praepolleant D. — 2, 1—3 fehlen ABC. — 2, 4 Qui ABC. — Die Tropierung der Epistel ist im übrigen rein prosaisch. — Der rhythmische Abschluſs findet sich nur in A. — 4, 4 per saeculorum saecula A. — 1, 1 und 2 bilden auch den Anfang eines sonst prosaischen Tropus zur Communio (im Prümer Tropar); danach ist meine Bemerkung im „Repertorium Repertorii“ (S. 224) richtig zu stellen. — Kollation von B und D durch Bannister.

404. In s. Iohannis Baptistae.

1. Ad decus aeterni regis civisque superni
   Umbra revelatur hodie vetus, et recitatur
   Lectio Isaiae prophetae.
2. Vox laetabunda, vates sanctissime, de te
   Psallit iucunda, iubilans haec verba prophetae:
   Haec dicit Dominus,
3. Mundi salvator et facturae dominator:
   Audite, insulae, et attendite, populi de longe.
4. Omnis factura miretur in hac genitura:
   Dominus ab utero vocavit me, de ventre matris meae recordatus est nominis mei,
5. Cum me de sterili produxit ventre senili,
   et posuit os meum quasi gladium acutum; sub umbra manus suae protexit me,
6. Ut non sentirem mala, sed tutissimus irem;
   et posuit me sicut sagittam electam, in pharetra sua abscondit me et dixit mihi:
7. Ne timidus fueris; quae mando, cuncta loqueris;
   servus meus es tu, Israel, quia in te gloriabor;
8. Ecce, palam gestes nomenque meum manifestes.
   Et nunc dicit Dominus formans me ex utero servum sibi
9. In praecursorem, baptistae dans et honorem:
   Dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terrae
10. Et peccatores ad me revocare labores.
    Reges videbunt et consurgent principes;
11. Reges et gentes convertes signa videntes,
    et adorabunt Dominum Deum tuum,
12. Qui nihil ignorat, orbis quem totus adorat.
    et sanctum Israel, qui elegit te.
13. O vox clamantis, o signifer altitonantis,
    Turbae sperantis in te memor esto precantis.

Trop. ms. Sangallense saec. (11. et) 13. Cod. Sangallen. 382. A. — Collect. ms. Augiense saec. 12. Cod. Carolsruhan. Aug. 114. add. saec. 14. B. — 2, 1 sanctissima B. — 2, 2 Psallat B; hoc verba B. — 5 Cum te de A; me fehlt B (die Einführung der 2. Person ist hier wie in Vers 6 offenbar irrig); ventre sterili B. — 6 sentires . . . ires AB. — 11 convertens B. — Man vgl. den Introitustropus „In summi laude regis“ (Nr. 258): für beide Tropen ist der gleiche Verfasser zu vermuten, anscheinend ein St. Galler Mönch. — Während in Nr. 400 der Hexameter öfters durch nur rhythmische Verse oder gar durch Prosa abgelöst wird, ist hier der Hexameter mit reinem Binnenreim bis zu Ende durchgeführt, das einzige mir bekannte Beispiel dieser Art bei tropierten Episteln.

405. In s. Iohannis Evangelistae.

1. Ad laudem regis gloriae
   Vox intonet ecclesiae
   Propter Iohannis merita
   Haec recitans praeconia.

Lectio libri Sapientiae

2. Proclamet saluberrime
Spiritus sancti carmine,
Quam, fideles, perpendite.

Qui timet Dominum, faciet bona,

3. Ut percipiat gaudia
Conditoris perennia;

et qui continens est iustitiae, apprehendet illam et obviabit illi quasi mater honorificata,

4. Quia dulcis est gratia,
Suavis misericordia,
Mirabilis in gloria.

Cibavit illum pane vitae et intellectus,

5. Dum supra pectus Domini,
Recumberet altissimi,

et aqua sapientiae salutaris potavit illum,

6. Ut paradisi fluvius
Totum orbem caelestibus
Irrigaret dogmatibus;

et firmabitur in illo, et non flectetur; et continebit illum, et non confundetur,

7. Ut arce Sion positus
Praemineat virtutibus.

Et exaltavit illum apud proximos suos

8. Cum aequo mundi iudice
Throno sedentem gloriae;

et in medio ecclesiae aperuit os eius

9. In voce evangelica
Ad divina praeconia,

et implevit illum spiritu sapientiae et intellectus,

10. Ut more volans aquilae
Spectet solem iustitiae;

et stola gloriae vestivit eum

11. Inter sanctorum agmina
Coronis rutilantia
Et luce solis candida.

Iucunditatem et exsultationem thesaurizavit super eum

12. In angelorum curia
Per festa immortalia,

et nomine aeterno haereditavit illum,

13. Quem dilexit prae omnibus
Unicus Dei filius,

Dominus Deus noster.

14. O Iohannes, theologe,
O Christi dilectissime,
Tuis laetos sollemniis
Caeli coniunge gaudiis.

Trop. ms. Troianum saec. 12. Cod. Neapolitan. VI G 34. A. — Trop. et Pros. ms. Parisiense (?Remense) saec. 13. Cod. Commun. Assisien. 695. B. — Offic. ms. fatuorum Senonense apogr. saec. $^{17}/_{18}$. Cod. Parisin. 1351. C. — Trop. ms. Sangallense saec. (11. et) 13. Cod. Sangallen. 382. D. —

Trop. et Pros. ms. Arnesti Pragensis anni 1363. Cod. Capit. Pragen. P 9. E. — Trop. ms. Anglicum(? saec. 13. (fragmentum). Cod. Londinen. Harl. 1010. F. — 1, 2 intonat F. — 1, 4 Hic F; recita C, recitantur B, recitatus F. — 2, 1 Proclamat AD. — 2, 2 sanctus A. — 3, 1 Et BCF. — 4, 1 Quam E. — 4, 2 Suavis per omnia E. — 5, 1 Qui cum E. — 6, 1 Et BEF; fluminis ADF. — 6, 2 Irrogare F. — 7, 1 Et E. — 7, 2 Permaneat C. — 8, 1 Cum evo munda B. — 8, 2 Et throno E. — 10—13 fehlt E. — 10, 1 Et BF. — 10, 2 solem spectet (spectat D) DF. — 12, 2 Per fecta D, Perfecta ACF. — 13, 1 prae ceteris BCF. — 14, 2 Christo CE, Christe B. — 14, 3 lectos AF.

406. In s. Iohannis Evangelistae.

Introductio Epistolae.

1. Ad Iohannis
festa sublimia
Tota frequens
currat ecclesia
Meritaeque
laudis praeconia
Cum ingenti
solvat laetitia.

2. Hunc dilexit
Christus prae ceteris
Inexpertum
pollutae Veneris,
Matrem mandat
huius regimini
Fitque virgo
tutela virgini.

3. Dum recumbit
in Christi gremio,
Fit caelesti
plenus mysterio,
Haustum sibi
caelestis gratiae
Propinavit
fons sapientiae.

4. Miseratus
naturam frondium
Transformavit
in auri pretium,
Esse suum
harenis abstulit
Et ad statum
priorem retulit.

5. Et temptatus
lethali poculo
Illaesum se
monstravit populo
Eodemque
prostratum calice
Redonavit
vitae mirifice.

6. Imponendam
sepulcro viduam
Reportavit
ad vitae ianuam
Iuvenemque
plorante populo
Suscitavit
de mortis lectulo.

7. Iam nunc omnes
mundatis mentibus
Sint intenti
sacris sermonibus,
De Iohanne
plena mysterio
Salomonis
quid dicat lectio.

Trop. et Pros. ms. Arnesti Pragensis anni 1363. Cod. Capit. Pragen. P 9. — Unmittelbar schliefst sich an: Ad laudem regis gloriae (Nr. 403), wozu also vorstehendes die Introductio bildet. Andernfalls wäre es den Conductus einzureihen gewesen.

407. In s. Iohannis Evangelistae.

1. Praeclara resonet voce
Nostrae chorus ecclesiae,
Iustumque laudet carmine
Lectio libri sapientiae,

2. In quo satis ostenditur,
Quanta corona dabitur
Sanctis, de quibus dicitur:
Qui timet Deum, faciet bona

3. Stupenda sapientiae,
Exemplum patientiae
Factus et innocentiae;
et, qui continet scientiam, apprehendet illam;

4. Nam hanc habere voluit
Et hanc habendam docuit,
Dum sanctitati studuit;
et obviabit illi quasi mater honorificata,

5. Quae credentes laetificat,
Quae vitae viam indicat,
Quae iustos honestificat.
Cibabit illum pane vitae et intellectus,

6. Pane quidem angelico,
Pane caelesti, mystico
Salutisque viatico;
et aqua sapientiae salutaris potabit illum,

7. Ne in aeternum sitiat,
Ne marcescens deficiat;
et firmabitur in illo, et non flectetur,

8. Sed in eo laudabitur;
et continebit illum, et non confundetur,

9. Nullus enim confunditur
Nec deficit nec labitur,
Qui iussa Dei sequitur;
et exaltabit illum apud proximos suos.

10. Et quia fuit humilis,
Fit altus et mirabilis,
Nam rector ineffabilis
in medio ecclesiae aperuit os eius,

11. Ut vitae verbis affluens
Doctor foret sufficiens,
Quem docuit omnipotens.
Et implevit illum spiritu sapientiae et intellectus,

12. Ut, quae sursum sunt, saperet,
Quae recta, intellegeret
Intellecta[que] faceret;
et stolam gloriae induit eum,

13. Quae perfectis tribuitur,
Quae nullo fine clauditur,
Qua Deus praesens cernitur.

Iucunditatem et exsultationem thesaurizavit super eum

14. Dans ei vitae bravium,
Donans aeternum gaudium
Et immortale praemium.

et nomine aeterno hereditabit illum Dominus Deus noster in saecula.

Trop. et Seq. ms. Claromontense saec. 15. Cod. Claromont. 57. — Aufbau und Rhythmus wie bei Nr. 389 und 393.

408. In sancti Nicolai.

1 a. Hac clara die, turma festiva, da praeconia

1 b. Concrepans Nicolaum; laudem eius pronuntiat

Lectio libri Sapientiae,

2. Salutis causa,
vitae porta perpetua.

3. *Beatus vir, qui inventus est sine macula*

a. Iuste et sancte vivendo,
et qui post aurum non abiit,
~~~~~~~~~~~~~~~~
Auri pondo trium virginum
redemit pudorem,
nec speravit in pecunia et thesauris

b. Caduca rite deputans.
Quis est hic? Et laudabimus eum
Amicum Dei; *fecit e. mirabilia in vita sua*
Plena operibus bonis et eleemosynis;
qui probatus est in illo et perfectus est

4. Ore, corde, opere;
et erit illi gloria aeterna,

5 a. In qua assidue felix laetabitur;
qui potuit transgredi
et non est transgressus
In timore
et amore casto,
et facere mala
et non fecit

5 b. Propter amorem Domini Iesu Christi.
Ideo stabilita sunt
bona illius in Domino,
Qui sanctos suos
ita glorificat;
et eleemosynas illius
enarrabit o. eccl. sanctorum.

6. Huius precatu, Domine,
Nostrum reatum dilue
Arcens mali contagium,
Vitae removens taedium.
~~~~~~~~~~~~~~~~

Trop. ms. Martialense saec. (11.) 12. (13.) Cod. Parisin. 1139. — 1a, 2 dans. — 5a, 6 et amore fehlt. — Str. 1a ist der Mariensequenz gleichen Anfanges (Anal. Hymn. VII, Nr. 101) entlehnt, Str. 6 dem Martyrerhymnus „Martyr Dei qui unicum“ (Anal. Hymn. II, Nr. 98, Str. 2). — In der Melodie ist nur 1a mit 1b parallel: im übrigen zeigt bloss der Text einen gewissen Parallelismus, von dem es sehr zweifelhaft bleibt, ob er auf Rechnung von Absicht oder Zufall kommt. — Der Episteltext ist jener, der nunmehr bei einem Confessor non Pontifex gebraucht wird.

409. In sancti Nicolai.

1. Laudes aeterno patri genitoque superno
Corde canat digno plebs haec animoque benigno;
Gaudeat et gaudens, Nicolao cantica psallens
Semper laetetur ex hoc, quod sacra fatetur

2. *Lectio libri Sapientiae*
Proclamantis magnifice
De beato pontifice:

3. *Ecce, sacerdos magnus*
In bonis multiplicibus,
Qui in suis diebus
Placuit Deo in omnibus.

4. *Et inventus est iustus*
Refovendo tribulatos
Relevando naufragos;

5. *Et in tempore iracundiae*
Amator exstitit concordiae,

6. *Factus est reconciliatio*
Miserorum et consolatio.

7. *Non est inventus similis illi*
A constitutione saeculi,

8. *Qui conservavit legem excelsi*
Patris et filii et spiritus paracliti.

9. *Ideo iureiurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam,*
Sic enim scriptum est per prophetam.
10. *Benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus.*
Excelsi patris filius,
11. *Et testamentum suum confirmavit super caput eius,*
Omnia gesta cuius plebs ista recenset [. . us],
12. *Agnovit eum in benedictionibus suis,*
Vita dum praesens vegetavit eius
Corporis artus.
13. *Conservavit illi misericordiam suam*
Eroganti suam pauperibus substantiam,

14. *Et invenit gratiam coram oculis Domini*
Sedentis in supernae arce maiestatis.
15. *Magnificavit eum in conspectu regum*
Puro corde sibi famulantium,
16. *Et dedit illi coronam gloriae*
Caelestis, ubi laetatur sine fine.
17. *Statuit illi testamentum aeternum*,
Quod possidebit in aeternum.
18. *Et dedit illi sacerdotium magnum*,
Quoniam elegit eum in sacerdotem summum,
19. *Et beatificavit illum in gloria*,
Ubi est sanctorum laetitia
Et angelorum custodia,
20. *Fungi sacerdotio*
In suo episcopio
21. *Et habere laudem in nomine ipsius*,
Qui sanctorum splendor est mirus,
22. *Et offerre illi incensum dignum*
Divinum libando sacrificium
23. *In odorem suavitatis.*

Trop. ms. Troianum saec. Cod. Neapolitan. VI G 34. — Abschrift durch Bannister. — 1, 2 digne: gegen den Binnenreim. — 2, 2 Proclamantes. — Nach 9, 2 ist etwas ausgefallen, was Bannister als Episteltext ansah und daher nur durch die Anfangsbuchstaben der einzelnen Worte „T. d. e. n. p. e.“ andeutete. — 11, 2 scheint ein Hexameter zu sein, dessen Schlufs in der Feder blieb; weil die Verse der 1. Strophe leoninische Hexameter sind, dürfte auch hier ein solcher rekonstruiert werden müssen, zumal dann auch der Reim mit dem vorhergehenden Episteltext gewahrt bleibt. — 12, 2 sp. Entlehnung u. z. Str. 2, 3 sq. aus „Iste confessor“ (Anal. Hymn. II, Nr. 101. — 13, 2 Hirroganti. — 14, 2 supernis maiestatis arce; gegen den Reim. — 18, 2 sacerdotem sibi. — 21, 2 est mirabilis; gegen den Reim. — Episteltext und Tropierungstext sind durch den Reim gebunden, ähnlich wie bei Nr. 400; dort aber ist Rhythmus, hier Reimprosa.

410. In sancti Stephani.

1. Laudabilis * miles et praepotens,
Quem visitavit * ex altis oriens,
In hora mortis * quam fuit patiens,
Pulchre declarat * [haec] praesens *lectio*
Actuum apostolorum,
2. Qui debriati * flaminis gratia,
Dum largirentur * in Ierosolyma
Iudaeae plebi * caelica pabula,
in diebus illis
3. Elegerunt septem levitas in ministerio,
De quorum collegio
Stephanus plenus gratia et fortitudine

4. Sancti spiritus
Collata sibi divinitus
faciebat prodigia et signa magna in populo,
5. Scilicet Hebraico,
Non credente Dei verbo.
Surrexerunt autem quidam de synagoga
6. Agentes perversa,
quae appellatur Libertinorum,
7. Advocatus malignorum,
et Cyrenensium et Alexandrinorum
8. Consentientes operibus eorum,
qui erant a Cilicia et Asia
9. Verba dicentes impia,
disputantes cum Stephano
10. Ore torvo, * corde furibundo;
et non poterant resistere sapientiae et spiritui
11. A patre et * filio procedenti,
qui loquebatur.
12. Monitis salutaribus
Docebat eos Stephanus,
At excaecatus populus
audientes haec dissecabantur cordibus suis
13. Et moti fellis turbine
stridebant dentibus in eum,
14. Eo quod Christi dogmata
Pandebat voce publica.
Cum autem esset Stephanus plenus spiritu sancto, intendens in caelum,
15. Quo fixis mentis oculis
Iungi gliscebat angelis,
vidit gloriam Dei et Iesum stantem a dextris Dei; et ait:
16. Quem occidistis, miseri,
Nolentes eius fieri,
Ut ostendam apertius
Vobiscum adhuc positus,
ecce, video caelos apertos et filium hominis stantem a dextris virtutis Dei.
17. Propter haec testimonia
Corda fremunt Iudaica,
Tunc omnes una
exclamantes autem voce magna continuerunt aures suas et impetum fecerunt unanimiter in eum
18. Non ferentes diutius,
Ut loqueretur amplius,
et eicientes eum extra civitatem lapidabant,
19. Quem pius Alpha protinus
Locavit in caelestibus.
Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adulescentis, qui vocabatur Saulus,
20. Qui huius sancti precibus
Post haec iunctus fidelibus
Datus est doctor gentibus;
et lapidabant Stephanum invocantem et dicentem:

21. Pro cuius almo nomine
Morior fuso sanguine,

Domine Iesu, suscipe spiritum meum.

22. Agonista fortissimus
Tunc pro se lapidantibus
Orabat,

positis autem genibus clamavit voce magna dicens:

23. Praenobilis rex gloriae,
Qui illis vis ignoscere,
Qui te volunt cognoscere,

Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset, obdormivit in Domino,

24. Cui laudes in iubilo
Nostra depromat contio.

Trop. ms. S. Leonardi Lemovicensis saec. 13. in. Cod. Parisin. 1086. A. — Trop. ms. Martialense saec. (11.) 12. (13.) Cod. Parisin. 1139. B. — Trop. et Pros. ms. Claromontense saec. 15. Cod. Claromonten. 57. C. — 1, 2 ex alto A. — 2, 1 ebriati B. — 2, 2 largiretur C. — 3, 2 celegio C. — 5, 2 credenti BC. — 7, 8 u. 9 fehlen BC. — 10 corde fehlt B. — 12, 3 Ut C; excaecati populi ABC (gegen den Reim). — 13 turbidine C. — 17—20 incl. ist in B unlesbar, fast ganz abgeschabt. — 20 fehlt C. — Nach 23, 1 in A der Episteltext „Domine, ne statuas illis hoc peccatum", darauf 23, 2 u. 3. — 23, 2 Qui semper vis BC. — 23, 3 fehlt BC. — 24, 1 Cuius laudes cum C. — Str. 1 gebaut wie die Einleitungsstr. von Nr. 383 u. 386; der tropierende Text reimt durchweg mit der Schlufssilbe des vorhergehenden Episteltextes.

411. In sancti Stephani.

1. Eia, plebs levitica,
In laude Dei consona,
Stephani pange rutilam
Passionis victoriam,
Qui coronatus lapide
Primus fulget in agmine.

Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis

2. Ad dona sancti spiritus
Dipertienda gentibus
Septiformi pro munere
Elegerunt in ordine
Septem viros apostoli,
Quorum unus mirabilis

Stephanus plenus gratia et fortitudine faciebat prodigia et signa magna in populo,

3. Docens Christi magnalia
Per pervicorum agmina;
Unde zelantes nimium
Levitam dissertissimum,
Ut eum neci traderent
(Et) Christi nomen extinguerent,

surrexerunt (autem) quidam de synagoga, quae appellatur Libertinorum et Cyrenensium et Alexandrinorum et eorum, qui erant a Cilicia et Asia, disputantes cum Stephano,

4. Qui in vultu angelico
Fonte repletus mystico
Ut tuba sonat ductilis,
Caelestibus eloquiis
Horum damnans perfidiam
Et Christi narrans gloriam;

et non poterant resistere sapientiae et spiritui, qui loquebatur;

5. Quia erat divinitus
Organum sancti spiritus.

Audientes autem haec dissecabantur cordibus suis et stridebant dentibus in eum.

6. O Iudaea gens impia,
Semper livore saucia
Quasi Cain! At placita
Deo patri libamina,
Christi cruore debria
Stephani sitis vulnera!

Cum autem esset Stephanus plenus spiritu sancto, intendens in caelum vidit gloriam Dei et Iesum stantem a dextris Dei et ait: Ecce, video caelos apertos et filium hominis stantem a dextris virtutis Dei,

7. Natum sacra de virgine,
Quem vos negastis impie;
Astat mihi praesidio
De summi patris solio,
Ut securus de praemio
Non cedam in supplicio.

Exclamantes autem voce magna continuerunt aures suas et impetum fecerunt unanimiter in eum,

8. Ne summi patris gloriam
Perciperent et gratiam,
Qui astat in praesidio
Hic in tormentis posito.

Et eicientes eum extra civitatem lapidabant et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adulescentis, qui vocabatur Saulus,

9. Lupus rapax et persequens,
Sed post [haec] agnus innocens,
Mane praedam diripiens,
Spolia sero dividens.

Et lapidabant Stephanum invocantem et dicentem: Domine Iesu, suscipe spiritum meum,

10. Sitientem te cernere
Et tecum semper vivere,
Qui sanctorum es gloria,
Spes, salus et victoria.

Positis autem genibus clamavit dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset, obdormivit in Domino.

Passion. ms. Altahense saec. 12. Clm. Monacen. 9506. add. saec. 13. A. — Grad. et Trop. ms. Mosburgense anni 1360. Cod. Univ. Monacen. 156Fol. B. — 2, 6. mirabili B. — 3, 2 Per virorum A, Per vicorum B (zu „pervicus“ = pervicax cfr. Forcellini). — 3, 5 eum morti B. — 4, 5 u. 6 fehlen A. — Statt Str. 6 steht hier in A: „Cupientes eum occidere, qui illis viam Domini studuit fideliter ostendere“; Str. 6 steht in A statt Str. 8. — 6, 3 Velut Cain B; ad placita AB. — 6, 5 decbria AB. — Str. 7 fehlt A, statt dessen:

Quem vos Christum negantes
Et cruci affigentes,
Astat mihi in certamine,
Si vultis, ipsum cernite.

7, 3 Qui fehlt B; cfr. 8, 3. — Statt Str. 8 in A hier Str. 6. — 9, 3 praedam rapiens A. — Str. 10 fehlt A; statt dessen:

Quem non cesso pro te tradere,
Tu colloca in caelesti requie.

Nach 10, am Schlufs des Episteltextes, fügt A noch bei: Ipsi gloria in saecula. — B hat überall gleichmäfsig gebaute rhythmische Strophen. Es bleibt jedoch zweifelhaft, ob diese das Resultat späterer Bearbeitung sind, und somit A trotz mancher Unebenheiten die ursprüngliche Form bietet.

412. In sancti Stephani.

1. Lux refulget hodierna
Stephani martyrio,
Cui datur lux aeterna
Felici commercio,
Ad honorem cuius sonat
Sollemni praeconio

Lectio Actuum apostolorum,

2. Vernant fortia
Iam quorum tropaea
In caeli regia.

In diebus illis Stephanus plenus gratia et fortitudine,

3. Lumine vultus
Tui, Domine, insignitus

faciebat prodigia et signa magna in populo

4. Optatum infirmis robur cedendo catervis.

Surrexerunt autem quidam de synagoga, quae appellatur etc.

Trop. ms. Sangallense saec. (11 et.) 13. Cod. Sangallen. 382. A. — Trop. ms. Parisiense (? Remense) saec. 13. Cod Commun. Assisien. 695. B. — Trop. ms. Anglicum (?) saec. 13. (fragmentum). Cod. Londinen. Harl. 1010. C. — Str. 1 fehlt BC. — Von Vers 4 ab (ein Hexameter) verläuft die übrige Tropierung in vollständiger Prosa. Bemerkt sei nur, dafs nach dem Episteltexte „Domine, ne statuas illis hoc peccatum“ als Tropierung ein Hexameter dient, der dem Kyrie-Tropus „Cunctipotens genitor“ (Anal. Hymn. XLVII Nr. 4) entlehnt ist, nämlich:

Nec tua damnetur, Iesu, factura benigne.

Im mehrfach schon erwähnten Cod. Londinen. Harl. 1010 findet sich noch eine andere tropierte Epistel für das Fest des hl. Stephanus, die aber, ab-

gesehen von einem Pentameter und 3 eingestreuten Hexametern und aufser einigen Anlehen aus Hymnen rein prosaisch ist. Zudem ist sie stellenweise lückenhaft und so verderbt, dafs ich füglich von einer Publikation derselben abstehe. Es genüge eine Skizzierung derselben.

An den Titel „Lectio actuum apostolorum“ fügt sich der Pentameter:

Quorum voce fides obtinet orbis iter.

Das Wort Stephanus („In diebus illis Stephanus“) wird tropiert durch die 2. Strophe des Hymnus „Iste confessor“ (Anal. Hymn. II, Nr. 101; man vgl. oben Nr. 487, Str. 12) — Von Interesse ist durch sein Wortspiel der tropierende Hexameter zum Schrifttexte „et eicientes eum extra civitatem lapidabant, nämlich:

Ad lapidem lapidum Stephanus transit lapidatus.

Den Abschlufs bildet eine Strophe, welche eine Compilation aus dem Hymnus „Sancte Dei, pretiose protomartyr, Stephane“ (Daniel I, p. 241) ist:

Sancte Dei protomartyr * adesto precantibus,
Ut tuo [propitiatus * inte]rventu Dominus
Nos purgatos a peccatis * iungat caeli civibus.

413. In s. Thomae Martyris.

1. Plorat novo * Rachel pro filio,
Trucidato * matris in gremio;
Pastor ovis * mactatur gladio,
Cuius vita, * virtus et passio
Quae fuerit, * probat haec *lectio*
libri Sapientiae.

Iustum deduxit Dominus per vias rectas — et dedit illi claritatem aeternam Dominus Deus noster.

2. [O] moderni temporis
Sacerdotum rosa,
Rubens caesa corporis
Morte pretiosa,
Nostri tu facinoris
Terge maculosa.

Trop. ms. Anglicum (?) saec. 13. (fragmentum). Cod. Londinen. Harl. 1010. — 1, 3 Pastoris. — Die Tropierung des Episteltextes ist Prosa, untermischt mit Entlehnungen, unter denen bemerkenswert erscheint „Regnum tuum solidum“ (cfr. Anal. Hymn. XLVII, p. 282).

414. In unius Confessoris.

1. *Lectio libri Sapientiae*
Nos docet hoc dictamine,
Quod cum potenti animo
Obsistemus diabolo:
2. *Beatus vir, qui inventus est sine macula*
Renuendo imperia
Diaboli crudelia,

3. *Et qui post aurum non abiit*:
Invidia nam abfuit;
4. *Nec speravit in pecunia et thesauris*,
Sed in supernis iuvenis
Floret thesaurizabilis.
5. *Quis est hic? Et laudabimus eum*;
Laudabilis est nimium
Petens Dei officium;
6. *Fecit enim mirabilia in vita sua*
Imbutus sacri gratia
Spiritus ardentissima.
7. *Qui probatus est in illo et perfectus est*,
Inventio nam clara est.
8. *Et erit illi gloria aeterna*
Accipiendo dona superna;
9. *Qui potuit transgredi et non est transgressus*,
Sed eius amore multa mala perpessus,
10. *Et facere mala, et non fecit*;
Pulchrius, quam Iudas, sibi providit.
11. *Ideo stabilita sunt bona illius in Domino*
Hocque cum suo merito,
Sed plus indulgentissimo;
12. *Et eleemosynas illius enarrabit ecclesia sanctorum*
Enarrabilis namque est
per infinita saecula saeculorum.

Trop. ms. Troianum saec. 12. Cod. Neapolitan. VI G 34. — 4, 1 supernis iuemis. — 4, 2 Foret. — 6, 2 sacrati. — Die einzelnen Abschnitte des Epistel- und des Introitustextes sind durch den Reim gebunden (cfr. Nr. 400 u. 409).

III.

TROPI AD GRADUALE.

Tropi ad Graduale.

Praeambulum.

Das Graduale als Teil der Messe zwischen Epistel und Evangelium zerfällt in zwei, ursprünglich gesonderte Teile: 1) Das Responsorium (Psalmus responsorius oder Responsorium graduale, in den alten Handschriften bezeichnet durch RG) gefolgt von einem Versus oder Versikel: und 2) das Alleluia, ebenfalls begleitet von einem Versikel, dem Versus Alleluiaticus, der wiederum durch ein Alleluia abgeschlossen wird. Zwischen diese beiden Teile war in den ältesten Zeiten die Lesung einer Prophetie eingeschaltet, nach deren Wegfall beide Teile zu einem Ganzen vereinigt wurden. Weil der Text des Responsoriums und der beiden Versikel, welcher der hl. Schrift und zwar fast ausnahmslos den Psalmen entnommen ist, am Gradus oder Ambo zu singen war, erhielt das Ganze den Namen Graduale. (Vgl. Duchesne Origine du culte chrétien, Paris 1898, p. 159 sqq.).

Der erste Teil des Graduale, das Responsorium und sein Versus, sind selten tropiert: der Versus Alleluiaticus hingegen mit seinem abschliefsenden Alleluia ist der eigentliche Nährboden für die Tropen: dort spriefst empor der Stamm des mächtigen Tropenbaumes mit seinen vielen Zweigen und Ästen. Für den Nachweis dieser These und für Darlegung der Theorie vom Ursprung und von der Entwicklung der Tropen aus den Gradualtropen ist hier nicht der Platz. Nur das Material ist zu bieten, aber systematisch gegliedert.

Es erscheint unnütz und praktisch belanglos, die wenigen Tropen zum Responsorium und seinem Versus, bezw. zum Versus des Responsoriums, die in ihrem Bau den Tropen zum Versus Alleluiaticus als ihren mehr denn mutmafslichen Vorbildern ganz gleichen, als eine gesonderte Gruppe zu behandeln. Ich fasse sie alle zusammen unter dem Titel: Tropi ad Responsorium et ad Versum Alleluiaticum. Bei letzterem indessen müssen die Tropen zum Schlufs-Alleluia als eine wesentlich verschiedene Tropenklasse, die obendrein in drei streng geschiedene Unterarten zerfällt, abgetrennt und eigens behandelt werden als Tropi ad Alleluia.

A. Tropi ad Responsorium Graduale et ad Versum Alleluiaticum.

Im Codex der Münchener Hof- und Staatsbibliothek Clm. 14322, einem für unseren Zweck hervorragend lehrreichen Tropar von St. Emmeran aus dem Anfange des 11. Jahrhunderts, sind auf fol. 45—75 die Texte und Melodien des Gradual-Responsorisums und Versikels, auf fol. 77—98 jene des Versus Alleluiaticus gesondert und der Ordnung des Kirchenjahres folgend zusammengestellt. Dieser Anordnung begegnen wir in manchen alten Troparien und Gradualien. — Auf fol. 5—12 treffen wir ein zweites Mal die Texte und Melodien des Versus Alleluiaticus an, hier aber verbunden mit ihrer Tropierung. Als Ausgangspunkt für eine kurze Charakterisierung dieser Tropen diene ein Beispiel aus dem erwähnten Tropar, das als rein prosaisch nicht in die gleich vorzulegende Sammlung gehört.

auf das ich aber nicht gerne ganz verzichte, um zum Vergleiche auch auf ein Prosamuster verweisen zu können:

„*De Apostolis Tropi.*“

1. Alleluia. Non vos, homines quidem mortales, me, Deum, vestrum factorem, elegistis, (*Non vos me elegistis*)
2. Sed ego, Deus Dominus, vos meos elegi proximos amicos, non servos, (*sed ego vos elegi*)
3. Quapropter posui vos, (*et posui vos*)
4. Ut portetis verbum aeterni patris et mei nominis *(ut ea-)*
5. Et sic repleti paracliti spiritus sancti igne eatis *(-atis)*
6. Et fructum valde magnum multiplici labore (laboris Hs.) lucrati afferatis ipsi mihi, *(et fructum afferatis)*
7. Et fructus dignus apud me honore summo vester [maneat] ac pio, *(et fructus vester maneat.)*
8. Ubi lux clara lucet, et pax locum tenet; illic, oculus nec mens hominis quod (n)unquam conspexerat, ego pro mercede debita reddam vobis.

Der Text des Versus Alleluiaticus, der durch den Druck in Itala kenntlich gemacht wurde, ist hier mit dem Text der Tropierung zu einem einheitlichen Ganzen verwoben; während der eine Chor diesen Tropus zum Vortrag brachte, sang der andere Chor den liturgischen Text des Versus mit seinen Melismen oder melodischen Koloraturen. Der den einzelnen Versen des Tropus beigefügte Abschnitt des liturgischen Textes, welchen die Handschrift genau so bietet, wie ich ihn vorlegte, und den ich in Klammern einfassen liefs, beweist das zur Genüge. — Von besonderem Interesse sind Vers 4 und 5. Beide Chöre beginnen mit „Ut“; der eine Chor fährt nun fort mit dem Gesange der Tropierung „portetis verbum etc.“, der andere singt „ea-“ und läfst über dem **-a-** ein langes Melisma erschallen, bis sich beide Chöre am Schlusse von Vers 5 wieder im Gesange von „eatis“ vereinen. Viel kunstvoller kommt dieser Aufbau einer Tropierung über dem einzelnen Vokal eines Wortes aus dem liturgischen Texte in anderen Tropen zum Ausdruck, wie z. B. bei Nr. 499. Dort heben beide Chöre in Str. 3 an mit „Et flore-“; der eine Chor hält das **e** fest und singt zu demselben ein reiches Melisma, der andere Chor trägt 2 Strophen vor, die ganz symmetrisch gebaut sind, und in denen jeder Vers auf **e**, entsprechend dem „flore-bit“ auslautet. — Was hier über die Beziehung des „flore-bit“ zum Versauslaut der zugehörigen tropierenden Strophe bemerkt wurde, gilt bei dem gleichen Tropus (Nr. 499) von „Alleluia“ und von allen einzelnen Worten des dort tropierten Versus Alleluiaticus: „Iustus germinabit sicut lilium et florebit in aeternum ante Dominum.“ (Man vgl. die Anmerkung zu jenem Tropus).

Sind in den eben besprochenen Gradualtropen alle Worte oder doch alle Teile des Versus Alleluiaticus tropiert, so dafs man den liturgischen Text dieses Versus vollständig herausheben kann, wenngleich dabei ein einzelnes Wort bezw. Vokal eine besonders reiche Tropierung erfahren hat entsprechend dem reicheren Melisma dieses Vokales in der Melodie, so gibt es andere Gradualtropen, in denen nur ein solches Einzelwort bezw. ein Einzelvokal als Grundthema des Tropus dient. Als Beispiel aus vielen gelte „In modulo“ (Nr. 440). Tropiert wird dort der Versus Alleluiaticus „Pascha nostrum *immolatus* est Christus“; die Tropierung aber baut sich nur auf über „immolatus“. Beide Chöre beginnen mit „In mo-“ und „Immo-“, und während nun der eine Chor sein reich neumiertes **o** festhält, singt der andere einen rhythmischen und in kunstvollen, eigentlich künstlich überreichen Reimen abgefafsten Tropus. Den Abschlufs bildet für beide Chöre „-latus (Schlufs von „immolatus“), und nur dieses „latus“ ist in der einen der bei Nr. 440 erwähnten Quellen am Schlufs angeführt.

Sichtlich haben wir in diesem und in ähnlichen Tropen eine weitere Entwickelung jener älteren Gradualtropen von denen uns Nr. 499 ein Beispiel bot. — Noch einen Schritt weiter, und wir haben Gradualtropen, die

in ihrem Texte kein einziges Wort enthalten, das mit dem zugehörigen Versus Alleluiaticus gemeinsam wäre, und bei denen nur noch der Inhalt Anklänge an denselben aufweist. Ein Beispiel hierfür ist Nr. 481. — Stehen solche Tropen nicht in der Gruppe der Gradualtropen, sondern sind sie ganz vereinzelt in liturgische Handschriften oder Cantionale eingetragen, so ist es schwer, sie genau als Tropen zu determinieren. Wenn am Schlusse derselben noch ein Wort oder eine Silbe verzeichnet ist, wie „-latus" bei Nr. 440, oder „Iohan-" bei Nr. 481, so bringt uns das unter Umständen auf eine gute Fährte. Geht uns aber auch diese ab, wie z. B. bei Nr. 468, so kommen wir oft nicht über eine gewisse Wahrscheinlichkeit hinaus, dafs es sich bei solchen Dichtungen um einen Gradualtropus handle.

Bekanntlich hat Flacius Illyricus in sein Büchlein „Varia doctorum piorumque virorum de corrupto ecclesiae statu poemata ante nostram aetatem conscripta, ex quibus multa historica quoque utiliter ac summa cum voluptate cognosci possunt. Cum praefatione Mathiae Flacii Illyrici. Basileae. per Ludovicum Lucium [1556.]" auf Seite 30—88 eine Reihe von Dichtungen aufgenommen, die von nichts weniger als vom „corruptus ecclesiae status" handeln. Die Quellen, aus denen Flacius schöpfte, gibt er nicht an. Manche jener Dichtungen sind uns aber anderweitig bekannt, und so läfst sich konstatieren, dafs Flacius öfters nur Bruchstücke mitteilt, und in anderen Fällen der Text entstellt und die Verse recht fehlerhaft abgeteilt wurden. Mehrere Lieder sind bislang nur aus der Redaktion bekannt, die ihnen Flacius zukommen liefs, und für den Hymnologen war es überdies eine schwierige Aufgabe, dieselben richtig zu determinieren. Aus den Gradualtropen kommt einiges Licht zur Lösung dieser Aufgabe. Ob und inwiefern ich dieser Aufgabe gerecht geworden bin, möge man bei den betreffenden Nummern der folgenden Sammlung beurteilen. Ich zitiere daselbst einfach „Flacius", womit seine eben erwähnte Ausgabe gemeint ist, und füge bei die Nummer der Dichtung, welche in den späteren Ausgaben die gleiche geblieben ist.

Ähnliche Versuche der Determinierung habe ich bei verschiedenen einstrophigen Liedern aus dem Cod. Laurentian. Pl. 29. 1 gewagt. Bei vielen derselben ist es sicher, dafs sie als Gradualtropen anzusehen sind, bei anderen mehr oder weniger wahrscheinlich. Einige dieser Tropen sind bereits früher in den Bd. XXI der Analecta als nicht näher bestimmbare Lieder gewandert. Im Schlufsbande der Nachträge und Berichtigungen zu den Analecta wird dieses Versehen seine Rektifizierung erhalten. Nicht aber, um das gleich hier zu erwähnen, kann ich mich bis jetzt dazu verstehen, die Provenienz des bezeichneten Cod. Laurentianus zu rektifizieren Wilh. Meyer aus Speier hat allerdings mit grofser Sorgfalt den Erweis gebracht, dafs dieser Codex eine frappante Ähnlichkeit aufweist mit dem in Coussemakers Scriptores (I 342) angezogenen Cantionale, das einst in der Cathedrale Notre-Dame zu Paris in Brauch war. Für diese Konstatierung werden ihm alle Fachgenossen Dank wissen. Aber dafs er identisch sei und nicht vielmehr eine Kopie, dafür fehlt einstweilen der Nachweis (s. Meyer. Gesammelte Abhandl. zur mlt. Rhythmik: Berlin 1905: S. 323 ff.)

Viele Gradualtropen habe ich auch entdeckt im Cod. Bambergen. Ed IV 6 sowie in seinem interessanten Doppelgänger zu Montpellier (Cod. H 196). Andere Lieder dieser beiden Codices sind jedoch Offertorium-Tropen, andere sind Verbeten, wieder andere Alleluiatropen oder blofse Ausläufer der Tropen, ganz selbständige Motetten. Ich konnte mich nicht gut dazu verstehen, bei diesem Stande der Dinge die Tropen und Lieder dieser äufserst interessanten Liedersammlungen auseinander zu reifsen, zumal es bei einigen derselben wohl immer zweifelhaft bleiben wird, in welcher Rubrik sie unterzubringen sind. Daher habe ich mich entschlossen, nach der Publikation der Antiphonal-Tropen den Inhalt dieser beiden Codices, soweit er für den Hymnologen in Betracht kommt, unter Herbeiziehung anderer Quellen, in denen ich mehrere der gleichen Dichtungen vorfand, als ein besonderes Ganzes zu edieren. Dabei wird sich Gelegenheit

finden, zu zeigen, wie die Tropen zum Graduale der Ausgangspunkt für Lieder ganz anderer Art mit rein profanem und zwar vorwiegend erotischem Inhalte wurden.

Wie bekannt, hat W. Meyer in seinen eben erwähnten Abhandlungen zur mlt. Rhythmik sich mit den Liedern der Handschrift von Bamberg, Montpellier und Florenz näher befafst. Er suchte den Ursprung des Motettes zu erklären, hat also von einem anderen Gesichtspunkte aus als ich es unternommen, das eine oder andere dieser rätselhaften einstrophigen Lieder in jenen Cantionalien näher zu bestimmen. Mit Absicht habe ich seine Untersuchungen erst dann durchstudiert, als die Ausarbeitung meiner Gradualtropen vollendet war, um bei dieser Arbeit, deren Schwierigkeit nur Fachgenossen ermessen können, durch keine Voreingenommenheit beeinflufst zu werden. Zu meiner Freude konnte ich wahrnehmen, dafs Meyer im wesentlichen zum gleichen Resultate gelangte wie ich. In Einzelheiten bestehen allerdings zwischen uns manche Differenzen. Wenn z. B. Meyer sagt, „ein Franzose des **12.** Jahrhunderts sei auf den Gedanken gekommen, das Lob Gottes könne reicher gepriesen werden, wenn man die mehrstimmigen Koloraturen über den Vokalen u oder a [gemeint ist Pascha nostrum immolatus est Christus;“ vgl. Nr. 439, 440, 441] so verwerte, dafs zwar die Unterstimme ihre alte Weise mit steter Wiederholung des Vokals u oder a sänge, dafs aber inzwischen die Oberstimmen zu ihren neu geschaffenen Tonweisen statt des einzigen u oder a verschiedene andere Silben, d. h. einen vollständig neu gedichteten Liedtext sängen,“ (a. a. O. S. 310), so ist allem beizustimmen; aber vom **12.** Jahrhundert kann nie und nimmer mehr die Rede sein, wenn man Beispiele wie Nr. 429. 443, 444, 450, 455, 458, 490, etc. und namentlich Nr. 436 und 499 betrachtet, welche uns ins **11. 10.** ja sogar ins **9.** Jahrhundert führen. — Ferner mutet es einen in der Liturgie in etwa Bewanderten eigentümlich an, wenn ein Gelehrter Responsorien und Versikeln des Graduale (aus dem *Missale*) gleichzeitig mit Responsorien zu Lektionen der 3. Nocturn (aus dem *Breviere*) untermischt anführt, und sich erlaubt, ohne Berücksichtigung der alten, klaren Terminologie dieselben als „kurze kirchliche Gesänge“ zu bezeichnen mit dem Zusatze „ich nenne sie Antiphonen“ (a. a. O. S. 307). Das heifst nicht, dunkle Sachen klarer determinieren, sondern Unklarheit hineintragen. Wenn also z. B. die unter Nr. 439 vorgelegte Dichtung nach Meyer zu benennen ist als Motett über die Silbe strum aus der Antiphon „Pascha nostrum immolatus est Christus“, so wird diese Bezeichnung dahin determiniert werden müssen, dafs wir sagen: Die Dichtung ist ein Tropus zum Versus Alleluiaticus „Pascha nostrum immolatus est Christus“ aus dem Oster-Graduale, und zwar ein Tropus, der vielleicht zugleich auch ein Motett ist. — Falls nämlich die Theorie Meyers vom Motett richtig ist, dann sind manche Tropen und zwar auch Kyrie-Tropen, von denen Meyer mit keiner Silbe redet, ihrer sanglichen Seite nach Motette. Doch darüber habe ich hier nicht zu richten. — Jedenfalls hat in vieler Hinsicht die sorgfältige Untersuchung Meyers unsere Kenntnis betreffs mancher rätselhafter Dichtungen des Mittelalters wesentlich gefördert, und auf Grund des durch die nachfolgende Sammlung neu erbrachten Materials wird ein weiterer Schritt in der theoretischen Kenntnis gemacht werden können.

Bei Gautier (Les Tropes, p. 152 sqq.) ist der Abschnitt über die Gradual-Tropen der schwächste Teil des ganzen Werkes. Von den 3 Beispielen, die er auf Seite 153 vorbringt, ist das erste und dritte in gekürzter Form mitgeteilt (s. unten Nr. 490, 497 und 498); das zweite ist eine Verbeta, gehört also zu den Antiphonal-Tropen. Der Tropus „Quem aethera“ ist nämlich nicht über „in veritate“, sondern über „et veritate“ aufgebaut. — Auffallend ist, dafs der gewiegte Tropenkenner Frere die Behauptung aufstellen konnte: „The Gradual proper seems never to have been subjected to the indignity of being troped“. (The Winchester Troper, p. XIX). Die folgenden Beispiele, welche noch durch die genannten Codices von

Bamberg und Montpellier einen Zuwachs erhalten werden, liefern den schlagenden Beweis für das Gegenteil.

Die Bezeichnung der Gradualtropen, um das nur mit einem Worte zu berühren, ist in den Quellen sehr verschiedenartig. Prosa, Versus und Tropi wechseln ab; übrigens ist in den Anmerkungen zu einzelnen Nummern verzeichnet, ob und welcher Titel in den betreffenden Quellen dem Tropus beigelegt wurde.

415. Dominica I. Adventus D.

V. Vias tuas, Domine,

1. Venturum quem cuncti
dixerunt prophetae

2. Atque nasciturum
esse de virgine,

3. Cuncti quem exspectant
et [ex] omni plebe,

notas fac mihi et semitas tuas edoce me.

Trop. ms. Novaliciense saec. 11. Cod. Oxonien. Douce 222. — 1, 1 und 3, 1 te (st. quem). — 2, 1 Atque fehlt. — Entsprechend dem Schlufsvokal von Domine, worüber der Tropus aufgebaut ist, enden alle Strophen auf e.

416. Dominica IV. Adventus D.

V. Veni, Domine, et noli tardare;
relaxa facinora ***plebis tuae*** *Israel.*

1. *Plebi* tuae, Domine,
altithronus et perpes
basileu,

3. Iam mundum, deprecamur,
dignare liberare,
te, Christe.

2. Qui gubernas polum
ac solum fructificas,

4 a. Omnium relaxa,
quaesumus, nostrorum
peccata criminum;

4 b. Ingredi facias
cum salute, kyrie,
ad vitam aeternam

5. Nos tecumque permanere,
sine fine laudare
nomen tuum in aeternum.

Trop. ms. Emmeramense anni 1024—36. Clm. Monacen. 14322. — Am Schlufs der Strophen 1, 3 und 4a ist ein e eingetragen als Zeichen, dafs der eine Chor die Melismen über e (ple-bis) sang, während der andere den Tropus vortrug. — Der Parallelismus gilt zunächst nur für den Text, nicht für die Melodie.

417. In Vigilia Nativitatis Domini.

1 Formam hominis
In aula virginis
Vestit incarnatum
Verbum, et reatum

5 Delet populi
Novus auctor saeculi
Nobis delegatus,
Nobis conformatus
Vita parvuli.

Sic noster Elisaeus
Venit reparare,
Dum fit homo Deus
Volens collocare
Nos in *gloria.*

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Flacius, Nr. XLVI. B. — 6 actor A, author B. — 9 Vitam B. — 12 Dum sit A. — In A folgt: „Gloria". — Wahrscheinlich Tropus zum Graduale: „Hodie scietis, quia veniet Dominus et salvabit nos, et mane videbitis *gloriam* eius".

418. In Nativitate Domini.

In Gallicantu.

Verbum pater *genuit*
Existentium
Omnium
Principium,
Quod induit
Virginalis carnis vestem,
Medicinam dans caelestem
Homini, qui languit.
Hoc per orbem sonuit
Seminans semen
Permanentis post fidem, spem
Amoris.
Cor fidelium
Intus ardet, foris
Cursus sitit bravium
Per patres credentium;
Labes cedit erroris
Per verbi mysterium.

Flacius, Nr. LXII. — 10, 2 post fehlt; der Reim ist unrein. — 18 Pater verbi. — Vielleicht Tropus zum Versus Alleluiaticus: „Dominus dixit ad me: Filius meus es tu; ego hodie *genui* te".

419. In Nativitate Domini.

Ad 3. Missam.

Vide prophetiae
Finem adimpletae,
Fugit umbra die,
Quia lux prophetae
Progenies est Mariae.
Ad exitum huius metae
Tendunt omnes viae.
Prodiit silice
Fons, mel cortice,
Mystice
Vellus madet rore;
Signum est insigne,
Rubus rubet igne
Virens in rubore,
Virga vernat flore,
Virgo novo more
Parit cum pudore.
Solem sidere
Procedere,
Fulgere
Vide, sidus singulare,
Tuum *salutare.*
Stellae signo fulgidae,
Quod radiat hoc mare,
Adride
Et confide,
Stella praeside
Viam prehende,
Quam provide

Magi pro*viderunt*.
Ante puerum,
Sidus siderum,
Trinum unicum,
Trium mysticum
Munerum
Numerum
Obtulerunt.
Vide mundi figulum
Brevi claudi vasculo,
Stabulo
Parvulo
Deum iuxta brutum,
Angulo,
Sacculo
Regem involutum.
Restitutum
Pater parvulum
Caeso gaudet vitulo,
Cum osculo
Dat annulum.
Luto sputum,
Sputo lutum
Et unitum
Et linitum.
Cui sanat oculum,
Statum
Datum
Post grabatum,
Post triduum
Vivere mortuum
Viderunt.

Flacius, Nr. LIII. — 33 Trinus. — Zweifelsohne Tropus zum Graduale: „*Viderunt* omnes fines terrae salutare Dei nostri etc.“ — Die Dichtung baut sich zunächst auf über dem Vokale **e** von „Vide-runt“; dementsprechend beginnt Vers 1 mit „Vide“ (wiederholt in 21), und alle Verse lauten aus auf einem **e**-Laut bis zum Vers 29, worauf Vers 30 mit „viderunt“ abschliefst. Entsprechend der Schlufssilbe „(vide)**runt**“ reimen nunmehr alle Verse bis Vers 37 auf einem **u**-Laut, welcher Vers abermals auf -erunt schliefst. — Vers 38 hebt nochmals an mit „Vide“: alsdann weiterhin Reim auf **u**, abwechselnd mit dem verwandten **o**, und endlicher Abschlufs mit „Viderunt“.

420. In Nativitate Domini.

Ad 3. Missam.

Homo, cum mandato
Dato
Spreto
Dignus leto
Pomo vesceris
Vetito,
Perderis
Merito;
Deus te proprio
Redemit filio.
Non est assumptio
Dei consumptio
Carnis in coniugio
Verbi. Manet vitio
Tua reformatio,
Quando primo
Nupsit limo.
Spiritus coniunctio
Luto
Fit unito
Sputo,
Caeco lito
Reparata visio,
Tua reparatio.
Lutum commaduit
Sputi conubio,
Sputum non viluit
Luti consortio,
Neutrum absorbuit
Ista commixtio.
Salvat, quas miscuit
Naturas, unio
Omnes.

Flacius, Nr. LIV. — Wahrscheinlich Tropus zum Graduale: „Viderunt *omnes* fines terrae salutare Dei nostri etc.“ —

421. In Nativitate Domini.

Ad 3. Missam.

Fidelis gratuletur populus,
Laudes solvat sedulus;
De Maria nascitur
Mundo parvulus,
Per quem ordinatur,
Reparatur
Nostra salus;
Per quem vincitur
Et deicitur
Hostis aemulus.

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Flacius, Nr. XLVII. B. — 5 Per quem mors damnatur B. — 6 Vita reparatur | Donatur B. — Am Schlufs in A: „Sancti[ficatus]". Vermutlich ein Tropus zum Versus Alleluiaticus: „Dies *sanctificatus* illuxit nobis; venite gentes et adorate Dominum etc." — Der Reim auf **u** (-us oder -ur) würde gut zu „sanctificatus" stimmen. — Du Méril (II, p. 43, Anm.) gibt den Text von Flacius mit der naiven Einleitung; „On lit dans un poëme satirique, imprimé par Flacius Illyricus, ce passage etc." Demnach sah Du Méril die 148 numerierten Lieder bei Flacius als ein grofses Rügelied an.

422. In Nativitate Domini.

1 a. Visitavit
Rex caelorum
Hominum laborem

1 b. Et sanavit
Languidorum
Vulnus et languorem.

2 a. Incarnatus
Est [et] natus,
Contra matrum morem

2 b. Matris florem
Et decorem
Servans et pudorem.

3. Deus invisibilis
Pro nobis fit passibilis.
Mortis frangit ostia
Forti potentia;
Vitam donat,
Nos coronat
Sua gratia.
Rex fugatur impius.
Eia, Dei filius
Mala nostra sustinet
mali nescius.

Flacius, Nr. XC. — 3, 8 Eia rex. — Der Bau der ersten 12 Verse erlaubte eine Zerlegung in Strophen, obgleich dieses Lied wie alle ähnlichen Lieder dieser Art wohl nicht als mehrstrophig gedacht zu sein scheint. — Ich vermute nur in Vorstehendem einen Gradual-Tropus und wage nicht, ihn einem bestimmten Gradualtexte zuzuschreiben.

423. In Epiphania Domini.

Gaude, Sion filia,
Regis in praesentia,
Cuius gratia
Praestans ducem,
Caecis fundens lucem
Te reficit
Et perficit;
Firma sta constantia.
Cesset metus,
Languor, fletus;
Splendor te perlustrat gloriae,
Viam pandit patriae
Sol iustitiae.

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — Am Schlusse: „Ierusalem". — Sichtlich Tropus zum Gradual-Versus: „Surge et illuminare, *Ierusalem*, quia gloria Domini super te orta est".

424. In Epiphania Domini.

O redemptor omnium
Salvatorque gentium,
Reges nunc et insulae
Tibi offerunt laudes;
Eia: *Vidimus stellam eius in Oriente* etc.

Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 484. A. — Trop. ms. Sangallense saec. 11. in. Cod. Sangallen. 381. B. — Hier eine fast vereinzelt dastehende Introductio zum Versus Alleluiaticus; cfr. Nr. 430.

425. In Epiphania Domini.

Viam *vident* veritatis,
Semitam iustitiae
Gentium primitiae,
Dum ad limen pietatis,
Pium regem gloriae,
Mentibus illuminatis
Tres de dono gratiae
Veniunt et reseratis
Thesauris pecuniae
Ductu *stellae* praeviae
Trinum et unum datis
Tribus *adorant* hodie.

Flacius, Nr. CXLVI. — 1 rident(!). — Wohl sicher ein Tropus zum Versus Alleluiaticus: „Vidimus stellam eius in Oriente et venimus cum muneribus adorare Dominum".

426. In Epiphania Domini.

1 a. *Surge*, infida gens,
deiecta
perfidia; quem de-
monstrat stella,
regem regum, venerare

1 b. *Et illuminare*,
cogita,
spera et suspira,
caelestia
contemplare, *Ierusalem*,

Quia gloria Domini super te orta est.

Tropar. ms. Secoviense anni 1345. Cod. Graecen. 756. — 1 a, 1 sq. in fide gens deicta perfidiae. — 1 b, 1 illuminata. — Tropus zum Gradualversus, dessen Text zum Teil in die Tropierung eingeflochten ist.

427. In sanctae Crucis.

1 a. Quis tibi, *Christe*, meritas
Laudes impendere,
Vel quis sufficere

1 b. Possit, ut digne debitas
Exsolvat gratias?
Nostras miserias

2. Venisti gratis tollere.

3 a. Deus, qui propter hominem
Factus homo per virginem
Post paupertatis onera,
Famem, frigus et cetera

3 b. Servorum pro nequitiis
Affectus contumeliis
Ab impiis immeritis
Tormentis es expositus,

4 a. Nostramque vitam sitiens
Bibisti mortis calicem,

4 b. Patri *factus obediens*,
Novum gerens artificem,

5. Dum *crucis* ignomiam
Scalam facis ad gloriam.

Flacius, Nr. XXIX. — 3 a, 2 Factus es. — 3 b, 4 expositus ist gegen den sonst gewahrten Reim. — Vielleicht Tropus zum Graduale: „Christus factus est pro nobis obœdiens usque ad mortem, mortem autem crucis“. — Die Strophenabteilung beruht auf rein technischen Rücksichten.

428. In sanctae Crucis.

1 *Mors*, vitae vivificatio,
Mors, nostrae mortis mortificatio,
Consolatio
Et reparatio.
5 Primo parenti noxio,
O mors, anxia; plena gaudio
Tu es nostra liberatio.
O, non pepercit proprio
Propitius pater filio!
10 Sed nobis exsilio
Pressis Aegyptio
Crucis afflictio,

Clavorum fixio,
Lateris apertio,
Sputa, exprobratio
Sunt nobis redemptio.

Flacius, Nr. XLIX. — Vielleicht Tropus zum Graduale: „Christus factus est pro nobis oboediens usque ad *mortem*, mortem autem crucis“; vielleicht aber auch zum Versus Alleluiaticus von Ostern: „Christus resurgens a mortuis iam non moritur, *mors* illi ultra non dominabitur“. Zu letzterem Versus gibt es mehrere Tropen, die ich für die Edition des oben besprochenen Codex von Montpellier und Bamberg zurücklege.

429. In sanctae Crucis.

1. Clara
et subnixa
cuncta lingua

2 a. Laudes tollat ad sidera
grates ac praeclaras

2 b. Almo Deo, qui sanguine
fuso suis viam

3. Pandit claram,
Alleluia.

4. *Dulce*
et insigne
nimis *lignum*,

5. *Dulces clavos*,
membris sanctis fixos,

6. *Dulcia*
statis gerens
atque *ferens*
Pondera
nec non commercia.

7. *Quae sola*
fuisti digna,
mire inclita
Ditione
pacis supernae,
virtutis almae,
sustinere

8 a. *Regem caelorum*,
omnium regum

8 b. *Et Dominum*
semper sobrium,

9. Animas, quas redemisti,
eas sedula custodi.
Alme mundi,

10 a. Omnipotens, rex aeterne,
Iesu Nazarene,

10 b. Populi preces suscipe,
clemens ac benigne.

Trop. ms. Novaliciense saec. 11. Cod. Oxonien. Douce 222. — 1, 3 cuncta ligna. — 2a, 2 praeclara. — 2b, 2 via. — 3 clara. — 7, 4 Dictione. — 9, 2 et a sedula. — Tropus über den Versus Alleluiaticus: „Alleluia. Dulce lignum, dulces clavos, dulcia ferens pondera, quae sola fuisti digna sustinere regem caelorum et Dominum. Alleluia.“ Diese Worte sind in den tropierenden Text, mit ihm reimend, verwoben. — Str. 1—3 baut sich auf über Alleluia, und dem entsprechend endet jede Strophe, meist auch jeder Vers, auf **a**. Für den 1.

Chor ist nach 1 „Alleluia“, nach 2a u. 2b „— **a**“ aufgezeichnet. Ebenso nach 4: „Dulce lignum“; nach 5: „Dulces clavos“ u. s. f. — Str. 4 ist in Bau u. Melodie parallel zu Str. 1; ebenso Str. 10a und 10b parallel zu Str. 2a u. 2b. Beide tropieren ja auch das Alleluia; nur baut sich letztere Tropierung des Alleluia, mit „**Al**—me“ (9, 3) beginnend über den Vocale des Alle-luia auf; daher stets Vers- und Strophenschlufs in **e**.

Im Trop. ms. Emmeramense anni 1024—36. Clm. Monacen. 14322 ist der Schlufs dieses Tropus mit einigen Erweiterungen und Umstellungen zu einem selbständigen Tropus verarbeitet. Er lautet:

1a. Omnipotens rex, aterne,
Iesu Nazarene,

1b. Populi preces suscipe
clemens ac benigne,

Dulce lignum,
Et hominum

2a. Animas, quas redemisti
ac spiritus sancti

2b. Gratia iam perfudisti,
(eas) sedule custodi.

430. In Resurrectione Domini.

1 Praeclara adest dies,
Christus qua resurgens
Hoste triumphato
Vitam dedit mundo,
5 Cuius voce summo clara
Gratulanter cum propheta
Proclamemus omnes ita:
Haec dies, quam fecit Dominus etc.

Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. — Unmittelbar verbunden ist hiermit der Tropus zum Versikel dieses Graduale, nämlich: „Iam redeunt gaudia,“ (Nr. 436) der jedoch ursprünglich ein selbständiger Tropus ist. — Vorstehendes wäre somit eine Introductio zum Graduale; cfr. Nr. 424 u. 431. — Das vollständige Graduale zu Ostern, dessen einzelne Teile in den folgenden Nummern (430—442) mit Tropierungen bedacht erscheinen, lautet:

Haec dies, quam fecit Dominus; exsultemus et laetemur in ea.
V. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius. Alleluia. —
V. Pascha nostrum immolatus est Christus.
V. Epulemur in azymis sinceritatis et veritatis.

431. In Resurrectione Domini.

Haec est *dies*, *quam* excelsus
Christus *fecit Dominus*,
Exsultemus et in ipso
serenitatis cordibus
Iucundemur *et laetemur*
annuis temporibus.
Dic, domne, eia et eia:
Haec dies, *quam fecit Dominus* etc.

Tropar. et Sequent. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. 56 (20). — Hieran schliefst sich der Tropus: Iam redeunt gaudia (Nr. 436).

432. In Resurrectione Domini.

1. *Haec* est *dies*,
Quam fecit Dominus;
Haec est *dies*,
quam exspectabamus;
haec est,
qua vere risimus.

2 a. Haec est,
quae nos eripuit;
Haec est *dies*
clararum dierum;
haec est
nobilior nobilis.

2 b. Haec est,
quae sponsum excitat;
Haec est *dies*
diadema dierum;
haec est
sancta dies sanctarum.

3 a. Haec est
Veris amoenitas,
Haec est *dies*
mundi iucunditas,
haec est
vitaeque novitas.

3 b. Haec est
Sponsi victoria;
Haec est *dies*
sponsae laetitia;
haec est
dierum gaudium.

4. Haec est,
Qua surrexit Christus;
Haec est, *quam fecit Dominus.*

Grad. et Trop. ms. Fontisebraldense saec. 14. in. Cod. Lemovicen. 2 (17). — 1, 4 quem. — 3 b, 4 laetitiam. — Nach 4, 3 folgt: Haec dies — Als Antiphona geht voraus:

Vultum tristem iam mutate,
Iesum vivum nuntiate;
Iesus ille Nazare(n)us
Vere fuit verus Deus,
Vere fuit verus Deus,
Licet noli[t] hoc Iudaeus.

433. In Resurrectione Domini.

1 Dat superis,
Inferis
Gaudia
Prae ceteris
5 Vitae victoria;
Rutilant insignia.
Mors, fugias
Et rapias
Minas hinc impias,

10 Implicitum
Gemitum
Parias.
Rex sideris
Aetheris
15 Iam vias
Dat pervias.
Dat varias
Delicias

Celebris *haec dies.*

Flacius, Nr. CXLIII. — Wohl sicher Tropus zu: Haec dies, quam fecit Dominus etc.

434. In Resurrectione Domini.

1 Deo *confitemini*,
Qui sua clementia
Carmen suo numini
Iunxit in Maria,
5 Ut Abrahae semini
Promissa ferret auxilia.
Se conformans homini
Sic subiectum crimini,
Seductum hostis malitia
10 Redemit morte pia.

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurent. Pl. 29. 1. A. — Cantion. ms. Toletanum saec. 13. Cod. Matriten. Tolet. 930 (33—23). B. — Cantion. ms. Gallicum saec. 13. Cod. Guelfenbyteran. 677 (Helm. 628). C. — Flacius, Nr. XXXV. D. — 3 nomini B. 7 Set B. — Wahrscheinlich Tropus zum Gradual-Versikel: „Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius". Der Zusatz „Domino" am Schlusse (in A) weist unter anderem darauf hin. — Der Reim auf „ini" pafst zu confitemini, jener auf „ia" zu misericordia.

435. In Resurrectione Domini.

1 Laudes referat,
Puri cordis sacrificium
Iam offerat,
Quem hostis seduxerat.
5 Ipsum enim liberat
Per filium
Pater, ut promiserat,
Et, quem iuste miserat
In exsilium,
10 Pie refert, quo pulsus erat,
Domino.

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Cant. ms. Toletanum saec. 13. Cod. Matriten. Tolet. 930 (33—23). B. — Cantion. ms. Gallicum saec. 13. Cod. Guelfenbyteran. 677. (Helm. 628). C. — Flacius, Nr. XLI. D. — 1 referas B. — 2 Et puri D. — 5 sqq. in B zerstört. — 5 enim fehlt D. — 10 refert unde pulsus D. — 11 fehlt C. — In B u. C ist dieser Tropus an „Deo confitemini" unmittelbar angefügt. Dieser Umstand und das Schlufswort „Domino" lassen erraten, als was dieses Lied wahrscheinlich einzureihen ist.

436. In Resurrectione Domini.

1. Iam redeunt gaudia,
Festa lucent clara
Iam nobis paschalia;
Inferni rapit spolia

Agnus, tremunt quem omnia,
Qui regit, dispensat
Semper imperia,
Alleluia.

2 a. *Pascha nostrum,*
lumen nostrum,
salus omnium,
lux angelorum,

2 b. Immolatus
est rex, passus
est agnus Dei;
immolatus est

3 a. Iam in cruce
pro luce
nostra vera
vita et gloria,

3 b. Plasmator,
creator
et redemptor
oblatus est *Christus*,

4. Mundum mundans
sanguine suo,
surgens, vincens
mortem Deus,
homo summus.

5. Christe, tu vita vera,
Quam pavescit ipsa
Mors nimis tartarea,
Te vocant nostra nunc ora,
Ut emundes praecordia;
Qui regis aethera,
Laus tibi per saec(u)la.

Collect. ms. Emmeramense saec. 9. Clm. Monacen. 14843. A. — Trop. ms. Emmeramense anni 1024—36. Clm. Monacen. 14322: bis: B^1, B^2. — Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 484. C. — Trop. ms. Sangallense saec. 11. Cod. Sangallen. 381. D. — Trop. ms. Heidenheimense saec. 11. Cod. Oxonien. Seld. supra 27. E. — Trop. ms. Fredeslariense saec. 11. Cod. Casselan. Theol. IV° 25. F.

Trop. ms. Nonantulense saec. 11. in. Cod. Roman. Vitt. Eman. 1343 (Sessor. 62). G. — Trop. ms. Nonantulense saec. 11. Cod. Roman. Casanaten. 1741 (C IV 2). H. — Trop. ms. Nonantulense saec. 11. Cod. Bononien. 28 24. I. — Trop. ms. S. Benedicti Mantuani saec. 11. Cod. Capit. Veronen. CVII (100) K. — Trop. ms. Novaliciense saec. 11. Cod. Oxonien. Douce 222. L. — Trop. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. 56 (20). M. — Grad. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. 79. N. — Trop. et Pros. ms. Aquilegiense saec. 15. Cod. Semin. Goricien. I. O. — Trop. ms. S. Martini (?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. P.

1,1 sqq. Iam redeunt nostra gaudia, clara lucent nobis iam festa pasch. L. — 1, 2 luce (statt lucent) KMNP. — 1, 4 Inferna AM, Aeterna(!) P: rapiat A. — 1, 5 quem tremunt B^2, que tremunt K; Agnus sine macula O. — 1, 6 regis KP; dispersa B^2, dispensa KMN, dispensata P. — 1, 7 Cuncta L; imperiat O. — Str. 2a u. 2b nur in B^1 u. E. — 2a, 4 rex angelorum E. — 2b, 3 agne E. — Str. 3a, 3b u. 4 nur in B^1; statt dessen in E die geänderte Fassung; „Iam in cruce pro cunctis nostra vita vera et gloria prolatus et passus atque sublatus est.“ — Statt 3—4 in KMN: „Animam ponendam subiit, non renuit; mortis, portarum inferni confregit catenas; captivos pristinos in patr am

revocavit vitam tribuens illis possidendamque Christus". — Str. 5 fehlt FP: statt dessen „Laetus aether stellifer" (s. folgende Nummer). In L findet sich Str. 5 an anderer Stelle als besonderer Tropus zur Communio, wobei eine Verwirrung unterlaufen ist; als Text der „Communio" ist nämlich angedeutet: „Pascha nostrum. Domine probasti. Gloria saecul. Amen. R. Haec dies quam fecit V. Confitemini. Alleluia; alsdann „Christe tu vita etc." Vom Resp. „Haec dies" an ist das aber nicht der Communiotext, sondern der des Graduale. Umgekehrt steht in L beim „Graduale" als liturgischer Text angedeutet: „R. Haec dies. V. Confitemini . . . misericordia eius. Allel. V. Pascha . . . Christus. Epulemur . . . veritatis. All." Dieser Schluſs aber ist aus der Communio. — 5, 1 Christus C: tu qui es vita pax vera L; vitam I. — 5, 2 Quem BCEGHLNO. Que K: ipsa fehlt CD. — 5, 4 Te nostro vocamus choro CD: Te nostra vocant B^2 MNO: nostra nunc vocant B^1: Te petunt nostra L; iubila (st. nunc ora) B^2 EO. — 5, 7 tibi perpetua BMNO. — 5, 6 u. 7 ist in B^1 mit 1, 5 u. 7 vertauscht, daher dort 5, 6: „regis, dispensas." —

Titel in A: „Alleluia in Pascha", ebendort vor Str. 5: „Item Versus;" in G: „Prosa de Versu Pascha nostrum": in H: „Prosa de Alleluia Pascha;" in M: „Super Alleluia: in B: „In Die sancto Pascha." — Str. 5 ist parallel mit Str. 1, also ein ähnlicher Bau dieses sehr alten (ob ältesten?) Tropus wie „Laetetur alma" und „Psalle sedule." — In P ist auffallender Weise auch der erste Teil des Graduale (Haec dies quam fecit Dominus) tropiert, was gegen die Regel verstöfst, also gewifs nicht ursprünglich ist; diesen Tropus „Praeclara adest dies" gab ich deshalb unter einer eigenen Nummer (Nr. 430).

437. In Resurrectione Domini.

Laetus aether
Stellifer
Laudat, Titan
Et luna
Globi fulgentes reboant,
Gens, lingua, sexus et aetas
Iubilantes voce clamant:
Iesus Christus
Crucifixus
Iam regnat per omnia,
Alleluia.

Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. A. — Trop. ms. Novaliciense saec. 11. Cod. Oxonien. Douce 222. B. — 3 Laus intonat Titan B. — 4 lunae B. — 8 sq. Iesus Nazarenus B. — In beiden Quellen als Abschluſs des Tropus „Iam redeunt gaudia" Nr. 486: (s. dort die Anmerkung).

438. In Resurrectione Domini.

1 Gaudeat
Devotio fidelium:
Verbum patris incarnatur.
Nova proles nobis datur
5 Et nobiscum conversatur.

Salus gentium
Vitae pandit ostium,
Dum mortis supplicium
Pie tolerat.
Mundi princeps exturbatur,
Dum considerat.
Quod per mortem liberatur
Qui perierat.
Iure suo sic privatur,
Dum desiderat
Illum sibi subdere, qui nil commiserat.

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Cantion. ms. Dertusense saec. 13. Cod. Capit. Dertusen. s. n. B. — Cantion. ms. Callicum saec. 13. Cod. Guelfenbyteran. 677 (Helm. 628). C. — 9 tolerat fehlt B. — 16 nihil B. — In B ist der Tropus unmittelbar an „Stupeat natura“ (s. Anm. zu Nr. 440) angefügt und in dieser Form Anal. Hxmn. XX, Nr. 245, mitgeteilt u. z. nur aus B. — A hat am Schlufs: [„Pascha] nostrum“, wodurch ein Anhalt geboten ist, in vorstehendem Liede einen Tropus zum Versus Alleluiaticus „Pascha nostrum immolatus est Christus“ zu erkennen. Vers 3—5 deuten allerdings auf Weihnachten, aber der Rest auf Ostern.

439. In Resurrectione Domini.

Nostrum est impletum
Gaudium:
Per azymum
Sit animum
Pascha laetum.
Leto letum
Est deletum,
Exsulat exsilium.
Post triduum
Cessat vacuum tuum,
Mors, decretum.
Amplexatur parvulum,
Dat osculum,
Dat annulum
Pater et vitulum.
O, quam dulce ferculum
In ara crucis torridum,
A quo fluit sapidum
Cruor poculum
Nostrum.

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — Am Schlufs beigefügt: „[Pascha] nostrum“. — Es ist unverständlich, warum W. Meyer im Vers 4 statt „sit animum“ die den Reim zerstörende und den Sinn verflachende Konjektur „fit omnium“ vorschlägt: azymus ist bekanntlich ein Adjektiv, hier Attribut zu „animum“: man vgl. damit Vers 4 von „Immolata paschali“ (Nr. 441).

440. In Resurrectione Domini.

In modulo
Sonet laetitia;
Mors moritur;
Oritur
Gloria
De tumulo;
Die rex tertia
Exuitur
Carnis miseria,
Induitur
Stolae duplicia.
In titulo
Crucis victoria;
Salus redimitur;
Signaculo
Cedunt daemonia;
Pax saeculo
Redditur;
Consumitur
Vetus nequitia,
Dum sumitur
Vitae spes; hostia
[*Immo*]*latus* [*est Christus*].

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Oration. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. B. — 7 rex fehlt B. — 10 Induit A. — 14 Vitae (st. Salus) B. — 15 Signacula B. — 19 fehlt B. — 21 Consumitur (cfr. 19) B. — Am Schlufs in A: „[Immo] latus". Man beachte, dafs der Tropus beginnt mit „In mo", entsprechend dem „Immo-latus". — Selbstredend ist der tropierte Versus Alleluiaticus: „Pascha nostrum **immo-latus** est Christus."

Über „Immolatus est" ist auch aufgebaut der Tropus „Homo quam sit pura" (Anal. XXI, Nr. 12), der eigentlich hier seinen Platz haben sollte. Ganz gleichen Bau mit letzterem Tropus zeigen die Strophen der Cantio „Stupeat natura." Wenn W. Meyer (Gesammelte Abhandlungen zur Mittellat. Rhythmik, Berlin 1905, II, p. 316 sp.) meint, diese letztere Cantio sei auch ein „Motett" über „Immolatus est", so geht er dabei offenbar von der Ansicht aus, es handle sich um ein einstrophiges Lied; dasselbe hat aber 5 gleichmäfsig gebaute Strophen, die ich später publizieren werde.

441. In Resurrectione Domini.

Immolata
Paschali victima
Immoletur anima,
Sit azima,
Sit expurgata;
Sit reparata
Post vetus zima
Salus prima.
Exit die tertia.
Ecce, Ionas intima
Ventris [de] angustia.
Ioseph fera pessima
Devorata gelima
Adoratur fraterna,
Post tres dies infima
Exit de cisterna.
Ignea
Remota romphaea
Claustra siderea
Aperit; portae latus
Perforatus,
Ut fenestratus
Caelo sit me*atus*.

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Oration. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. B. — 6 Sit fehlt A. — 10 Ecce fehlt B. — 12 Fera Ioseph A. — 13 gemina A; zu gelima" cfr. Du Cange. — 14 Adoratur superna B. — 19 sidera B. — 20 parte latus A, per te latus B. — 23 fit B. — Offenbar Tropus zu: Pascha nostrum **immolatus** est Christus." Der Tropus beginnt mit „Immola —" und schliefst mit — atus."

442. In Resurrectione Domini.

Exsilium
Parat transgressio,
Refugium
Dat Christi passio.
Munda mundat nos hostia
Vitae pandens ostia.
Exitium
Parit superbia,
Venia
Dat remedium;
Culpae iugum patris eliminat
Gratia.
Mortem mors exterminat,
Dum mors in vitam germinat.
Mors mortis frangit iura;
Gregem sanat morbidum
Pia pastoris cura,
Statum mutat languidum
Natura.
Evae gustum, quem foedavit
Virus hosticum,
Sanguis agni lavit,
Pluit manna caelicum.
Mentes pascat *azima*
Nos salvans victima.

Cantion ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — 12 Gratiae. — Am Schlusse: „In azymis sincerita[tis].“ — Offenbar Tropus zum Versus Alleluiaticus: „Pascha nostrum immolatus est Christus. V. Epulemur in azymis sinceritatis et veritatis.“ — Letzterer Versikel gehört jetzt nicht mehr zum Versus Alleluiaticus; auch in der älteren Liturgie ist es seltene Ausnahme, dafs, wie hier auf Ostern, dem V. All. noch ein weiterer Versus beigefügt wird.

443. In Resurrectione Domini.

Feria II.

1. Psalle sedule, specie lucida,
Alleluia,
Sanguine dicata
Christi, ecclesia,
Exsulta consona
Voce cum cythara
Erepta morte perpetua
Scandensque polorum sidera.

2. O pie sator, cui *oportebat pati* filium tuum *Christum*
Et resurgere a mortuis et ita

3 a. *Intrare*
inferni claustra ac
secum spolia

3 b. Ducere
maxima et praeda
facta portare

4. *In gloriam suam*,

5 a. Tecum sedens, gaudens
ad tuam dexteram;

5 b. Hic venturus saecla
iudex erit cuncta.

6 a. Laetare, sponsa, perpetua

6 b. Quam beata ferens ubera.

7. Cane rhythmice, musice modula
Alleluia,
Dilata, filia,
Apta regis aula,

Emicans lilia
Ac fulgens praeclara,
Extollens laudes ad aethera.
Ut nos salvet Dei gratia.

Trop. ms Novaliciense saec. 11. Cod. Oxonien. Douce 222. — 1, 1 Alle sedule. — 7, 1 Cane rimice. — Vor Str. 2 steht für den 1. Chor: Oportebat pati Christum"; vor 3b: „Intra —", das nach 3b ergänzt wird durch „— are"; schliefslich am Schlusse von 5a, 5b, 6b und nach jedem 2. Verse von Strophe 7: **a**. Die letzteren **a**, auf welchen Vocal auch alle betreffenden Verse auslauten, entsprechen dem „Alleluia", (das Gleiche gilt bei Str. 1), die ersteren **a** entsprechem dem „gloriam tuam". — Str. 7 ist ganz gleich gebaut wie Str. 1; ebendasselbe ist zu beobachten bei dem Tropus „Laetetur alma" (Nr. 499), welchem letzteren der vorstehende Tropus sich an Schönheit im symmetrischen Aufbau würdig anschliefst.

444. De Resurrectione Domini.

Dominica IV. post Pascha.

1. *Alle-*
Rex regum summe,
Quem laudat omne
Figmentum caeleste
Simul et terrestre,
Culpa protoplasti
Carnem induisti,
Nos rapiendo
Hosti nefando;
Iam resonemus
Pariter — *luia.*

2 a. *Christus* eripuit nos
inferni claustris

2 b. Et victa mortis lege
post haec *resurgens,*

3. Polum solumque
Regens utrumque
Iam in aeternum
non moritur.

4 a. *Mors,* quam Eva
Tulit saeva,
Mortis auctore

4 b. Omnigenum
Naturarum
Et creatore

5. Ab ipso prostrata
Atque superata
Illi ultra non dominabitur.

Trop. ms. Emmeramense anni 1024—36. Clm. Monacen. 14322. — 2a, 2 caustris. — 4 a, 3 auctorem. — 4 b, 3 creatorem. — Für den 2. Chor ist in der Hs. eingetragen vor 2a: „Alleluia"; vor 3: „Christus resurgens ex mortius;" vor 4a: „Iam non moritur"; vor 4b: „Mors"; vor und nach 5: „o" (aus Mors).

445. In Resurrectione Domini.

1. Ad cenam uberem
invitati, surgite,
Alleluia.

2 a. Agni paschalis
occisi
postes de sanguine
propter angelum
signantem qui
Iraeliticas transiens
percussit Aegyptios,

2 b. Superato iam
Surrexit
mortis imperio
Messias, leo
fortissimus,
piis umeris reportans,
quod perierat, sicut

3. *Pastor bonus, qui*

4 a. Potestate
divina *posuit*

4 b. Moriens,
quamdiu voluit,

5. *Animam suam pro*

6 a. Originali macula
morti deditis

6 b. Et penitus serpentino
morsu prostratis,

7 a. Nisi succurreret
ovibus suis

7 b. Archimandrita, qui
et pro suo

8 a. Benignitatis
piae studio,

8 b. Patre non parcente
sibi filio,

9 a. Nullo nos
praecedente meritis *grege,*

9 b. Nobis in
exemplum *mori dignatus est.*

Direct. ms. chori Secoviensis anni 1345. Cod. Graecen. 756. A. — Pros. ms. Constantiense saec. 14. Cod. Carolsruhan. Aug. CCIX. add. saec. 14. B. — Miss. ms. S. Floriani saec. 14. (et 15.) Cod. Florian. III 221. C. — Alle 3 Quellen mit der Melodie. — 1, 2 invitate B. — 2 a, 6 Israelitas BC. — 2 b, 1 Superator A. — 4 b, 1 und 2 umgestellt BC. — 6 a, 2 deditus B. — 6 b, 2 prostratus B. — Der tropierte Versus Alleluiaticus „Surrexit pastor bonus, qui posuit animam suam pro ovibus suis et pro suo grege mori dignatus est“ ist in die Tropierung verwoben, und steht aufserdem in der Hs. A für den anderen Chor eigens mit seinen Noten eingetragen, und zwar am Schlufs von 2 a: „**a**“ (Schlufs des Alleluia); von 2 b: „Surrexit pastor bonus“; von 5: „qui posuit animam suam“; von 6 a: „pro“; von 6 b: „**-o**“; von 7 a: „ovibus suis“; von 8 a: „et pro suo gre-“; von 8 b: „**-e**“; von 9 a: „gre-ge“; von 9 b: „mori dignatus est“. — Hier also ist beim Schlufsvokal der tropierenden Strophen auf jenen des entsprechenden tropierten Gradualtextes keine Rücksicht genommen. — Titel in C: „Versus super Alleluia Surrexit pastor bonus“.

446. In Resurrectione Domini.

1 In serena facie
Sol splenduit gloriae
Ferens patriae
Praemium
5 Post stadium
Viae
In saeculum.
Ver aeternum
Floruit,
10 Pignus Avernum

Supernum
Brachium rapuit,
Morte mortem destruit.
Vernum
Sidus claruit
Solem per hodiernum;
Veternum
Perit *fermentum*,
Dum mortuum
Post triduum
Frumentum
Parit uno centum,
Reddit fructum centuplum,
Incrementum
In saeculum.

Oration. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. A. — Flacius, Nr. LIX. B. — 3 Ferens patere A. — 5 studium B. — 6 Tuae (st. Viae) B. — 10 Pignus aeternum B. — 14 Verum B. — 17 Vetus B. — 25 fehlt B. — Wahrscheinlich Tropus über: „Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio", wenngleich ich diesen Schrifttext nicht als Versus Alleluiaticus nachweisen kann. — Titel in A: „Prosa de Resurrectione feria secunda".

447. In Resurrectione Domini.

Hostem superat
Et infernum reserat
Et hominem liberat
Perditum,
Culpae solvit debitum
Dei filius,
Qui propitius
Scelerum
Data venia
Sua gratia
Reddit liberum;
Sic et vitia
Purgans operum
Nos ad superum
Ducat gaudia.

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — Ich wage vor der Hand nicht, diesen Ostertropus — das wird er nach Inhalt und Form wohl sicher sein — einem bestimmten **V.** zuzuschreiben.

448. In Resurrectione Domini.

1. Resurrexit hodie,
qui pridie
passus est pro homine.

2 a. Via vera, mortis vita,
salus, nostra redemptio
mortem morte perdidit,
vita vitam redemit,
rex, creator omnium,
quem decet per saeculum
laus, honor,
virtus et iubilatio.

2 b. Quod non pepercit proprio
propter nos suo filio,
laetetur ecclesia,
destructo mortis principe
laudis sacrificium
offerat fideliter
cum turba
saecerdotum per saeculum.

Trop. ms. Diessense saec. 14. Clm. Monacen. 5539. — Überschrift: „Tropus"; es bleibt unsicher, welchem Schrifttexte er zuzuweisen sei.

449. In Ascensione Domini.

Scandit solium
Patrium
Secum ferens praemium
Christus hostium.
Cuius morte vita
Nobis est reddita,
Cuius est stadium
Vitae semita;
Verum sacrificium
Qui sanguinem proprium
Offerens omnium
Ad suffragium
Praestat remedium,
Purgat vitium.

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — Wegen der Stellung dieses Liedes in der Hs. (zwischen den Ostern- und Pfingstropen) und wegen seines Inhaltes vermute ich in ihm einen Tropus zum Versus Alleluiaticus: „Dominus in Sina in sancto ascendens in altum captivam duxit captivitatem", u. z. speziell zum Abschnitt „ascendens in altum", da auch der Reim fast ausschliefslich auf **um** auslautet.

450. In Pentecoste.

Dum complerentur dies Pentecostes,

1 a. *Erant omnes*
nostris linguis
pariter
praedicantes
in mundum universum

1 b. Et insimul
confirmantes,
iterum
nuntiantes
in gentem veritatem;

2 a. Nosque gaudentes
cum illis.

2 b. Trinitas sancta
sit nobiscum.

Trop. ms. Nonantulense saec. 11. Cod. Bononien. 2824. A. — Trop. ms. Nonantulense saec. 11. Cod. Roman. Casanaten. 1741 (C IV 2). B. — Trop. ms. S. Benedicti Mantuani saec. 11. Cod. Capit. Veronen. CVII. (100). C. — 1a, 2 nostri B. — Auch die Melodie zeigt vollsten Parallelismus der Strophenpaare. — Titel in B: „Tropus super Alleluia Dum complerentur".

451. In Pentecoste.

1 a. Hodie
e caelis missus
venit sanctus spiritus;

1 b. Hodie
apostolorum
roboravit animos,

2 a. Ut monita Christi

2 b. Terrore ablato

3 a. In mundum universum

3 b. Praedicarent gaudentes.

Trop. ms. Nonantulense saec. 11. Cod. Roman. Casanaten. 1741 (C IV 2). — Unsicher, welchem Gradualtext diese Tropierung zuzuweisen ist. — Titel: „Ante Evangelium".

452. In Pentecoste.

Veni, salva nos, lux inclita,
Mentes tuorum visita;
Septifariae
Fontem funde gratiae,
Cuius nos dulcedine
Pasce, munda crimine;
Lumen infunde sensibus,
Ignem tui amoris, Domine,
Fove nostris in cordibus.

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — Am Schlusse folgt: „Amo[ris]". — Sichtlich Tropus zum Versus Alleluiaticus: „Veni sancte spiritus, reple tuorum corda fidelium, et tui *amoris* in eis ignem accende".

453. In Pentecoste.

O natio,
Quae vitiis, quae studio
Serpentis callidi perverteris,
Convertere;
Consiliis veris
Cor perlustra,
Ne vixeris
Frustra:
Te pervertentem desere,
Te convertentem sequere
Et eum amplectere,
Qui tibi sitiens,
Moriens
Brachia
Propria
Porrigit,
Erigit
Languidam,
Te sordidam
Mundat,
Mundam fecundat;
Tibi dimittens
Debitum,
Spiritum
Emittens,
Qui [per] radios gloriae
Pios hodie
Pie perlustravit.

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Flacius, Nr. XXXVIII. B. — 17 Erigens B. — 18 Languidum B. — 19 und 20 fehlen B; statt dessen Vers 10 wiederholt. — 21 Mundans B. — 24 sq. Sanctumque mittens spiritum B. — 26 sqq. fehlen B. — Unsicher, über welchem Versikel die Tropierung aufgebaut ist.

454. In Dedicatione Ecclesiae.

1 a. Rector summe,
creans et regens omnia,
1 b. Supplices nos
pius adiuva.

2 a. Tua nos salvet gratia
2 b. Nostra delens peccamina,

3 a. Paradisiaca
ducens ad gaudia.
3 b. Illuc nos perducat
divina gratia,

4. Ut te laudemus in saecula.

Direct. ms. chori Secoviensis anni 1345. Cod. Graecen. 756. A. — Grad. ms. Altovadense anni 1410. Cod. Altovaden. 42. B. — Miss. ms. S. Crucis saec. 15. Cod. S. Crucis 157. C. — 1a, 2 regens et creans C; dieser Vers hat im Vergleich zum Parallelverse auch in der Melodie 3 Silben Überschufs. — 1b, 2 tuos (st. pius) B. — 2a salva C. — Tropus über den Versus Alleluiaticus: „Vox exsultationis et salutis in *taberna-culis* iustorum". Von diesem Texte steht vor Str. 1a: „Vox exsultationis et salutis", vor Str. 1b: „in taberna-": dann nach jeder Halbstrophe: „a", und nach Str. 4: „-culis iustorum". — Wesentlich also ist der Aufbau über „taberna-culis". — Titel in A: „Versus super Alleluia Vox exsultationis", in B: „In dedicatione ecclesiae ad Missam. Alleluia sequitur cum tropho". — Vgl. Nr. 490, wo der gleiche Versus als de Communi Martyrum dient.

455. Die Dominica.

1. Laude voceque
cano te,
rex, qui creasti cuncta,
maria, solem, astra,
ignem et aquam,
lucem, tenebras;
per quem sunt cuncta
creata,
Alleluia.

2. *Eripe*
in te fidentem
clamantem
atque iuva *me*
3. *De inimicis*
meis pessimis;
4. *Deus*, *meus*, qui es pius,
meis nunc assis precibus,
et tribulantium dira caede,
quam in me sine fine
excercent cottidie,
Deus alme,
5. *Et* aeterne,
factor caelique terrae,
maris, omnium, atque
6. *Ab insurgentibus in me*
callide
7. *Libera*, adiuva,
defende, conserva
8. *Me*, ut ad te
sincero corde
et pura mente
possim venire
te, Deus, tribuente.

Collect. ms. Floriacense(?) saec. 11. Cod. Oxonien. Bodl. 38. — 1, 4 et astra. — 4, 1 alme (st. meus; cfr. 4, 6). — 8, 5 ad te. — Reimprosa ohne Symmetrie. Cfr. die Anmerkung zu „Alle-voce celsa" (Nr. 494). — Der liturgische Text ist unter Wahrung des Reims in die Tropierung verwoben.

456. Die Dominica.

1 Deus, omnium
Turba gentium
Circumstantium
Sanctuarium
5 Tuum polluit
Nec exhorruit
Nomen Domini.
Tuo nomini
Gens improperat;
10 Si hi[n]c auferat
Gentis scelera,
Tua dextera
Arcum conterat,
Quem tetenderat.

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — Wahrscheinlich Tropus zum Versus: „Arcum conteret et confringet arma et scuta comburet igni“ (Ps. 44, 10), den ich allerdings als Versus Alleluiaticus nicht nachweisen kann.

457. Die Dominica.

Memor tui creatoris
Eius vias in timore
Intus te formes et foris,
Deleas
Pio culpas
Lacrimarum liquore;
Ferveas
Amore,
Ut gratiae de roie
Mens fidelis *floreat*,
Ut ex fide prodeat
Fructus operis.
Veteris
Te pudeat
Vitae, nova placeat.
Labilem rotam erroris
Providus caveas
Sequi, ne pereas;
Sed in spe firma semper nitere
Ad patriam pergere,
Quo iugiter gaudeas
Et pondere
Languoris
Careas
Possideas
Opes lucis verae.
Regem summi decoris
Aspicias,
Ad quem ut pervenias,
Lucrum tibi facias,
Sedulus custodias
Soli vias
Virtuti pervias,
Ut sic, homo, vas fias
Honoris.

Flacius, Nr. LXIV. — 4 Doleas. — 7 Fervens. — Anscheinend Tropus über den Vers: „Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris, et flores mei fructus *honoris* et honestatis“. (Eccli. 24, 23). Als einem Gradual-Versus bin ich allerdings diesem Versus bislang nicht begegnet. — Man beachte, dafs ein Reimwort auf honoris durch die ganze Dichtung wiederkehrt: Vers 1, 3, 16, 23, 27, 35.

458. In Nativitate Beatae M. V.

1. Trinitatis gloria
resonet nostra,
semper simul agmina
angelorum caelica
digna Deo cantica,
Alleluia.

2 a. Humana natura,
propria scelera
flagitando sedula
divina [sua] clementia

2 b. Ut cuncta relaxet
potenti gratia,
qui creavit omnia
regnans sine fine per saecla.

3 a. Omnium
splendidior merito

3 b. Virtutum
pulchra es coram summo

4. Domino.

O quam pulchra es, casta generatio!

5 a. Angelorum choris
perennis gaudio
societas permanet
triumphato zabulo,

5 b. Liliis, violis
coronata, sertis
roseis, purpureis
virginumque choreis.

5 c. Rutila, fulgida,
lucida, splendida,
ingressaque thalamo
laetatur (felix semper) cum Domino,

6 a. Quae ante saecula
promissa fuerat
colentibus Dominum
mente pura et devota,
cum claritate

6 b. Mellica, dulcia,
hymnica cantica
modulando Domino,
regi summo per saecula,
Alleluia.

Trop. ms. Novaliciense saec. 11. Cod. Oxonien. Douce 222. — 5 a, 1 chori. — Nach 2 a und 2 b ist ein **a** (Alleluia), nach 5 a, 5 b und 5 c ein **o** (generatio) eingetragen.

459. In Nativitate Beatae M. V.

1. Forma specioso sponso,
novem quem in caelo
ordines mirantur,
Adducentur regi virgines
post eam, proximae eius.

2 a. De Davidis stirpe
progenita regia,

2 b. Paritura mater
Iesum, regem gloriae,

3 a. Omni laude digna,
virgo semper Maria,

3 b. Quicunque devoti
confiteantur tibi,

offerentur tibi in laetitia.

Trop. ms. Emmeramense anni 1024—36. Clm. Monacen. 14322. — 2 a, 1 stripe(!). — Voraus geht eine Introductio zum Alleluia: „Carmina recolamus, eia, Deo Christo, regi summo, cui honor, virtus et dulcisona soli per aevum competit Alleluia".

460. In Nativitate Beatae M. V.

1 Mundo gratum
Veneremur ortum
Virginis,
Quae regalis seminis
5 Clara progenie
Nata fulsit hodie,
Veri plena luminis.

Ortus celebris
Parit gaudium
Et lucem reddit tenebris
Gentium.

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — Am Schlusse folgt: „Ad nu . . .“, wofür ich einen entsprechenden Versikel bis jetzt nicht ermitteln konnte.

461. In Purificatione Beatae M. V.

1. Psalle ludens, Thalia,
et melos chorda
nobili concrepa

2 a. In tanta
matris Dei gratia,

2 b. Qua plena
manebit per saecula,

3. *Alleluia.*
Post paterni verbi *partum*
virgo *inviolata*,
Maria, et intacta
permansisti.

4 a. *Dei genetrix* quia sic
meruisti fieri,
Ideoque fragilis
memor esto saeculi
et totius sceleris oratrix.
intercede

4 b Pro nostris, pia, delictis
et multimodis simul
nequitiis, qui nostris
non valemus meritis,
tuis adiuvemur suffragiis
pro nobis.

Trop. ms. Moguntinum(?) anni 955—62. Cod. Londinen. Add. 19768. A. — Trop. ms. Emmeramense anni 1024—36. Clm. Monacen. 14322. B. — Sequent. ms. Eremitense saec. 12. Cod. Eremiten. 366. C. — Trop. ms. Novaliciense saec. 11. Cod. Oxonien. Douce 222. D. — 1, 1 Psalle et lude D. — 1, 2 melos corde A, corda BCD. — 2a, 1 Intactam B, Intactae D. — 2a, 2 gratiam B, gratiae D. — 2b, 2 fulsit (statt manebit) B, manebat AC. — 4a, 5 totius salutis B: überdies ist dieser ganze Vers in B an eine falsche Stelle geraten: nach 4a, 4 folgt nämlich erst 4b, 2 sq. (—nequitiis), alsdann 4a, 5 — 4b, 1, worauf der Text abbricht. — 4b, 2 ac (statt et) D. — 4b, 4 non meremur D. — Der liturgische Gradualtext „Post partum inviolata permansisti, Dei genetrix, intercede pro nobis“ ist ersichtlich in den Tropentext verwoben: aufserdem aber notieren ACD nach Str. 3 die Worte: „Post partum virgo inviolata permansisti“, B nach 3, 3: „Post part[um]“, nach 3, 5: „Inviolata“: ferner BD nach 4a, 2: „Dei genetrix“, D nach 4a, 4 und 4a, 5: „i“ als den das Melisma tragenden Vokal von „genetrix“ (alle Verse von Str. 4a und 4b enden ja ebenfalls auf einem i-Laut); A und C nach 4a, 5: „Dei genetrix“.

462. In Purificatione Beatae M. V.

V. *Post partum, virgo, inviolata permansisti,*
Dei genetrix,

1. Theotochos,

2 a. Quae caelitus
illius hauseras
verbi mysterium

2 b. Atque plena
gratia parturis
omnibus gaudia,

intercede pro nobis.

Trop. ms. Emmeramense anni 1024—36. Clm. Monacen. 14322. — Auch in der Melodie sind 2 a und 2 b parallel gebaut. — Als prosaische Introductio geht voraus: „Laudes dignas praecipue canamus Christo, soli Deo, quem angeli in alto poli sanctum proclamant, ut nos in matris illius festivitate sacra concedat laetari, Alleluia".

463. In Purificatione Beatae M. V.

1 a. Novus
novae legis nuntius,

1 b. Novi
pastor gregis proprius,

1 c. Summus
summi regis filius,

2 a. Nostrum luminare,

2 b. Nos illuminare

3 a. Hodie
Non est dedignatus,

3 b. Specie
Nostra palliatus.

4. Gloriae
Templo praesentatum
Vidimus, quem natum
Audivimus.

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — 3b, 2 Nostrae. — Allem Anschein nach Tropierung des Graduale: „Suscepimus Deus misericordiam tuam etc. **V.** Sicut audivimus, ita et vidimus in civitate Dei nostri, in monte sancto eius". — In der Quelle steht am Schlufs: Mis[ericordiam]". — Die Strophenabteilung soll nur die textliche (nicht musikalische) Symmetrie veranschaulichen.

464. In Assumptione Beatae M. V.

1 *Audi*, recta,
Praeelecta,
Dilecta
Vena veniae,
5 Laetitiae
Hortus, fons misericordiae,
Plebis dux pia,
Audi, filia,
Et vide sanctorum
10 Regem angelorum
Et inclina,
Divina,
Benigna
Et digna
15 *Aurem tuam* laudandam,
Decantandam,
Amandam,
Quia concupivit rex sanctorum
Et Deus angelorum
20 *Speciem tuam.*

Direct. ms. chori Secoviensis anni 1345. Cod. Graecen. 756. A. — Grad. ms. Altovadense anni 1410. Cod. Altovaden. 42. B. — 4 Plena veniae B. —

5 fehlt B. — 6 Hortus fons fehlt B. — 7 fehlt B. — 7 pie A. — 8 Dei (st. Audi) B. — 12 fehlt A. — 16 sq. Venerandam | Adorandam B. — 18 sq. rex dilectam | Et praeelectam B (cfr. 2 und 3). — Titel in A: „Super Versum Gradualis Audi filia"; in B: „Graduale. Trophus".

465. In Assumptione Beatae M. V.

Audi, filia
Egregia,
Parens paris nescia,
Quantae formae splendes gloria,
Quanta regis viges gratia,
Qui creavit omnia.
Pande brachia
Pia,
Quia
Tot instant naufragia;
Servos reconcilia,
De mundi miseria
Per te transeant ad gaudia
Caelestia.

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — Offenbar zum Versus: „Audi filia et vide et inclina auram tuam" etc.

466. In Assumptione Beatae M. V.

Rex pacificus,
Unicus
Matris unicae
Honorifice
Ministrantibus
Caeli civibus
Dat solium
Egregium
Prae ceteris,
De cuius muneris
Praesentia
Militia
Caeli publice
Gaudet, quia regia
Stirpis Davidicae
Proles ad participium
Regni iungitur
Civium consortio
Verbi beneficio;
Ubi mater filium,
Patrem videt filia
Summa cum laetitia;
Ubi summo praemio
Cum electis fruitur;
Ubi noscit et noscitur,
Ubi pane patriae
Pascitur;
Ubi regis gloriae
Cernitur
Facies;
Ubi quies
Quietem sequitur;
Ubi sanctorum acies
Regnat.

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Flacius, Nr. CXXX. B. — 1 sqq. pacifice | Unicae | Matris unice B. — 7 Da B. — 9 Praeceperis B. — 10 munere B. — 12 Millia B. — 14 Gaudent B; regio B. — 17 ungitur B. — 18 consortium B. — 19 beneficum B. — 20 sq. Ubi nostrum praemium | Iubet nostra filia B. — 24 finitur B. — 32 quiete B. — Am Schlufs steht in A nochmals: „Reg[nat]." — Dafs also Vorstehendes ein Tropus, und zwar auf Mariä Himmelfahrt, über einen Versikel mit „regnat" sei, ist zweifellos; wie der Versikel lautet und ob er sicher zum Graduale, nicht zu einem Resp. des Brevieroffiziums gehört, konnte ich bis jetzt nicht feststellen. — Entsprechend dem „**Regnat**" beginnt der Tropus mit „**Rex**", was bei den Verbeten (Tropi Antiphonales) als Regel erkannt werden wird.

467. In Assumptione Beatae B. V.

Infidelem populum!
Aman ad patibulum
Suspenditur proprium.
Apprehende gladium,
Frange manus hostium,
Veni in auxilium
Naufraganti saeculo
Et populo
Fidelium,
Iebusaeos eice,
Nos respice
Per filium.

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — Am Schlufs folgt: „Reg[nat]:" betreffs dieses vgl. Anm. zum Tropus „Rex pacificus".

468. In Assumptione Beatae M. V.

Hodie Mariae
Concurrant laudi mentes piae,
Vocis harmoniae
Concordent vitae melodiae,
Qua completo die
Virgo cursu viae
Regnat in throno gloriae.
Mater ergo pia,
Salutis nostrae spes et via,
Praevia
Precum gratia
Reconcilia
Servos tuos filio,
Ne sub iudicio
Libretur actio;
Veniam procura,
Ne requirat iura
Iudicis censura.

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Cantion. ms. Toletanum saec. 13. ex. Cod. Matriten. Tolet. 930 (33—23). B. — 1 Maria B. — 2 Concurrent B. — 4 vitae harmoniae B. — 5 completa A. — 6 cursum AB. — 8 pie B. — 13 Servum tuum B. — 15 Liberetur B. — Stellung in der Handschrift A sowie Inhalt und Form des Liedes lassen vermuten, dafs hier ein Gradualtropus auf Assumptio B. M. V. vorliegt und zwar wiederum speziell zum Worte „Regnat" (Vers 7).

469. In Assumptione Beatae M. V.

1 a. O Maria,
Mater pia,
Mater salvatoris,

1 b. Tu nos audi,
Tuae laudi
Grata sit laus oris.

2 a. Turris regis gloriae,
Templum redemptoris,

2 b. Thalamus munditiae,
Signaculum pudoris.

3 a. Fons misericordiae,

3 b. Virgo vernans specie

4 a. In caeli solio,
O parens singularis

4 b. Salvo gremio,
Digna puellaris

5. Partus gaudio.
In hoc dubio
Mundi nos navigio
A naufragio
Salva, stella maris.

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — Die Strophenabteilung veranschaulicht nur die textliche, nicht die musikalische Symmetrie. — Einzig die Stellung dieses Liedes in der Handschrift veranlafst mich, in demselben einen Tropus zum Versus Alleluiaticus auf Assumptio zu vermuten: „Assumpta est Maria in caelum; gaudent angeli, collaudantes benedicunt Dominum“.

470. De Beata Maria V.

Stirps Iesse progreditur,
Virga prodit caelitus,
Ex virga flos producitur;
Spiritus
Septiformis gratiae
Florem perficit
Fructu gloriae;
Flos electos reficit,
Cuius odor mentium
Est remedium.

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — Mangels jeder weiteren Angabe in der Quelle ist es nur eine Vermutung, wenn ich als tropierten Text den Versus Alleluiaticus angebe: „Virga Iesse floruit, virgo Deum et hominem genuit etc.“

471. De Beata Maria V.

Radix veniae,
Vena gratiae,
Viae dux et portus,
Porta patriae,
Veri solis ortus,
Thronus gloriae.
Summi regis cella,
Iesse virgula,
Ex qua flos est ortus
Salvans saecula,

Clara maris stella,
Lucis specula.
Mortis exterminium,
Salus mentium,
Claustra pandens caelica
Clavis Davidica,
Caput hostis terens
Iudith bellica,
Lignum vitae ferens
Arbor florida.
Pigras move
Mentes, fove
Corda languida.

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. 29. 1. — Dieser Tropus steht zwischen jenen auf Ostern; deshalb die Vermutung, er sei aus der Messe de Beata tempore paschali, und zwar über den Versus Alleluiaticus: „Virga Iesse floruit, Virgo Deum et hominem genuit; Pacem Deus reddidit in se reconcilians ima summis“. Mehr als Vermutung kann dieses vorläufig nicht sein.

472. De Beata Maria V.

1. *Virga Iesse floruit,*
Cuius flos non marcuit
Vitae dans odorem;
Vellus rore maduit,
Quod sacrum flamen compluit,
Dum parit salvatorem.

2. Mater carens vitio,
Gaudens pudoris lilio,
Nata genitorem,
Patrem gignit filia
Vitae ferens remedia,
Naturae mutans morem.

Cant. ms. Vigorniense saec. 15. Cod. Oxonien. Bodl. Auct. F inf. 1. 3. — Vielleicht Tropus über den gleichen Versus Alleluiaticus, wie bei der vorhergehenden Nr. 471. Der regelmäfsige Strophenbau ist allerdings bei älteren Gradualtropen nicht in Brauch. — Unmittelbar mit vorstehendem verbunden ist „Sacra virgo“ (Nr. 473).

473. De Beata Maria V.

Sacra *virgo*, *Dei* vera cellula,
Puella parvula,
Spiritu paupercula,
Regentem cuncta saecula
Tu vero concepisti,
Virgo permansisti
Et post puerpera
Intacta permansisti.
Ille, *quem non capit*
totius *orbis* machina,
In tua salutifera
Se mire *clausit viscera.*

Cantion. ms. Vigorniense saec. 15. Cod. Oxonien. Bodl. Auct. F inf. 1. 3. — Am Schlusse folgt (in Rot geschrieben): „[Virgo] Dei genetrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera“. Das ist der Versus Alleluiaticus, dessen Text in die Tropierung verwoben ist.

474. De Beata Maria V.

1 Almae Matris Dei
Ad veneranda gaudia,
In qua nostrae spei
Tota manet fiducia,
5 Devotione pia
Cantemus [*Alle*]*luia.*

Per te, o beata,
Semper inviolata,
Sancta *Dei genetrix*,
10 Divinae prolis alitrix,
Est porta reserata
Nobis caelestis patriae
Prius obserata
Pro culpa perfidiae,
15 Sententia prolata
Mortis per Evae vitium
In genus mortalium,
Donec per puerperium
Tuum stirps vitiata
20 *Est vitae data*,
Quae de caelo prolem
Suscepisti deicam
Sicut stella solem
Dans nobis lucem caelicam.
25 Tu per vocem angelicam
Christum concepisti
Ferens escam mellicam
Huic *mundo* tristi,
Quam virgo *genuisti.*

Cantion ms. Vigorniense saec. 15. Cod. Oxonien. Bodl. Auct. F inf. 1. 3. — 18 Donet (Lesefehler?) — 25 voce. — 29 Quem. — Es folgt in der Quelle: „Per te, Dei genitrix, nobis est vita perdita data, quae de caelo suscepisti prolem et mundo genuisti". Vgl. die Bemerkung zur vorausgehenden Nr. 473.

475. In Omnium Sanctorum.

1. A te, rex, patriam
petimus; iam placida
illam aure captans
repromissam contribuas,
in qua dulcifluam
melodiam
tibi angelica
Domino cantant agmina
omnia per saecula;
plebs credula
illustrabitur; *Alleluia.*

2 a. *Iudicabunt*
apostoli
atque regnabunt

2 b. *Sancti*,
nationum
qui de multarum,

3 a. *Et dominabuntur*
ac principabuntur

3 b. *Et regnabunt* semper
per cuncta saecula,

4 a. Felices in gloria,
solis ad instar potentes;

4 b. Nam illorum capita
illorum rex illustrabit.

5 a. Ubi martyrum [turba]
splendidata

5 b. Glorificat trinam
essentiam.

6 a. O, quam beata dogmata
sanctorum iubilamina
sonant,

6 b. Ubi iam bonitas tua!
Intercessio martyrum
nos perducat

7. *In aeternum.*

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. — 1, 1 Ad te. — 1, 3 illa. — 1, 4 repromissa. — 1, 11 illustrabit. — 4a, 2 solis at. — 4b, 1 caput. — 5b, 1 sq. trina essentia. — Str. 4a, 4b und 5b sind in der Hs. nicht durch Initialen als Strophen bezeichnet. — Titel: „Prosa de Alleluia: Iudicabunt sancti [et dominabuntur, et regnabit illorum rex in aeternum]". — Vor Str. 2a: „Prosa de versu".

476. In sancti Andreae.

Dilexit Andream Dominus

1 a. *In* dulcedine amoris
redemptoris, vocantis
duos fratres de navi,

1 b. Quorum unus fuit Petrus,
qui fuit piscator bonus,
atque frater Andreas.

2 a. Quos Dominus vocaverat,

2 b. Qui fuerant secuti *o-*

3. *-dorem suavitatis.*

Trop. ms. Nonantulense saec. 11. Cod. Bononien. 2824. A. — Trop. ms. Nonantulense saec. 11. Cod. Roman. Casanaten. 1741 (C IV 2). B. — Trop. ms. S. Benedicti Mantuani saec. 11. Cod. Capit. Veronen. CVII (100). C. — Auch die Melodie zeigt den gleichen vollständigen Parallelismus in den entsprechenden Halbstrophen. — 1b, 2 hat in Text und Melodie eine Silbe (Note) Überschufs. — Vgl. die folgende Nummer.

Der Text des Versus Alleluiaticus: „Dilexit Andream Dominus in odorem suavitatis".

477. In sancti Andreae.

Dilexit Andream Dominus,

1 a. Qui prius
fluctivagas catervas
piscium reti
cepit sociante germano,

1 b. Sed dehinc
populos oberrantes
fidei hamo
sociaverat spiritali.

2 a. Gaudet Andreas in Christo,

2 b. Quem amat Messias *in o-*

3. *-dorem suavitatis.*

Trop. ms. Emmeramense anni 1024—36. Clm. Monacen. 14322. — 1a, 3 rete. — 1b, 1 Sed fehlt. — Nach Str. 1a, 1b, und 2a steht ein reich neumiertes **o** (entsprechend dem „od**o**-rem"). — Sichtlich gleicher Bau und Melodie, wie beim Tropus Nr. 476.

478. In sancti Andreae.

1. *Dilexit*
dilectione fidei
Andream
agonistam
misertus illius
[*Dominus*].

2 a. *In odore* accepto,
gratia collocato
in summo paradiso

2 b. Sociatus est suo
fratri glorioso,
apostolorum primo,

3 a. Sanguine namque proprio

3 b. Fuso in crucis tropaeo.

4. Diva gratia muneribus sacris ex divitiis
atque a populis
muneribus dignis
honoratus nimis
in alta caeli sidera, pro retibus sponte dimissis
principatum meruit regni caelestis
suavitatis.

Trop. ms. Novaliciense saec. 11. Cod. Oxonien. Douce 222. — 1, 1 dilectionem. — 1, 2 agonista. — In 2a sind accepto und collocato als Attribute zu fratri (Str. 2b, 2) aufzufassen. — 2b, 1 est fehlt; fratri suo. — 3b, 1 Initiale F fehlt. — 4, 1 Tua gratia. — 4, 2 populis atque. — Nach Str. 1 steht für den 2. Chor der Text „Dilexit Andream Dominus"; beide Chöre singen gemeinsam „In odo —"; nach Str. 2b, 3a und 3b ist ein reich neumiertes **o** (od**o**rem) verzeichnet; der Schluſs von Str. 4 „suavitatis" ist gemeinsam. — Str. 4 ist Reimprosa, mit Reimen auf **is** (suavitat**is**). —

479. In sancti Benedicti.

1. Sancti spiritus gratia
plenissime,
conferre dignare
caelestia, *Alleluia.*

2. *Doctor Christi,*
Bene nomine
et vita *dicte,*
monachorum pater
et noster et electe,
pie dux,
salus, decus, virtus,
qui es lex, rex et lux,

3. *Intercede*
fida prece,
magne, metuende,
pro grege
certe *tuo.*
qui laetaris cum Christo,
et pro misera
nostra satis vita
omniumque salute.

4. Sacra chorda
Domino
nunc Christo
iubila,
Florida,

Benedictum
quae mittit ad astra,
hac die dum
petit laetus supera.
5. Splendet lampade vaste terra,
proclamat caelica
vox: haec est via
Benedicti mira
et speciosa.
6. Cantantes adiuva
sine fine de te.

Collect. ms. Floriacense(?) saec. 11. Cod. Oxonien. Bodl. 38. — 3, 6 laetaris semper. — 4, 5 Florida — Floriacum? — Reimprosa; in der Quelle alles ohne Abschnitte und Initialen. — Der in der Tropierung verwobene Text des Versus Alleluiaticus: „Doctor Christi, Benedicte, monachorum pater, intercede pro grege tuo".

480. In s. Iohannis Baptistae.

1 *Mulier*is marcens venter dum virescit,
Dum senectus sera iuvenescit,
Legis nubes,
Novus pubes
5 Nascens elucescit,
Periturae praedicans * plebi, quod recessit
Vetus observantia * legis, et accessit
Tempus gratum gratiae,
Quod primus detexit
10 Vias paenitentiae,
Per quas nos provexit;
Nam maris et feminae
Natus non surrexit
[*Maior Iohanne Baptista*].

Cantion. ms. Petri de Medicis [Gallicum] saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Flacius, Nr. CXXXIX. B. — 5 Natus B. — 6 Pariturae praedicat plebi quae B. — 7 Virtus ob instantiam legis ut arescit(!) B. — 9 Quae prius B. — 12 matris ex semine B. — 13 Natus maior non B. — In A folgt am Schlusse: „Mulier[um]". — Zweifelsohne Tropierung zum Versus: „Maior inter natos *mulierum* propheta Ioanne Baptista nemo est". Als Versus Alleluiaticus kenne ich diesen Schrifttext sonst nicht; er bildet im Brevier den **V.** zum Resp. der 7. Lectio. Vielleicht also ist Vorstehendes ein Verbeta.

481. In s. Iohannis Baptistae.

1 Clamans in deserto,
Docens in aperto,
Vias Domini sub certo
Parans tramite,
5 Summi praeco regis,
Novae lingua legis,
Rector gregis,
Dux caelestis semitae
Prodit ex effeta;
10 Partu sterilis fit laeta.
Culpae fomite
Proles libera
Agnum lavat mundum,
Emundantem mundum,
15 Qui expurgat scelera.

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — Am Schlusse: „Iohan[ne Baptista]". Somit vermutlich Tropus zu: „Maior inter natos mulierum propheta *Iohanne* Baptista nemo est". — Cfr. Anmerkung zu Nr. 480.

482. In s. Iohannis Baptistae.

Prodit lucis radius
Veri solis praevius,
Regis nuntius,
Viam patriae
Pandens Verbo gratiae,
Rectas parans semitas;
Legis patet veritas,
Locum praestat veniae,
Spem gloriae.

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — Stellung des Liedes in der Hs. und sein Inhalt berechtigen zur Vermutung, dafs es ein Tropus sei zum Versus Alleluiaticus: „Tu, puer, propheta altissimi vocaberis; praeibis ante Dominum parare vias eius."

483. In Decollatione s. Iohannis B.

O, caecitas harpyiae,
O, faex hypocrisiae,
Turpis lepra simoniae
Scandunt solium!
Falsitatis viae
Movent omni die
Christi veritati piae
Proelium.
Comites Goliae
Spernunt David prophetiae
Testimonium;
Perdunt ob praemium
Filium
Mariae.
Comites Uriae
Herodis tingunt gladium
Iohanne [*Baptista*].

Flacius, Nr. III. — Wahrscheinlich Tropierung zum Versus: „Maior inter natos mulierum propheta *Iohanne* Baptista nemo est". (Cfr. Nr. 480).

484. In s. Iohannis Evangelistae.

Manere,
Vivere
Debes et florere
In me, qui sum vere
Vitae vitis.
Qui sititis,
Haurite
Vitam de me, vite.
Odor myrrhae tritae,
Balsamo conditae
Fragrat; huc venite,
Myrrham invenite,
Sentite.
Oblite
Tui, de te quaere,
De Iohanne ne mirere;
Eum volo si manere,
Quid ad te? *Me sequere*.
Tibi stratae
Praemonstratae
Patent et cruore
Proprio sunt signatae;
Te redemi pignore
Animae pro te datae.
Ingrate,
Pietate
Commovere,
Si me vere
Diligis et pure.
Flagellorum triturae,
Sputa, minae,
Clavi spinae,
Pressurae
Forma sint disciplinae;
Fel, catenae,
Caesae genae,
Omnes venae
Plagis plenae.
Tot poenae,
Si bene
Ponderes, sunt doctrinae.
Condolent naturae
Lapidum scissurae,
Lucis sol obscurae.
O dure,
Te Iohannis aquilae
Moneant scripturae.
Manna sepulturae
Fuit huic cubile
Meum pectus;
Hic electus
Custos matris Mariae.
Hora cenae
Hausit plene
Fontem gratiae,
Ales alis
Spiritalis
Praeminens scientiae,
Figens visum
Non elisum
In me, solem gloriae,
Cuius alae
Sunt virtutum scalae.
Meum spiritalem
Volo talem
Manere.

Flacius, Nr. LII. — 8 me vitae. — 9 Odor mire tritae. — 11 Flagrat. — 27 Commoveare. — 48 Magna sepulturae. — Offenbar Tropus zum Versikel des Graduale: Sic eum volo *manere*, donec veniam; tu me sequere.

485. In sancti Silvestri.

1. Gloriosa
dies celebris
et sollemnitas
colitur hodie
sancti confessoris
tui Silvestri

2 a. Semper laudando,
2 b. Multum precando;
3 a. Sua qui prece nostra dignetur facinora
3 b. Delere multimoda, qui regnat inter aethra,

Alleluia.

4. *Amavit eum Dominus,*
ornamentis sacris
decoravit eum
et ornavit eum

5 a. *Stola* candidissima et praeclara
5 b. Fulgoreque lucida, decorata;
6. Et virtutis *gloriae* *induit* eum munere, parsimoniae corona quoque
7. Et iustitiae, manusque suae potentiae constituit *eum.*

8. Arma tyrannica
sanctus hic non timuit ulla
nec regum minas
expavit Christi fretus dextera;
idcirco mundi potentia
non est fretus, consortia
qui regnat inter angelica;
Alleluia.

Trop. ms. Novaliciense saec. 11. Cod. Oxonien. Douce 222. — 2 b Multumque. — 3 a, 1 sq. Sua que nostra dignetur prece. — 6, 2 etiam (st. eum). — Nach 6, 4 und 7, 3 ist „virtutis gloriae“ (6, 1) wiederholt. — 8, 3 minas regum. — 8, 6 et non fretus. —

486. In sancti Stephani.

1. Iam regem caelorum
Nos praecelsa voce
Laudantes iubilemus,
Noveni quem ordines
Angelorum clamantes
Sanctum collaudant omnia
Viventem per saecula.
Alleluia;
Video caelos apertos et Iesum,

2 a. Regem aeternae gloriae, manu fortem et electum,
2 b. Christum videlicet cum patre sine fine regnantem,

stantem.

3 a. Protomartyr, tuam gloriosam
3 b. Mortem laudant caelitum gaudia,

4. Quae hodie dedit
triumphanti Christus
tibi, Stephane,

5. Qui missus est
a dextris virtutis Dei.

Trop. ms. Emmeramense anni 1024—36. Clm. Monacen. 14322. — 3a, 1 Protomartyrum gloriosa. — 3b, 1 Morte. — 3b, 2 Caelicum. — Nach Str. 3a, 3b und 4 steht **a** (stantem **a** dextris), über welchen Vokal die Melismen sich aufbauen. — Rhythmus und Parallelismus sind fraglich.

487. In sancti Stephani.

1. *Ad*esse festina,
Monas, mihi, trina;
Lux divina,
Aurem huc inclina,
Te propina,
Vitae medicina;
Sit vicina
Virtutum doctrina,
Ne ruina
Cadam repentina.

2. Seda gemitus,
Et crimina
Laves in piscina;
Cor illumina;
Valle peregrina,
Qua sum positus,
Extermina.
Cura mundi spina;
Fraus clandestina
Urget serpentina,
Ut de sacco sim cortina.
Penitus elimina
Sordes mentis, officina
Ne de pelle cilicina
Fiam rubens, omina,
Tandem hyacinthina.

3. *Adiu*tum
Tu redde me tutum.
Tu Dominus es virtutum,
Tu cuncta regis ad nutum,
Tu mutas auro lutum,
Mundas vas pollutum.
Tu pugnantum es brachium,
Gladium et scutum;
Tributum
Remove servitutum,
Tu me destitutum
Iura.

4. Lapidea
Me iacula,
Me ferrea
Premunt ergastula,
Me vincula,
Me troclea;
Craticula
Me cremant ignea;
Me framea,
Sudes et spicula,
Me fellea
Debriant pocula,
Me laniant
Dentes et ungula,
Patibula
Me cruciant fragula.

5. *Mea* messis matura
Crucis pressura.
Flagellatur area,
Emundatur palea;
Reddidit pura
Grana tritura,
Ea fer ad horrea
Fracta domo lutea;
Me recrea
Et laurea
Aurea
Laurea *me.*

6. Iesu, per te
Video quod ianuae
Sint apertae.
Iam in loco pascuae
Post finitae
Cursum vitae
Me constitue.
Totiens lacessitae
Mentes sint laetae
Post dolorem.
Iam complete
In eis post laborem
Athletae
Tuo da quiete
Frui te.

7. *D*ona stipendia
Iam emerito,
Stolam cum gloria,
Pro quibus milito.
Illis ut venia
Fiat flagito,
Neque supplicia
Des pro merito.

8. *Mi*sericors Deus,
Parce sceleri,
Nescit homo reus
Scelus fieri.

9. *Ne* statuas ei
Hoc pro crimine;
Memor esto rei
In discrimine.
Convertatur, Domine,
Vir sanguinum a sanguine,
Ne ruinae
Tradas eum in fine.

10. Cito miserere
Misero, ne misere
Possit interire
Poena mortis dirae
In diebus irae.
Neminem vis perdere,
Sed conversum vivere;
In scelere
Nullum vis perire,
Sed diligere,
Credere
Te misereri.
Quae commisi re,
Flere da sincere,
Vere paenitere,
Fide placere,
Spe fervere.

Deus meus, salvum me fac
propter misericordiam.

11. *Tu* deitati
carnem unisti,
Tu pro me pati
Sustinuisti.
Nemo tanta fieri
Potest promereri,
Sed tu cordi miseri
Da misericordi*am*.

12. *Tu* pro me mori
Non horruisti.
Reddi favori
Quid valet isti?
Nihil potest muneri
Tanto par censeri.
Tuae manus operi
Da misericordi*am*

13. *Tu* morte morti
Mortem dedisti;
Tartara forti
Manu fregisti.
Iure sui meriti
Nemo potest niti;
Ergo tuo militi
Da misericordi*am*.

Cantion. ms. Toletanum saec. 13. ex. Cod. Matriten. Tolet. 930 (33—23). A. — Flacius, Nr. LV. B. — 2, 3 Laudes in A. — 2, 8 Curas B. — 2, 9 Gens A. — 2, 10 fehlt A. — 2, 10 Urgetur B. — 2, 11 de sago B, de saco A. — 2, 13—16 fehlen B. — 3, 7 pugnantium B. — 3, 8 Gladius B. — 3, 11 sq. me iuva destitutum B. — 4, 5 fehlt B. — 4, 8 cremat A. — 4, 11 felleam A. — 4, 12 Inebriant A. — 4, 16 singula (st. fragula) B. — 5, 3 Flagellatus A. — 5, 5 Reddit A. — 5, 7 fert A. — 5, 9 reclea A. — 5, 12 Me laurea B. — 6, 5 Prius fruite! B. — 6, 12 post dolorem (cfr. 6, 10) B. — 7, 3 Stola A. — 7, 4 milita B. — 7, 5 veniat A. — 8, 1 At misericors B. — 8, 2 Parce homini A. — 9, 1 statuas illis A. — 10, 1 Caeco (st. Cito) B. — 10, 2 ne miser B. — 10, 4 mortis durae B. — 10, 6 vis perire (cfr. 10, 9) B. — 10, 12 fehlt A. — 10, 13 fehlt B. — 10, 13 commisere A. — 10, 16 Vide A. — 10, 17 Spe fruere(!) B. — 11, 7 tu mihi misero B. — 13, 1 Morte tu B.

Der Tropus ist aufgebaut über dem Versikel des Graduale: „Sederunt principes et adversum me loquebantur, et iniqui persecuti sunt me. **V.** Adiuva me, Domine, Deus meus; salvum me fac propter misericordiam tuam“. Die ersten Worte dieses **V.** sind in die Strophen 1—10 verwoben, vielfach akrostichisch; nämlich „Do-mi-ne“ Anfang von Str. 7, 8, 9. — Str. 3 und 5 schliefsen mit einem Worte dieses **V.** (Iuva, me), das zum vorhergehenden Reim nicht paſst, aber den Reim der folgenden Strophe einleitet. — Die ganz gleich gebauten Strophen 11, 12 und 13 tropieren in kunstvoller Weise dreimal „tu-am“, beginnend mit „tu-“ und schliefsend mit „-am“.

488. In sancti Stephani.

Protomartyr plenus fonte
Virtutis ac gratiae,
Luce sapientiae,
Lucerna fulgens in monte
Animas illuminat,
Vitae verbum seminat.
In agone constituto
Splendor patet gloriae,
Carnis luto
Dissoluto,
Gemina stola induto
Datur regnum patriae.

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — Am Schlusse folgt: „[Domi]ne“. — Wahrscheinlich Tropus zum Gradual-Versus: „Adiuva me, Domine Deus, salvum me fac propter misericordiam tuam“.

489. In sancti Stephani.

Sederunt inique
Principes in agmine
Sensus sub caligine,
Confidentes argumentis
Literalis paginae
Litis in examine,

Saevis plagis violentis;
Meo fuso sanguine
Fero lapide torentis,
In pressuris, in tormentis
Adiuva me, Domine.

Flacius, Nr. IV. — 7 Saevi. — Sichtlich Gradual-Tropus zum Versus: „Adiuva me, Domine, Deus meus; salvum me fac propter misericordiam tuam". Der Anfang knüpft an das vorhergehende **R.** an: „Sederunt principes et adversum me loquebantur et iniqui etc.

490. In sanctorum Martyrum.

1.

Alma agmina
splendida
super sidera
tot civium
supernorum
adorant,
collaudant
Dominum
omnium,
viventem,
regnantem
tot laeta
per saecla,
Alleluia.

2. *Vox exsultationis Et salutis*
et laetae iucunditatis,
aeternae iuventutis

3 a. *In tabernaculis*
iustorum, pax,

3 b. Lux iucundaque
laetitia.

4 a. Gaudentes
laetentur omnes,

4 b. Iubilant
iuvenes, senes

5 a. Sedulo
dulcibus

5 b. Cantibus
Domino.

6. *Iustorum*, electorum,
sanctorum omnium
Bone Domine,
rex aeterne,
Iam salva nos, omnipotens
creator et rector angelorum,
Domine caeli, terrae, maris,
omnium rex regum.

Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. A. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. B. — Trop. ms. Emmeramense anni 1024—36. Clm. Monacen. 14322. C. — Trop. ms. Heidenheimense saec. 11. Cod. Oxonien. Seld. supra 27. D. — Collect. ms. Altahense saec. 12. Clm. Monacen. 9551. add. saec. $^{12}/_{13}$. E. — 1, 6 sq. adora | collauda B. — 1, 9 hominum B. — 2, 1 Vox exsultationis fehlt BE. — 4 a, 2 laetantur B; hier Schluſs in B (defekt). — 5 b, 2 in habitationibus A. — Mit 5 b schlieſst E. — 6, 6 creator caelibum angelorum

D. — 6, 7 omnium (st. Domine) D. — Die Strophenabteilung ist genau nach C, wo überdies nach Str. 2 „et salutis", nach 3a „in taberna-" nach 3b, 4a, 4b "-a-, nach 5b „-aculis eingetragen ist, dem jedesmal das folgende Wort des Tropus mit einer Initiale folgt, während die anderen Quellen, mit Ausnahme von E (= C), den Text einfach fortlaufend (ohne Einschnitte und Initialen) bieten. — Den gleichen Anhaltspunkt zur Strophenabteilung bieten die St. Galler Quellen, in denen die Introductio (Str. 1) und der Abschluſs (Str. 6) fehlen, und im übrigen so bedeutende Abweichungen im Text sich zeigen, daſs ich das Ganze hier folgen lasse:

1. *Vox exsultationis*
Et salutis et laetae iucunditatis,
Aeternae iuventutis

2a. *In tabernaculis*
iustorum, pax,
3a. Laetentur
iuvenes, senes;

2b. Vox iucundaque
laetitia.
3b. Iubilent
dulcibus hymnis

4. Et viri, feminae
sic sine iam fine.

Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 378. add. saec. 13. A. — Trop. ms. Sangallense saec. 11. Cod. Sangallen. 380. add. saec. 12. B. — Titel: „Vox exsultationis" A: „Versus super Alleluia Vox exsultationis". B. — Dieser Versus diente auch für Dedicatio ecclesiae (cfr. Nr. 454).

491. In sanctorum Martyrum.

1 Superna
de sede, eia,
soror Camena,
voce condigna
5 prome car[min]a
et martyrum supplicia
consueta rhythmica
modo resona,
Alleluia.

10 *Te martyrum*
chorus nobilium
mortis iubare praeclarus,
candidatus
laudat,
15 ovanter exsultat

exercitus caelestium.
Virtutum consortium
mellifluo resonat
ore eflagitans:
20 Audi, *Domine*,
servos tuos respice
atque protege.

Trop. ms. Novaliciense saec. 11. Cod. Oxonien. Douce 222. — 13 fehlt. — 16 exercitus fehlt.

492. In sanctorum Martyrum.

1. Christe Iesu, rex regum
et corona martyrum
tuorum,
unde nos fidenter
psallimus dicentes:
Alleluia.

Corpora sanctorum in pace se-pulta sunt,
2. Et eorum gloriosae
animae
in sinu Abrahae
iubilant feliciter,
Et nomina eo-rum
3. In albo
aethereo
descripta, quo
agni benignissimi
oculi
sunt in aevo;
Vivent in generationem et generationem.

Trop. ms. Novaliciense saec. 11. Cod. Oxonien. Douce 222. — Die Tropierung in Str. 2 erscheint aufgebaut über dem Vokale **e** (s**e**-pulta, oder pac**e**), in Str. 3 über **o** (e**o**-rum).

493. In sanctorum Martyrum.

Tua glorificata, Deus, opera.
Tua *dextera*
Virtus est vera,
Sidera
Firmans,
Numerans
Innumera,
Pensans
Pondera,
Colles librans
In statera.
Imis supera
Confoedera,
Superis infera,
Legis ut divinae
Servent cetera
Foedera
Certo fine.
Nos tempera
Domine.

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — 16 Servant. — Wohl sicher Tropus zum Versikel: „Dextera tua, Domine, glorificata est in virtute"; dementsprechend der Reim fast ausschliefslich auf [dext]*era* und [Dom]*ine*.

494. De Communi Doctorum.

Alle- voce celsa, nostra
contio, dic, ecce, sacra
-luia,
Dulciflua carmina
promens Christo devota,
cantans nectarea famina,
in huius fama
sancti iubila,
symphoniae cantica
dulcimode canta.

2. *Os iusti*
verbis facta Dei
3. *Meditabitur*,
sacrum ius
ut commissae
plebi edocens
legem herilem
dispenset,
4. *Scientiam*
divinam;
5. *Et* lucri
depositi
pondus in Christi
foenore duplici
condat horreis;
6. *Lingua*
ut valeat
gloriae
caelestis compos esse;
et censor curiae
necne supernae
summus
7. *Loquetur* genti
peccatrici
summi arbitri
8. *Iudicium*,
quem oremus, ut pium
nobis placet Dominum,
solvat qui reatus
criminum
et una secum
nexos piorum
collegio sanctorum
det scandere regnum.

Collect. ms. Gallicum (Floriacense?) saec. 11. Cod. Oxonien. Bodl. 38. — 1, 9 symphonia. — 2, 2 fac tu Dei. — 7, 3 arbitris. — 8, 4 solvat quos. — 8, 7 nexus. — Die Tropierung reimt hier wiederum mit der Schlufssilbe des tropierten Textwortes.

495. In sanctorum Confessorum.

1. Eia, clangite
iam tonante voce
Christo praeconia,
Alleluia,

2 a. Phalanx cui
aethre caelica
2 b. Modulando
promit carmina;

3. *Alle-* digne collaudemus
concrepando *-luia.*

4. Clarae iubare lucidi
iustitiae *laetamini*
in Domino,

5 a. Decus in perenni quem
decet solio,
5 b. Olympi qui cardine
nixus supero
5 c. Tuendo cosmum nutu
regit rapido
In aevo;

6. *Et exsultate iusti*,
caelestis quia gloriae
aulam splendidae
captantes iam in aethre,
7. Astrigero
micanti iam in alto,
quo *gloriamini* plenissime,
omnes recto corde.

8 a. Ordo cupit
summus cernere

8 b. Quem in ipso
perpes placide,

9. Nunc ipsi, terrigenae,
Odas ferte perspicue.

Trop. ms. Novaliciense saec. 11. Cod. Oxonien. Douce 222. — 3, 1 Qua (st. Alle-). — 5a, 1 in fehlt. — 5b, 1 [O]lympi. — 5b, 2 nixu. — 7, 2 in albo. — Für den zweiten Chor ist eingetragen nach Str. 2a, 2b und 3: „**-a**“ (von Alleluia; dementsprechend Auslaut dieser Strophen in **a**); nach Str. 4: „laetamini in Do-“; nach 5a, 5b, 5c, 2: „**-o-**“, nach 5c, 3: „-omino“ (dementsprechend Strophenauslaut in **o**); nach Str. 6: „et glo-“ (7, 1 und 2 lauten auf **o** aus), nach 7, 2: „**-o-**“; nach 7, 3: „-oriamini omnes recto corde“; nach 8a, 8b und 9: „**-e**“. (dementsprechend wiederum Auslaut dieser Strophen auf **e**).

496. In s. Confessoris Pontificis.

1. Odas referamus
Domino,
cui iure psallit
omnis creatura:
Alleluia.

2 a. Quem caelum, terra adorant
et maria,

2 b. Sol et stellae voce laudant
harmonica;

3 a. Abyssus tremit,
impia

3 b. Pavent ubique
tartara.

4 a. Flamine sancto plenus
David praevidens
longius carnem

4 b. Sumere de virgine
ex Sion Christum,
verum Deum,

5. *„Iuravit Dominus et non paenitebit eum“*, inquit,

6 a. Deo *tu es sacerdos*
*in*maculatus,

6 b. Sine crimine, verbum
Dei *aeternum*,

7 a. Lex et propheta,
pontifex et homo verus,
secundum ordinem,

7 b. Quem praesignavit
Melchisedech rex et sacerdos.
O pie Christe,

8. Tuam defende,
te petimus, plebem,
Confessorum gloria,
omnium nostra
nobis dimitte
crimina, Domine,

9 a. Angeli quem
laudant, patriarchae
et prophetae,

9 b. Apostoli,
martyres, virgines
assidue;

10. Nos quoque famuli
laudamus, ut nobis
parcas, rex Israel.

Trop. ms. Novaliciense saec. 11. Cod. Oxonien. Douce 222. — 4b, 2 exion. — 10, 2 laudemus. — Für den anderen Chor ist in der Hs. vermerkt nach Str. 2a, 2b, 3a und 3b: „a“ (Allelui-**a**; dementsprechend enden alle diese Strophen auf **a**); nach 6a, 1: „tu es sacerdos“; nach 6b, 2: „in aeternum“; nach 7a, 2: „secundum **o**-“; nach 7b, 2: „-**o**-“ (dementsprechend Schlufs des Versus: sacerd**os**); nach 8, 2: „ordinem“ (dementsprechend der Versschlufs; pleb**em**); nach Str. 8: „Melchisede-“; nach 9a und 9b: „ **e**-“; nach 10: „-ec h]“ (dementsprechend schliefsen alle Verse dieser letzten Strophen auf **e** resp. auf dem verwandten **i**).

497. De uno Confessore (s. Martiale).

1. Alme et summe,
sacer pollens incliteque
N. N., servulos tu fove
cunctos in hac domo tibi
dulcimode cantitantes,
melliflue iubilantes,
ut digni
sint perfrui
perenni vita,
[*Alleluia.*

Iustus ut palma florebit]
Et sicut liliorum candor

2 a. In gloria splendebit 2 b. Coram Christo beate,
[*Et sicut ce-*]

3 a. Et seu pulchritudo rosarum 3 b. Rutilabit magno decore,

4 a. Quasi arbor in tellure, 4 b. Quae vocitatur nomine
cedrus, multiplicabitur,

5 a. Virtutum ramis extensus, 5 b. Inter mirteta sublimis.

6 a. Cuius libamine fulti, 6 b. Opitulatione tuti

7. Vigentes floreamus omnes
ut palma.

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. — 1, 3 Martialis servulos (wahrscheinlich hier der bestimmte Name eingeschoben in den Tropus de Communi, der also wohl älter war, als die schon sehr alte Quelle). — 4b, 1 Qui. — 7, 1 Dicentes. — Der ganze Text ist in der Quelle einfach fortlaufend, ohne Alinea und Initialen, niedergeschrieben, wie dies bei den Gradual-Tropen in französischen Quellen gewöhnlich der Fall ist; nur „Et sicut liliorum etc. (am Schlusse von 1) hat eine Initiale. — Der gleichgebaute und grofsenteils gleichlautende Tropus über das gleiche Thema „Et sicut cedrus“ (Felix floridae, Nr. 498) in anderen Quellen gibt sichere Anhaltspunkte für die Gliederung dieses Tropus. — Dunkel bleibt „ut palma“ (7, 2), ebenso das nach 5b von mir unterdrückte „habitur cedrus“. Sollte vielleicht nach 4b zu schreiben sein: „cedrus multiplica-“, das nach 5b seine Vollendung findet in „-abitur“?

498. In unius Confessoris.

1. Felix floridae palmae
assimilabitur iustus,
altior cedris omnibus
ex meritis suis vivit
in laude Dei cottidie;
sanctum istum, nobis ut conterat,
oramus, insidiantes; *Alleluia.*

Iustus ut palma florebit
Et sicut liliorum candor

2 a. In gloria splendebit — 2 b. Coram Christo beate,
Et sicut ce-

3 a. Et seu rosarum pulchritudo — 3 b. Rutilabit magno decore

4 a. Et sicut arbor odorum, — 4 b. Quae vocitatur nomine

5. *Cedrus, multiplicabitur.*

Trop. ms. Sangallense saec. 11. in. Cod. Sangallen. 381. A. — Trop. ms. Emmeramense anni 1024—36. Clm. Monacen. 14322. B. — Trop. ms. Eremitense saec. 11. Cod. Eremiten. 121. C. — In A als Überschrift (in Rot) „Et sicut cedrus"; Str. 1 fehlt dort und in C. — 2b beato ABC. — 3b Rutilabit in A, Rutilat in BC. — (Die Textänderungen entnahm ich dem vorhergehenden Tropus Alme et summe sacer, der über dem gleichen Versikel „Et sicut cedrus" aufgebaut und in Str. 2—4 mit vorstehendem fast gleichlautend ist). — 4a odorem C. Anfang von 2a und 2b, die auch in der Melodie parallel sind, wird in A durch ein Initiale markiert, während B einfach fortlaufenden Text aufweist. — Nach 3b und 4a ist in B ein e eingetragen (ce-drus).

499. In unius Confessoris.

1. Laetetur alma
fidelium ecclesia;
per Christi corpus redempta
felix permanet in saecula,
regnat in gloria
perpetua,
retinens caelica
in caelestibus praemia;
Alleluia.

2.

a. *Iustus*
et probitate dignus

b. *Germina*
pacis et vitae dona
hereditab*it*

c. *Sicut lilium*
et gloria rosarum.

3.

a. *Et flore* gratiae
cum lampade
lucis perpetuae
fulgebit feliciter,

b. Ditatus munere
iustitiae
virtutum meritis
flore*bit in aeternum*

4. *Ante Dominum*,
qui Dominus est omnium,
qui salvat omne saeculum,
qui fert omnium subsidium,
qui condolens nostrum
interitum
pro nobis tribuit
sui sanguinis pretium.

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. A. — Tropt ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. B. — Grad. et Trop. ms. Fontisebraldense saec. 14. in. Cod. Lemovicen. 2 (17). C. — Trop. ms. Emmeramense anni 1024—36. Clm. Monacen. 14222. D. — Trop. ms. Heidenheimense saec. 11. Cod. Oxonien. Seld. supra 27. E. — Trop. ms. Novaliciense saec. 11. Cod. Oxonien. Douce 222. F.

1, 1 Gaudetur B, Laetemur C. — 1, 3 pro Christi C; quae (qua F) Christ, morte red. BDEF. — 1, 4 permanes C, permanens F. — 1, 5 vincens B. regnans DE. — 1, 6 caelestia (statt perpetua) C. — 1, 7 retinent B. — 1, 7 sq. virtutum caelica | in caelestibus habitat C. — 1, 8 gloria (st. praemia) F. — Str. 2 u. 3 fehlen C. — 2a, 2 et fehlt B; ac (st. et) DE. — 2b, 1 Germinans DE. — 2b, 2 vita F; dono A. — 2c, 2 et folia rosarum BF. — 3a, 1 floret gratia DE. — 3a, 2 sq. lucis lampade ABDEF. — 3b, 1 Ditatur F. — 3b, 3 merito AB, merita F. — 4, 2 Deus qui C, Deum qui EF; qui Deus est A. — 4, 3 qui sanat omnem populum C. — 4, 4 omnibus BF. — 4, 6 interitu C. — 4, 7 nobis praebuit C, tradidit F; tribuit fehlt hier, statt dessen 4, 8 pretium dedit DE. — 4, 8 pretio C.

Vorstehender Tropus zum Versus Alleluiaticus ist in seiner Art einer der interessantesten und wichtigsten wegen seines Alters und seines kunstvoll symmetrischen Aufbaues, bei dem die Assonanz sehr sinnvoll durchgeführt ist. — Str. 1 endet in allen Versen, entsprechend dem „Alleluia," auf **a**; Str. 4, entsprechend dem „ante Dominum" auf **u**: zugleich ist Str. 1 mit Str. 4 in Text u. Melodie genau symmetrisch. — Die übrigen Strophen zeigen in ihren Teilstrophen volle Symmetrie, und die einzelnen Verse enden auf dem Vokale des entsprechenden Wortes, worüber Melisma und Tropus aufgebaut ist. — Der offizielle liturgische Text: „Alleluia, Iustus germinabit sicut lilium et florebit in aeternum ante Dominum" ist völlig in den tropierenden Text verwoben, und zwar so, dafs von 2a ab weder A noch B Initialen zeigen. Wenn C u. F am Schlusse von Str. 2a „Iustus", von 2b „Germinabit", von 2c „Sicut lilium", von 4a „Et flore —" und von 4b „— rebit" verzeichnet, so ist das, wie schon öfter bemerkt, eine Rubrik für den anderen Chor, der diese entsprechenden liturgischen Textworte zu singen hatte, während der zweite Chor den zugehörigen tropierenden Text sang. In der jüngsten Quelle C ist diese kunstvolle Symmetrie wie auch der Text des Originales entstellt und verstümmelt: daselbst ist das Bruchstück als „Prosa, de st. Benedicto" verzeichnet.

Im übrigen belehrt uns dieser nachweislich älteste der Gradual-Tropen, dafs der Versuch, in jüngeren Gradual-Tropen, die eine gewisse Symmetrie wenigstens im Texte erkennen lassen, einen symmetrischen Aufbau zu rekonstruieren, nicht der Willkür geziehen werden kann.

500. In unius Confessoris.

Ecclesiae
Vox hodie
Sollemnia
Iusti recenseat;
Subsidia
Virtutibus
Et laudibus
Obtineat.
Fidelium
Sicut lilium
Devotio
Germinet,
Se proprio
Scrutinio
Examinet.
Spem caritas
Nutriat,
Quam firmitas
Fidei muniat.
Sollemnitas
Domino sic placeat;
Floreat
In aeternum.

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Cantion. ms. Toletanum saec. 13. ex. Cod. Matriten. Tolet. 930 (33—23). B. — Flacius, Nr. CXXXIV. C. — 2 Ex hodie C. — 4 Iustus BC, resenserat B. — 5 Subsideat BC. — 13 Sed proprio C. — 15 Examinat C. — 16 caritatis A. — 21 Deo C. — An Schlusse folgt noch: „Et florebunt" A, „Et florebit" C. — Sichtlich ein Tropus zum Versus Alleluiaticus: „Iustus germinabit sicut lilium *et florebit* in aeternum ante Dominum."

501. In unius Confessoris.

Ex *flore* gratiae
Tuae misericordiae
Servus tuus iste,
Christe,
Viget hodie
Consors caelestis gloriae.
Qui pie,
Sobrie,
Caste, pudice,
Prudenter, quiete
Ambulans immaculate
Tuae legis in beatae
Via recta, Domine,
Per hoc [studuit] habere
Claritatem lucis verae,
Quae semper clarescit mere
Coram summo inclite.
Ubi quies et non labor,
Ubi gaudium, non dolor,
Ubi nec metus nec maeror,
Ubi *iustus* probitate
Dignus et vitae beatae
Munere
Sine funere
Florebit; sic floret iuste
Dei servus iste
In aeternum.

Flacius, Nr. CXXXV. — 9 Pudice caste. — 15 clarescit more. — Wie bei Flacius oft, so ist auch hier der Text entstellt, was schon die unreinen Reime verraten. — Offenbar Tropus zum V. All.: „Iustus germinabit sicut lilium *et florebit* in aeternum ante Dominum."

502. In unius Confessoris.

1. Homo, mundi paleas
Et opera
Quod vitare debeas,
Considera;

2. Quae facturus subeas
Delibera;
Fraudes sic vipereas
Vi supera,

3. In via ne pereas
Per (haec) prospera.

4. Steriles ficulneas,
Ne cum eis ardeas,
Iam desere.

5. Lignum vitae sequere,
Ut gaudeas de munere
Perennis fructus;

6. Spes vitae *florebit.*

Flacius, Nr. LXV. — Nach 5, 1 folgt bei Flacius 5, 3 und 6, alsdann 5, 2. — Vermutlich Tropus über: „Iustus germinabit sicut lilium et *florebit* in aeternum etc.“ — Die Gliederung in Strophen ist wohl nur zufällig.

503. In unius Confessoris.

1 *Et exalta vi* magna
Cor humilium,
Et sublimium
Verte solium;
5 *Adiutorium*
Tuum *pone super potentem.*
Fidem caritatem spem praebe,
Efferas *electum de plebe,*
Mentem
10 Conteras tumentem.
Tolle nos de stercore,
Consulem fac de rhetore.
Cum Aegyptiis
Ne mergas in aequore,
15 Fixus pes sit anchorae,
Et cum filiis
Israel in littore
Tuos statuas;
Ne destituas
20 Sub Pharaone,
Merso praedone
Iugum exuas,
Libertatis pande ianuas,
Suppone
25 Manum, in agone
Palmam tribuas;
Mundo, carne, daemone
Nos eruas,
Bone
30 Rex, quem *exaltavi.*

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — Am Schlufs folgt noch: „Ex exalta[vi].“ — Sichtlich ist der Tropus über den Versikel: „Posui adiutorium in potente et exaltavi electum de plebe mea.“

504. In unius Confessoris.

[*Posui adiutorium in potente*]

Et exaltavi
Plebis humilem
Venerabilem,
Et superbum inclinavi
Despicabilem.
Fastus mentis germinat
Turpitudinem;
Fastus ventum seminat
Et metit turbinem.
Ergo labiles,
Umbrae similes,
Fragiles
Et vanas
Fugias
Divitias,
Instabiles
Et profanas.
Qui, cum interieris,
Olla cineris
Et cibus vermium,
Vas es sordi(d)um,
Sepulcrum sceleris.
Damna culpae veteris
Si memineris,
Expedit, ut vigiles,
Gazas mundi steriles
Contemnas quaerens fertiles,
Sinceras,
Ineffabiles,
Veras
Interminabiles.
Ne timeas,
Quin gaudeas
In die flebili,
Si pertranseas
Has paleas
Adhaerens humili
Grano, cunctis utili,

Quod *exaltavi* [*electum de plebe mea*].

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Flacius, Nr. XXXIV. B. — 9 Atque metit B. — 19 Eris olla B. — 23 Damnum B. — 34 Inde flebili A. — 37 Adhaereas B. — 39 fehlt B. — Stellung des Liedes in A, Inhalt und Abschluſs sprechen für die vorgelegte Determinierung.

505. In unius Confessoris.

Laetetur
Iustus, glorietur
In Domino,
Vitae termino,
Qui vitam divino
Firmat glutino.
Veneretur
Laus hodierna,
Quo iuvetur
Spes interna,
Cuius vita viae sit lucerna,
Quae noctis a cisterna
Nos transferat ad superna,
Ubi nos serenet lux aeterna.

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Flacius, Nr. CX. B. — 11 vitae viae A. — 13 transfert B — 14 serenat B. — Sichtlich Tropus über den Versus Alleluiaticus: „Laetabitur iustus in Domino et sperabit in eo, et laudabuntur omnes recti corde.“ — Zu „Laetetur“ st. „Laetabitur“ cfr. im Tropus „Ecclesiae vox hodie“ (Nr. 500) den Coniunctiv „germinet“ u. „floreat“ statt: germinabit u. florebit.

506. In unius Virginis.

1. Psallat

2a. Turba devota Christo
melos atque canat dulce
virginis
sacratae celebrans
officium natalis
summi, quo processit;
simul dicat
corde fideli:
O, quam pulchra est,

2b. Quae suis sequacibus
salutem competenter in
excelsis
condonat aeternam
angelorumque dignos
facit consortio,
ubi plaudit
atque resultat
casta generatio.

3. Virginum coruscat chorus
ante Deum semper vocibus
decoris,
nosque rogemus
incessanter, ut pro nostris
intercedat
sedule delictis
cum claritate.

Trop. ms. Nonantulense saec. 11. in. Cod. Roman. Vitt. Eman. 1343 (Sessor. 62). A. — Trop. ms. Nonantulense saec. 11. Cod. Bononien. 2824. B. — Trop. ms. Nonantulense saec. 11. Cod. Roman. Casanaten. 1741 (C IV 2). C. — Trop. ms. s. Benedicti Mantuani saec. 11. Cod. Capit. Veronen. CVII (100). D. — 2b, 4 aeterna BD. — 2b, 1 Quem D. — 2b, 6 consortia BD. — — 2b, 7 plaudat ABC, plaudent D. — 3, 5 incensanter B. — Titel in A: „Prosa de Alleluia O quam pulchra.“

507. In sanctarum Virginum.

1. Quia *concupivit*
Vultus *rex decorem*
Virgineum
Et roseum,
5. Serves eum florem.
Vas exuet
Te luteum
Et induet
Aethereum
10. Te splendorem,
Quia *concupivit rex* [*decorem*].

Cantion. ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. — 2 Vultum. — Wohl sicher Tropus zum Gradnale: „Concupivit rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus Deus tuus.“

B. Tropi ad Alleluia.

Das Alleluia, welches nach dem Versus Alleluiaticus das Graduale abschliefst, klingt in den alten Quellen auf ein mit einem reichen Melisma verziertes **a** aus. Dieses Melisma führt den Namen iubilus, neuma oder sequentia. Dementsprechend ist in manchen Troparien, welche die verschiedenen Melodien des Schlufs-Alleluia zu einer besonderen Gruppe vereinigt bieten, die Überschrift zu finden: „Incipiunt sequentiae", d. h. die Alleluia-Melodien. (Vgl. Anal. Hymn. XLVII, p. 11 sqq.).

1) Diesem Alleluia mit seiner „sequentia" (Melodie) geht ganz vereinzelt ein Tropus voraus als eine Introductio, von denen ich nur ganze 7 Beispiele gefunden habe, vier von ihnen in Reimprosa. Ihre Bezeichnung ist „ad" oder „ante sequentiam", „ad sequentia[m] tropus", „versus ad Prosa". Ich vereinige diese Dichtungen unter der Überschrift **Tropi ante sequentiam**. So gering ihre Anzahl, so gering ist auch ihre Bedeutung.

2) Ganz anderer Art und von hervorragender Wichtigkeit ist die 2. Tropengruppe, welche mit den Sequentiae verbunden ist und deren Eigenart noch am besten zum Ausdruck kommt im Cod. Parisin. Nouv. acq. 495 durch die Bezeichnung: „Sequentia cum prosa", welches wir füglich übertragen durch: „Alleluia-Melodie mit unterlegtem Tropentext". In der bezeichneten Quelle ist von der Melodie als der pars potior die Benennung gewählt; uns ist hier der Tropentext die Hauptsache, weshalb wir passender vom „Tropentext zu Alleluia-Melodien" oder von „**Versus ad sequentias**" reden werden. Nach dem Erwähnten und besonders nach den Bemerkungen im Vorwort zu Band XLVII der Analecta (p. 13) ist die Bedeutung dieser Bezeichnung, die ich der bekannten Präfatio Notkers entnehme, unschwer verständlich. Die fraglichen Tropen sind Texte, welche verschiedentlich dem Melisma (der „sequentia") des **a** von Alleluia unterlegt sind. In des Wortes strengster Bedeutung könnte also von „tropi" hier nicht die Rede sein, weil keine eigentliche Interpolation eines liturgischen Textes stattfindet, es sei denn, dafs man die eingeschobenen Textworte als eine Interpolation der Schlufssilbe des Alleluia, die erst mit dem Ende des Melisma ihren Abschlufs findet, gelten lassen will. Auch bildet das liturgische Alleluia mit seinem Melisma und folglich auch mit den diesem Melisma unterlegten Textworten ein einheitliches textlich erweitertes Ganzes, und kann somit in gewissem Sinne ein tropiertes Alleluia, seine textliche Erweiterung ein Tropus genannt werden.

Diese Tropen nun unter der „sequentia" und überhaupt das Alleluia mit seiner sequentia stehen in innigster Beziehung zu den Sequenzen oder Prosen. Das lehrt schon die Rubrik, welche in verschiedenen Codices dem Alleluia beigefügt ist. So z. B. heifst es im Cod. Parisin. 887: „Incipiunt sequentiae", und es folgen viele Alleluia mit ihrer langen Melodie, neben denen jedesmal am Rande in nachstehender Reihenfolge vermerkt ist:

Precamur. (Anal. Hymn. VII, Nr. 1.)
Salus [aeterna]. (VII, 4).
Veniet. (VII, 2).
Regnantem. (VII, 7).
Qui regis. (VII, 9).
*Ostende.
Celso. (?)
*Dominus regnavit.
Nato canant. (VII, 31).
Celebranda. (VII, 24).
Christi hodierna. (VII, 23).
Vener[anda]. (VII, 36).
Celsa [polorum]. (VII, 199).
Da camena. (VII, 145).
Mira (= Aurea, A rea? VII, 107).
Ecce pulchra. (VII, 116).
Rex magne. (VII, 136).
Epiphan[iam]. (VII, 37).
O beata. (VII, 53).
Claris vocibus. (VII, 104).
Fulgens praeclara. (VII, 44).
Prome casta. (VII, 47).
Dic nobis. (VII, 61).
Stans a longe. (VII, 231).
Creator. (VII, 51).
Sollemne[m]. (VII, 49).
Rex omnipotens. (VII, 72).
Ad te [summe]. (VII, 87).
Cantemus organa. (VII, 84).
Laudiflua. (VII, 76).
Plangam. (?)
Benedicta. (VII, 95).
O alma. (VII, 97).
O alma. (VII, 219).
Sanctus Petrus. (VII, 181).
Laude iucunda. (VII, 183).
Ad te cuncti[potens]. (VII, 187).
Valde [lumen]. (VII, 161).
Concelebre[mus]. (VII, 166).
Alle-sublime. (VII, 162).
Alme Deus. (VII, 164).
Alle-boans. (VII, 204).
Laudum carm[ina]. (VII, 131).
Aureo flor[e]. (VII, 106).
Virgo Dei. (VII, 105).
Salve porta. (VII, 108).
Hac clara. (VII, 101).
Cele alle. (=Alle-caeleste? VII, 98).
Exsultet. VII, 251).
Vexilla. (VII, 211).
Hodierna. (VII, 115).
Exsultet nunc. (VII, 173).
Alma [pangat]. (VII, 172).
Pangat [vox]? (VII, 27?).
Exsultet ele[gantis]. (VII, 225).
Observanda. (VII, 221).
Fest[a]. (VII, 106).
Alma [cohors] (VII, 218).
Sancti spiritus. (Kehrein, 124).

Vorstehende Liste enthält lauter Anfänge von Sequenzen, und die beigefügten Nummern geben an, wo der volle Text zu finden sei; nur 2 Rubriken, nämlich „Ostende“ und „Dominus regnavit“, sind nicht Anfänge, sondern Titel von Sequenzmelodien. Bei zwei weiteren, „Celso“ und „Plangam“, vorausgesetzt, dafs kein Fehler des Kopisten vorliegt, mufste ich ein Fragezeichen beisetzen. — Im Fettdruck sind jene 7 Sequenz-Anfänge vermerkt, die neben einem Alleluia stehen, unter dessen Melodie ein uns hier zunächst interessierender Tropentext unterlegt ist. Dieser Tropentext findet sich in die bezeichneten Sequenzen verwoben. Das gibt zu denken.

Zum Alleluia nämlich neben „Celebranda“ gehört der Tropentext „Ecce puerpera“ (Nr. 515). Dieser aus je 2 Halbstrophen bestehende Tropus, der für sich ein abgeschlossenes Ganzes bildet, ist der 5. und 9. Strophe der Sequenz „Celebranda satis“ (Anal. VII, Nr. 24) eingefügt. Als somit der Codex Parisin. 887 im 11. Jahrhundert geschrieben wurde, und in demselben dem Alleluia-Tropus „Ecce puerpera“ die Rubrik „Celebranda“ beigefügt werden konnte, bestand offenbar bereits letztere Sequenz. Was aber bestand ursprünglich früher: der Tropus oder die Sequenz? Mit anderen Worten: wurde über den ursprünglich vorhandenen Tropus „Ecce pulchra“ später die Sequenz „Celebranda“ aufgebaut, ihn einleitend, erweiternd und abschliefsend; oder wurde der Tropus aus der früher vorhandenen Sequenz herausgeschält. Letzteres ist nicht annehmbar. Es wäre doch ein kaum erklärlicher Zufall, dafs aus der sechszeiligen Str. 5 und 9 und aus deren Gegenstrophe jede 2.—4. Zeile herausnehmbar ist und tatsächlich herausgenommen wurde, und dann für sich losgetrennt ohne jede Textänderung ein völlig im Sinn und im Aufbau selbständiges Lied bilden konnte. Das um so mehr, da diese Erscheinung nicht blofs bei dem einen erwähnten Tropus „Ecce pulchra“, sondern bei etwa 2 Dutzend solcher Tropen zutrifft, und zwar regelmäfsig bei den gleichen Strophen, nämlich

bei der 4. und 9., (resp. der 5. und 8., falls der einleitende Vers fehlt). — Dazu kommt, dafs der genannte Tropus nicht nur aus der Sequenz „Celebranda“, sondern aus mehreren gleich gebauten Sequenzen herausgehoben werden kann, so z. B. aus „Adest una“ (Anal. VII, Nr. 15), „Epithalamia“ (VII, 20), „Pangat vox humana“ (VII, 27), „Salve exsultans“ (VII, 29) etc. Folglich fanden die Verfasser aller dieser Sequenzen den kleinen Tropus „Ecce pulchra“ bereits vor, als sie ihre Sequenz schufen und dem Tropus an fester Stelle einen Platz in derselben anwiesen. Als letzteres geschehen war, konnten die Schreiber der Codd. Parisin. 887, 1084, 1118, 1121 etc., von denen 2 bis ins 10. Jahrhundert zurückführen, den Alleluia-Melodien und ihren Tropen jene Sequenz zuschreiben, zu der sie gehören. Daraus läfst sich das hohe Alter dieser Tropen erraten, und zugleich ist es verständlich, wenn wir vermuten, dafs die „versus ad sequentias“, welche nach Notkers Bericht der Mönch aus Jumièges ihm vorlegte, und durch welche er in so bedeutungsvoller Weise zur Dichtung, genauer zur Erfindung der Sequenzen angeregt wurde (vgl. Anal. Hymn. XLVII, p. 13), wenigstens ähnlich aussahen, wie die uns hier beschäftigenden Tropen. Hier also ist mehr als wahrscheinlich die **Quelle der Sequenzendichtung** zu suchen.

3) Völlig zu trennen von diesen 2 besprochenen Tropengruppen aus dem Gebiete des Alleluia sind jene zahlreichen **Versus super Alleluia**, die entweder den Versus Alleluiaticus vertreten, oder, und das ist die Regel, sich dem letzten Alleluia einfach anschliefsen. Dieselben stammen allen Anzeichen nach aus dem 13. Jahrhundert, und gelangten im 14., besonders aber im 15. Jahrhundert zu aufserordentlicher Blüte. Weil sie keine Tropen, sondern nur jüngere Ausläufer derselben sind, scheide ich sie aus diesem Bande aus und werde später mehrere Hunderte derselben als Appendix der Tropi Antiphonales herausgeben und besprechen.

I. Tropi ante Sequentiam.

508. In Resurrectione Domini.

Christus surrexit a mortuis
Mortis confractis vinculis,
Gaudentes angeli vocem
In altissimis proclamant
Dicentes: *Alleluia.*

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. A. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in Cod. Parisin. 1121. B. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. C. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. D. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. E. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. F. — 1 ex mortuis EF. — 3 voce D. — 4 Proclamant in altissimis D (würde die Assonanz besser wahren). — Titel: „Ante sequentia“ AC; „Ad sequentiam“ DE; „Ad seq.“ B; „Ad sequentia“ F.

509. In Ascensione Domini.

Salvator mundi,
Te ascendente,
Rex adorande
[Et] pastor bone,

Gregem conservare
Digneris, precamur,
Alleluia.

Trop. ms. Martialense anni 988—96. Cod. Parisin. 1118. — Ebendort an anderer Stelle auf Nativitas Domini angewandt mit der Änderung von 1 zu: „Filius Dei“ und von 2 zu: „Te nascente“. — Ganz gleichen Bau hat der Tropus auf Iohannes Baptist „Sancte Iohannes“ (Nr. 511). — Zum Vergleiche füge ich bei ein Beispiel für Weihnachten aus dem Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 484. das um so interessanter ist, als sonst nur französische Quellen uns diese Tropi ante Sequentiam darbieten. Die ersten Zeilen scheinen Reimprosa zu sein mit gleicher Silbenzahl, wie im vorstehenden Tropus; dann aber endet sichtlich alles in reiner Prosa: Laus tibi, Christe, | Quia hodie | Cum magna luce | Descendisti, dicite Domino, eia, Alleluia.

510. In Nativitate Beatae M. V.

O virgo gloriosa,
Tibi sit laus gloria,
Iucunditas sempiterna;
Nos quoque dicamus, eia,
Alleluia.

Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. — „Ad Sequentia“. — Man vgl. hiermit den prosaischen Tropus „ad Sequentiam“ auf Epiphanie im Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121:

O dux magorum, tibi sit laus gloria, iucunditas sempiterna;
nos quoque omnes dicamus, eia, Alleluia.

511. In s. Iohannis Baptistae.

Sancte Iohannes,
Praecursor Christi,
Amicus sponsi,
Una cum sanctis
Dei exorare
Pro nobis non cesses;
Alleluia.

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. — „Ante Sequentiam“.

512. In sancti Martialis.

Regi immortali laudes nunc dicite celsas,
Alleluia canens nostra caterva sonet:
Alleluia.

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240; bis: A^1, A^2. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. B. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120; bis: C^1, C^2. — 1 Sancto Martiali C^1; nunc promite celsas C^1. — In A^2 auf Martinus: in B auf Dedicatio ecclesiae. — „Ante sequentia“ A.

513. In sancti Martialis.

Martialis primus fidei nova nuntia gessit
Finibus occiduis, ideo iubilando canamus:
Alleluia.

Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. A. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. B. — „Item aliud ut supra de Concelebremus“ (das „Alleluia“ gehört nämlich zum Versikel: Concelebremus etc.) A. — „Ad Sequentia tropus.“ B.

514. In sancti Martialis.

Christus apostolico Martialem culmine compsit;
Laudibus angelicis nos inde canamus ovanter:
Alleluia.

Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. A. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. B. — „Versus ad Prosa“ A; „Ad sequentiam“ B.

II. Versus ad Sequentias.

515. In Nativitate Domini.

1. *Alleluia,*

2 a. Ecce, puerpera
genuit Emanuel,
regem in saecula,

2 b. Deum oraculis
prophetarum promissum,
magnum in saecula,

3 a. Nobis det ut omnia,
quae sunt patris et sua,
praemia aeterna.

3 b. Salus et victoria
illi sit et gratia
omnia per saecla.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. D. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 1133. E. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 1134. F. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 1136. G. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. H. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin Nouv. acq. 1871. I. — Trop. ms. Cluniacense saec. 11. Cod. Parisin. 1087. K. — Str. 2b am Rande nachgetragen A. — 2b, 3 in suprema BI (auffallend, dafs die Str. 2a, 2b und 3b mit dem gleichen Worte schliefsen). — 3b, 2 illis I.

Titel: „Celebranda“ BEFGH; „Adest“ AI; „Pangat vox humana“ K; das sind Anfänge jener Sequenzen, worin diese Versus eingefügt sind, nämlich: Celebranda = Anal. Hymn. VII, Nr. 24: Adest una = A. H. VII, 15: Pangat vox humana = VII, 27. Aufserdem sind sie eingefügt in: Epithalamia = VII, 20; Salve exsultans = VII, 29;

Benignissima = XL. 2. Letztere Sequenz ist die einzige nicht französische, nämlich eine italienische.

Das Troparium ms. Gerundense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 495 bietet unter der Überschrift „Sequentia cum Prosa" die Strophen 2a und 3a, und fährt dann fort:

4a. Pastores erant
proximi in pascua

4b. Bethlem in urbe
noctis sub silentio.

5a. Claritas Dei
cinxit illos fulgida;

5b. Angelus inquit:
Nolite metuere.

6. Gloria regi nato,
laus et potestas
per cuncta saecula.

516. In Resurrectione Domini.

1. Alleluia,

2a. Rex in aeternum,
suscipe benignus
praeconia nostra.

2b. Victor ubique
morte superata
atque triumphata,

3a. Ortus de tribu Iuda
leo potens,
surrexisti in gloria,

3b. Regna petens supera,
iustis reddens
praemia in saecula.

4a. Ergo, pie rex Christe,
nobis dans peccamina,

4b. Fac tecum resurgere
ad beatam gloriam.

Die gleichen Quellen, wie bei der vorhergehenden Nummer 515, ausgenommen DGK. Statt der letzteren: Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. L. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473; bis: M^1, M^2. — Trop. ms. Vedastinum saec. 11. Cod. Cameracen. 76 (75). N. — 2a, 2 tribue (st. suscipe) M^1. — 3a, 3 surrexisti Korrektur aus surrexit H. — 3b, 1 petens sidera E. — 4a, 2 pecamina H.

Titel: „Fulgens praeclara". — In M^2 die Überschrift:

Egregium Domini resonat laus ista triumphum
Paschali festo canenda.

Eingefügt sind die Versus in die Sequenz Fulgens praeclara = Anal. Hymn. VII, Nr. 44 (dementsprechend der Titel); ferner in die Sequenzen: Rutilat per orbem = VII, 56; und Magne et pie = VII, 89.

517. In Resurrectione Domini.

1. *Alleluia*,

2a. Gloria, victoria,

2b. Salus et in saecula

3a. Christo sit per omnia,

3b. Qui calcata infera

4a. Resurgens in gloria

4b. Rex erit per saecula.

Trop. ms. Martialense anni 988—96. Cod. Parisin. 1118. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. B. — 4b erit in saecula B. — Titel in B: „Item alia Virgo Israel"; in der Sequenz „Virgo Israel"

(Anal. Hymn. VII, Nr. 102) kommen aber diese Versus nicht vor. — Man vgl. den Tropus gleichen Anfanges auf Dedicatio ecclesiae (Nr. 520). — Mit vorstehendem Tropus ist in beiden Quellen jener auf den hl. Johannes „Per sacra perennia“ (Nr. 523) so verquickt, dafs nach jedem Verse je ein Vers vom letzterem Tropus folgt.

518. In Pentecoste.

1. *Alleluia*,

2 a. Spiritus almus invisere dignetur corda nostra;
2 b. Noxia quaeque pellat, profutura concedat.
3 a. Mereamur doxa largiente praemia,
3 b. Caelica gaudia fruamur per saecula.

Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. A. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 1133. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 1134. D. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 1136. E. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. F. — 2a, 2 visere D; auch die Melodie hat 2 Noten Überschufs im Vergleich zum Parallelgliede „pellat“ (2b, 2). — 3a, 2 largiente pneuma F. — 3b, 1 Caelicis gaudiis F. — 3b, 2 saecla CEF. — Titel: „Ad te summe“ CEF; „Salve regnans“ D. — Eingefügt sind vorstehende Versus in die Sequenz Ad te summe = Anal. Hymn. VII, Nr. 87, und in Adest sancta dies = VII, Nr. 88. — „Salve regnans“, wie D es angibt, ist mir weder als Anfang noch als Titel einer Sequenz bekannt; eine Sequenz dieses Anfangs dürfte also wohl verloren gagangen sein.

519. In Dedicatione Ecclesiae.

1. *Alleluia*,

2 a. Suscipe laus angelorum, laudum carmina laeta,
2 b. Prece, voto supplici nostra quae mittit caterva;
3 a. Te collaudans adorat, sancte rex, in hac aula;
3 b. Et dona per saecula sancta tabernacula.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 1133. D. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 1134. E. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 1136. F. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. G. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. H. — Trop. ms. Cluniacense saec. 11. Cod. Parisin. 1087. I. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. K. — 2a, 3 devota (st. laeta) G; laeta poscimus D. — 3a, 1 collaudant adorant K.

Titel: „Observanda“ EGI; „Laetetur“ ADFH; „Adorabo maior“ K. — Eingefügt sind diese Versus in die Sequenzen: Observanda abunde = Anal. Hymn. VII, Nr. 221; Laetetur et concrepet = VII, 224; Rex caelice = IX, 396; Angelicae turmae = XL, 44 (aus dem Tropar von Winchester); Pretiosa dies = XLII, 34. — Melodie-Titel aller dieser Sequenzen ist „Adorabo maior“.

520. In Dedicatione Ecclesiae.

1. *Alleluia*,

2 a. Gloria, victoria — 2 b. Christo sit per omnia,
3 a. Salus et in saecula, — 3 b. Qui dedicata delubra
4 a. Conservet per tempora; — 4 b. Rex erit per saecula.

Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. A. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. B. — Titel in B: „Exsultet ele[gantis]", das ist der Anfang der Sequenz Anal. Hymn. VII, Nr. 225, worin vorstehende Versus eingefügt sind. — Man vgl. Nr. 517.

521. Die Dominica.

1. *Alleluia*;

2 a. Alma, sancta, voce canora, — 2 b. Pater, in aula laudes aeterna
3 a. Plebs tibi dicat, qui regis saecla — 3 b. Et mare et arva et cuncta sata;
4 a. Quae soluta rutilat redimita — 4 b. Luce clara, quae cuncta est per saecla.

Collect. ms. Emmeramense saec. 9. Clm. Monacen. 14843. A. — Trop. ms. Placentinum saec. 11/12. Cod. Capit. Placentin. 65. B. — 3 a, 1 Laus tibi A. — 4 a, 3 nativitate (st. redimita!) A. — 4 b, 2 sq. „per" vor „cuncta" AB. — 4 b, 3 saecula B. — Es ist zweifelhaft, ob Vorstehendes ein Tropus ad sequentiam ist. Er wäre der einzige aus einer deutschen Quelle. — Anderseits sprechen der ganze Aufbau und der Stil für die bezeichnete Dichtungsart; die Melodie indessen zeigt keinen Parallelismus. Nach den Initialen zu schliefsen bilden 3 b, 1—4 a, 2 und 4 a, 3—4 b, 3 je eine Strophe. Eine Sequenz, worin diese Versus verwoben wären, ist mir nicht bekannt.

522. In sancti Benedicti.

1. *Alleluia*,

2 a. Tu, Benedicte, legislator alme, vota vide nostra; — 2 b. Exora Iesum pro nobis, spes una monachorum magna.
3 a. Eos semper illustra, quos sanctae vitae placida formas regula; — 3 b. Tuo vehantur nostra, pater, ductu iam carmina ad siderea.
4 a. Mira sanctorum gemma, in caelo nosmet subleva; — 4 b. Rege nos, Benedicte, caelorum regis conviva.

Trop. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449. — Diesen Tropus kenne ich nur als verwoben in die Sequenz „Organa plebs pia" (Anal. Hymn. XLIV, Nr. 81).

523. In s. Iohannis Baptistae.

1. *Alleluia*,

2 a. Per sacra perennia — 2 b. Innoventur organa

3 a. Ad Iohannis annua — 3 b. Persolvendo munia,

4 a. Qui prostrata lubrica — 4 b. Rutilat in gloria.

Trop. ms. Martialense anni 988—96. Cod. Parisin. 1118. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. B. — 2 a sacra praemia AB. — 2 Innovantur B. — Vgl. Nr. 517. nebst der dort beigefügten Note.

524. In s. Iohannis Baptistae.

1. *Alleluia*,

2 a. Nam Zachariam
senio labentem
caelestis adfatur:

2 b. Est exaudita,
gravida manebit
Elisabeth uxor.

3 a. Gemma sanctorum clara,
paradisi diadema,
mundi stella,

3 b. Sublimatus exsultas
inter choros angelorum
cernens alta.

4 a. Rex regum, Deus, semper
tibi summa potestas;

4 b. Iam nostra clemens vota
fac tibi dignissima.

Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 1133. A. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 1134. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 1136. C. — Trop. ms. Cluniacense saec. 11. Cod. Parisin. 1087. D. — 3 b, 1 exsultat D. — 3 b, 3 altam ACD. — Titel: „Gaude caterva“ = Anfang der Sequenz Anal. Hymn. VII. Nr. 147, worin diese Versus eingefügt sind. — Vgl. die Versus „Rex in aeternum“ (Nr. 516), welche gleiche Melodie haben.

525. In sancti Martialis.

1. *Alleluia*,

2 a. Iesu redemptor,
clemens suscipe, sancte,
cantica nostra.

2 b. Qui te secutus
est, aetatis tria cum
volveret lustra,

3 a. Lemovicis firmasti,
bone pastor,
Martialem pontificem,

3 b. Fundans ecclesiam
[et] confirmans
eam supra firmam petram.

4 a. Oramus, o pater,
suscipe
nostra carmina,

4 b. Iungens uranicis
civibus
in aeterna gloria.

Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 1133. — Ist dort, scheinbar von gleicher Hand und nur in kleinerer Schrift, eingetragen über den Text von „Rex in aeternum“ (Nr. 516), mit dem es gleiche Melodie hat, ohne jedoch die gleichen Cäsuren zu wahren. — Verwoben sind die Versus in die Sequenz „Psallat iucunda“ (Anal. Hymn. VII, Nr. 165).

526. In sancti Martialis.

1. *Alleluia*;

2 a. Te, Christe rex, laudant
agmina laeta
in hac sancta aula,

2 b. Regnans sempiterna
in gloria
potentia cum summa.

3 a. In carne apparens in Iudaea,
rex, praedicasti
ipsa praesentia tua,

3 b. Clara victoria iam completa
laetificasti
discipulorum tuorum corda.

4 a. Lux apostolorum,
pax vera, da
nobis indulgentiam,

4 b. Concede temporum
pacem, praesta
aeternam patriam.

Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. — Verwoben sind diese Versus in die Sequenz „Apostolorum gloriosa“ (Anal. Hymn. VII, Nr. 169).

527. In sancti Martini.

1. *Alleluia*;

2 a. Sidus aureum,
gemma sacerdotum
et lux saeculorum,

2 b. Vernans in aula
caeli simul omnis
adplaudit chorea,

3 a. Ubi prophetis compar,
pater sancte,
tripudias cum gloria.

3 b. Voces inde nunc nostras,
flagitamus,
exaudi humillimas,

4 a. Quo tua prece sancta
conscendentes supera

4 b. Laetemur exornati
immarcescenti laurea.

Miss. ms. Eduense saec. 14. Cod. Semin. Eduen. 121. — Weitere Quellen s. Anal. Hymn. XXXIX, Nr. 260, bei der Sequenz „Laude praecelsa“. Nur als in diese Sequenz verwoben ist mir vorstehende Dichtung bekannt. Melodie: „Fulgens praeclara“, daher gleich gebaut wie „Rex in aeternum“ (Nr. 516).

528. In sancti Pontii.

1. *Alleluia*;

2 a. Carmina laudum
suscipe redemptor,
ab arce superna;

2 b. Annua sancta
martyris nam festa
Pontii laeta.

3 a. Ortus in Romulea
urbe fulsit splendida
ut lucerna,

3 b. Urbs vertebat orbitam
Roma cum millesimam
monarchiam.

4 a. Tormentorum genera
superata omnia

4 b. Regnat triumphalia
redimitus trabea.

Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. — 1a, 2 redempta. — 1b, 1 sancti. — 2b, 1 orbita. — 3b, 1 Regna triumphali. — Die Korrekturen sind der Sequenz „Celsa personet melos“ (Anal. VII, Nr. 189) entnommen, die dort aus drei anderen Quellen mitgeteilt ist, und in welche vorstehender Tropus als Teil der Strophen 5, 9 und 13 verwoben erscheint. — Dieser in Bd. IX der von Ul. Chevalier publizierten Bibl. liturgique mitgeteilte Tropus figuriert im Repert. Hymnol. des gleichen Chevalier unter Nr. 24278 als „Prosa“ auf „Pascha [s. Laurentius].“ — Zu Str. 1a vgl. Suscipe, laus angelorum, laudum carmina laeta. — Der Bau ist gleich jener von „Rex in aeternum“ (Nr. 516).

529. In sancti Stephani.

1. *Alleluia*;

2a. Via, lux, veritas
paxque tuorum
omnia per tempora,

2b. Preces et munera
hac domo sacra
suscipe per saecula,

3a. Et piis precibus almi
Stephani martyris
relaxa peccamina,

3b. Regna concede beata
sanctorum in gloria
et sancta tabernacula.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 1133. D. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 1134. E. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. F. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. add. saec. 11/12. G. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. H. — 2a, 3 omnium F. — 2b, 2 a domo A. — 3a, 2 omnibus Swithuni H. — 3a, 3 relaxans AG. — 3b, 3 et fehlt G.

Titel: „Celsa polorum“ = Anfang der Stephanussequenz Anal. Hymn. VII, Nr. 199. — Ferner sind vorstehende Versus verwoben in die Sequenzen: Regis celsa = VII, 198 (Stephanus); Plebs redempta = VII, 149 (Decollatio Iohannis Bapt.): Nobis annua = VII, 202 (Inventio Stephani); Laude celebret = XL, 205 (Ethelwoldus).

Man vgl. des weiteren die Sequenzen: Praecentorum = VII, 194; Laus angelica = XLII, 170; Psalle iam turba = XLII, 313. Dieselben haben gleiche Melodie wie die eben erwähnten Sequenzen, aber in den Strophen 5 und 9, wo gewöhnlich die „Versus ad sequentias“ eingefügt sind, einen derartigen Text, dafs derselbe herausgelöst keinen vollständig abgeschlossenen Sinn ergibt. Die Anfänge dieser Texte lauten: „Suscitat proelia“; „Audiat pietas“; „Audi iam petimus“.

530. In sancti Stephani.

1. *Alleluia*,

2a. Adest dies sacra
et valde praeclara
Stephani martyris
sancta atque veneranda,

2b. Qua coronatus
scandit ad aethera,
Poli tenet sceptra
glorificatus aeterna.

Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. — Sichtlich ein neuer Tropus zur neuen Messe auf St. Martial.

585. In sancti Martini.

1. Celse Deus, precibus Martini plebibus assis,
   Eia, *posuisti, Domine, in capite eius coronam de lapide pretioso,*
2. Munere namque tuo Martinum magnificasti,
   magna est gloria eius in salutari tuo.

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. B. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. D. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. E. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. F. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. G. — Trop. ms. S. Aredii Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 903. H. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. I. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. K.

1 precibus Stephani A. — 1, 2 Quia (st. Eia) B—K. — 2 fehlt A. — Als 3. Vers in Prosa fügen DEK noch bei: „Tu, Deus magne, tribuisti ei vitam: canite, eia: Vitam petiit a te et tribuisti ei." — Vgl. übrigens den Tropus „Gloriosus es Deus" auf s. Benedictus (Nr. 571).

Unter Umstellung der beiden Hexameter, nämlich mit „Munere, Christe, tuo" beginnend, benützen diesen Tropus als de Communi Confessoris folgende Tropare: Trop. ms. Moguntinum anni 955—62. Cod. Londinen. Add. 19768. L. — Trop. ms. Augiense saec. 10. Cod. Bambergen. Ed. V 9. M. — Trop. ms. Aeduense saec. 10/11. Cod. Parisin. Arsen. 1169. N. — Trop. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449. O. — L wendet den Tropus an auf Albanus, M auf Benedictus, N auf Vincentius, O auf Stephanus.

586. In sancti Michaelis.

1. Gratificum foret ut munus votumque piorum,
Stetit angelus iuxta aram templi etc.
2. Emundes mentem, purges sic denique linguam;
in conspectu angelorum psallam tibi etc.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Vedastinum saec. 11. Cod. Cameracen. 76 (75). C. — 2 fehlt C.

587. In sancti Petri.

1 a. O pastor egregie,
nostrorum vincula solve,

1 b. Dignatus quia Christus
de te est dicere ita:
Tu es Petrus

2. Firmiter in me fundatus, qui sum firma petra,
et super hanc petram aedificabo
3. Immaculatam, almam *ecclesiam meam,*

4 a. Ab Averni
latrina

4 b. Ne patietur
ruina,
et portae inferi non praevalebunt adversus eam, et

5 a. Cunctis ut
aperias credentibus
ianuam pietatis,
tibi dabo claves,

5 b. Ut grege
commisso [eum per]ducas
ad amoena virentia
regni caelorum.

6 a. Remuneret
nostram laudem,
qui hanc tibi reddidit vicem:
Beatus es, Simon Bariona,
quia caro et sanguis non
revelavit tibi,

6 b. Ut me Christum
assereres
filium esse Dei vivi;
sed pater meus
te caelestis docuit.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. B. — Trop. ms. S. Martini(?) Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. C. — 4b, 1 Non A. — 6b, 2 asseres A.

588. In sancti Petri.

1. *Beatus es, Simon Bar Iona,*
quia caro et sanguis non revelavit

2 a. *Tibi*, solidati
petrae fundamenti
constanti,

2 b. Imbrium nulla vi
perpetim ruenti
nocui,

3 a. Caelesti dono tuti — 3 b. Charismatum, sacrati

4. Fulgore sacro pectoris tui;
sed pater meus te *caelestis* docuit, Deus,

5 a. Qui est persistens lux indeficienter, — 5 b. A quo bona sunt omnia quique vigent

6 a. Caelitus collaudantes — 6 b. Atque benedicentes;

7 a. Qui gubernat mare, tellurem, altim residens in caelesti virtute fulgente. — 7 b. Ante Deum, Petre beate, intercessor exsiste plebi commoda devote

8. Poscens cuncta.

Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 1138. A. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. B. — Von 1 ist in A nur „Beatus“, in B „Beatus es“ aufgeschrieben; der volle liturgische Text ist aber notwendig, damit der Tropus einen Sinn ergibt. — 2 a, 1 soli dati B. — 2 a 3 quonstranti A. — 2 b, 2 perpeti B. — 2 b, 3 nocuit AB, zerstört jeden Sinn; zu nocuus = noxius, obnoxius („einem Schaden ausgesetzt“) vgl. Forcellini. — 5 b, 2 queque AB. — 7 a, 4 fulgentis AB. — 7 b, 4 comoda A. — Überschrift in A: „Ad Versiculum“, in B: „Ad Off[erendam] prosa“. — Gautier (l. c. p. 161) gibt den Text von B, stellt an den Anfang „Beatus es“ ohne jeden Zusatz, transkribiert „petre“ (2 a, 2) durch „Petre“, und so erhalten wir im Repert. Hymnol. Chevaliers (Nr. 20475) den sinnlosen Tropenanfang: „Tibi soli tabi, Petre, fundamenti etc.“ — Die Kollation von A besorgte mir in gewohnter Güte H. Omont.

589. In ss. Petri et Pauli.

1. Successit patribus natorum sancta propago:
Constitues eos principes super omnem terram.
2. Pastores populi, pascant quem pane perenni;
memores erunt nominis tui, Domine.
3. Quod timeant, quod ament, doceant quod semper amandum
in omni generatione et progenie.
4. Principium ex me principio, de lumine lumen,
Eructavit cor meum verbum bonum; dico ego: opera mea regi,
5. Per quem velle meum norunt pia corda meorum;
lingua mea calamus scribae velociter scribentis.
6. Ut cunctis per me veniat benedictio iustis;
propterea benedixit te Deus in aeternum.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. ex. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop ms. Glastoniense (? Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. C. — Trop. ms. Vedastinum saec. 11. Cod.

Cameracen. 76 (75). D. — Trop. ms. Heidenhemense saec. 11. Cod. Oxonien. Seld. supra 27. E. — 2 paschant B. — Vers 4—6 fehlen ADE. — 6 per te C.

590. In sancti Pauli.

1. Quos virtute tui, rex caeli, condecorasti,
   Eia, *Mihi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus,*
2. Et, quia te solum coluerunt mente fideli,
   nimis confortatus est principatus eorum.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B.

591. In ss. Philippi et Iacobi.

1. Christe, fave nobis, cuius confessio caelis
   Iugiter insistit David dicente propheta:
   Confitebuntur caeli mirabilia tua, Domine, etc.
2. Nosse patrem nimium cupiens os lampadis inquit:
   Fac nos scire patrem, dominator. At ille respondit:
   Tanto tempore vobiscum sum; et non cognovistis me?

Trop. ms. Augiense saec. 10. Cod. Bambergen. Ed V 9.

592. In sancti Stephani.

1. Agmine credentium ex omni duce flamine sancto
   Elegerunt apostoli Stephanum levitam
2. Ter geminosque simul socios, quibus hunc fore primum,
   plenum fide et spiritu sancto,
3. Constituere dapes mentis dare corporis escas;
   quem lapidaverunt Iudaei orantem et dicentem:
   Domine Iesu, accipe spiritum meum.
4. Saxorum magno premerent dum pondere sanctum,
   viderunt faciem eius tamquam faciem angeli Dei;
5. Inter congeriem lapidum venerandus Iesum
   positis autem genibus orabat: Domine, ne statuas illis hoc peccatum.

Trop. ms. Moguntinum(?) anni 955—62. Cod. Londinen. Add. 19768. A. — Trop. ms. Augiense saec. 10. Cod. Bambergen. Ed V 9. B. — Trop. ms. Glastoniense (? Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A. XIV. C. — 1 credendum C. — 2 simul fehlt, ebenso hunc fore primum C. — Vor 4 in C: Exemplo Domini patientis et in cruce fixi. — 5 fehlt C. Auch der Offertorium-Text ist in C anders und unrichtig verteilt. (Vgl. Frere, The Winchester Troper, 102 § IV u. § V.) —

593. In sancti Swithuni.

1. Hos inter, mea quos fecit mihi gratia caros,
   Inveni David, servum meum,
2. Egregium virtute virum, pietate modestum;
   oleo sancto meo unxi eum,
3. Vinceret invictus saevos ut belliger hostes;
   manus enim mea auxiliabitur ei etc.
4. O Dee virtutum, cui velle subest, cui posse,
   Potens es, Domine, et veritas tua in circuitu tuo etc.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775; bis: In Depositione A; Translatione B. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. C. — Vers 4 fehlt A.

594. De Communi Apostolorum.

1. Inspirante sacro flatu cor(da) discipulorum
   In omnem terram exivit sonus eorum,
2. Hi sanctis precibus dissolvunt vincla reorum,
   et in fines orbis terrae verba eorum.
3. Humano generi fundentes semina verbi
   Caeli enarrant gloriam Dei etc.

Trop. ms. Wintoniense saec. 11. ex. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 475. A. — Trop. ms. Glastoniense (? Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A. XIV. B. — 2 In (statt Hi) B. — 3 fundente B; verba A.

595. De uno Martyre.

Tempore paschali.

1. Firmati vero, vegetati flamine sancto
   Confitebuntur caeli mirabilia tua, Domine,
2. Qui satis ostendunt, quod sis mirabilis ipse,
   et veritatem tuam in ecclesia sanctorum.
3. Hanc tibi quo pulchram recinant per saecula laudem,
   Alleluia, Alleluia.
4. Mirificas et laudandas nimiumque stupendas
   Misericordias Domini cantabo:
5. Hoc resonent omnes, iubilent psallantque fideles,
   Quoniam etc.

Trop. ms. Glastoniense (? Cantuariense) saec. 11. ex. et 12. Cod. Londinen. Calig. A XIV. — 3 laudum. — 5 iubilant.

596. De Communi Virginum.

1. Corporibus te delectant, rex Christe, pudicis
   Filiae regum in honore tuo,
2. Iuncta choris quibus haec felix laetatur honestis;
   astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato etc.
3. Quod mecum mansit, manet et per saecla manebit,
   Eructavit cor meum verbum bonum etc.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Glastoniense (? Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. B. — 1 ut delectat B.

C. Tropi ad extremum Versum Offertorii.

597. Dominica I. Adventus.

1. *Invocavi*

2 a. *Te*, altissime,
venturum quem
longe cecinere prophetae.

2 b. Gloria, laus et
honor, Christe,
sic dicitur tibi, rex pie.

3 a. Qui venis salvare me
ad te vera fide.

3 b. Ipse blande suscepi te
devote te volente.

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. A. — Trop. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1235. B. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. C. — 2a, 2 que (st. quem) AC. — 2a, 3 cecinere devote (st. prophetae) BC. — 2b, 1 sq. et honor laus A. — 3a, 1 veni C. — 3a, 2 et (st. ad) te B, et tu vera fides C. — 3b, 1 suscepit et B, In te blande suscipe et C. — Alle Strophen und Verse schliefsen hier wie bei Nr. 598 auf **e**, entsprechend dem „Invocavi **te**". — Titel in B: „Prosa"; in A als erste Nummer in der „Congregatio prosarum". — Der tropierte 2. Versikel des Offertorium lautet: Respice in me et miserere mei, Domine: custodi animam meam et eripe me; non confundar, quoniam *invocavi te*.

598. Dominica I. Adventus.

1. *Invocavi*

2 a. *Te*, exaudi me,
aeterne rex;
te redemptorem iam venisse

2 b. Conclamat plebs,
sexus uterque,
te laudibus prosequens pie.

3 a. In via ramos, vestes
sternit laeto corde,

3 b. Hosanna cantat tibique,
Domine rexque celse.

Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. — 3a, 1 veste. — 3a, 2 lectos (st. laeto). — 3b, 1 tibique cantant. — Man vgl. Repert. Hymnol. Chevaliers Nr. 28320.

599. Dominica I. Adventus.

1. *Invocavi*

2 a. *Te*, redemptor, rex,
salvator, pax,
lux pacifica, spes aeterna.

2 b. Adiuva me, rex
omnipotens,
exaudi me, salus, te precor.

3 a. Verus qui es adiutor,
pater, trine Deus,

3 b. Cuncta mea crimina et
delicta tu relaxa.

Trop. ms. Heidenhemense saec. 11. Cod. Oxonien. Seld. supra 27. — Am Schlufs folgt nochmals: „Invocavi te“: eingeleitet wird der Tropus mit „Verba“.

600. Dominica I. Adventus.

1. *Invocavi*

2 a. *Te*, exaudi
me, misericors
atque piissime Domine,

2 b. Et dimitte
mihi omnia,
quaecunque gessi facinora,

3 a. Et fac me digna tibi
posthac semper sequi

3 b. Et pie vivendo adventum
tuum exspectare.

Trop. ms. Prumiense saec. 10/11. Cod. Parisin. 9448. A. — Trop. ms. Emmeramense anni 933—36. Clm. Monacen. 14322. B. — 2b, 3 facinora gessi B. — Vor 1 als Überschrift in B: „Invocavi te“ mit langem Melisma über te.

601. Dominica II. Adventus.

1 a. *De caelo* plebem
hanc miserare,

1 b. Qui es et clemens
et omnipotens,

2 a. Iuste videns
iuste atque regens,
et qui es cuncta

2 b. Iuste caelo
terraque disponens,
quia iustitia

3. *De caelo prospexit.*

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. add. saec. 10. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin 1118. B. — Trop. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1235. C. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. D. — 2a, 3 qui es fehlt ABCD. — Der tropierte 2. Versus des Offertorium lautet: Misericordia et veritas obviaverunt sibi, veritas de terra orta est, et iustitia *de cae-lo prospexit.*

602. Dominica II. Adventus.

1 a. *De*center atque
mirabiliter

1 b. In throno pollens
rex feliciter

2 a. Prolem novum
e caelo direxit,
condonans nobis

2 b. Paradisi
stolam primam, verax
et iustus nobis

3. *De caelo prospexit.*

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240.

603. Dominica II. Adventus.

1 a. *De caelo* Deus
humana petens,

1 b. Salus aeterna
salutem dare

2 a. Adveniens,
pater, dominator
percussit hostem

2 b. Deitatis
iure utens atque
potenter nos

3. *De caelo prospexit.*

Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. A. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. B. — Trop. ms. Heidenhemense saec. 11. Cod. Oxonien. Seld. supra 27. C. — 2 a, 2 modo (st. pater) B. — 2 a, 3 ut pellat hostem B. — Str. 2 b lautet in B: Suae deitatis procul, ad quem clamantes vox de caelo prospexit! — 2 b, 1 sq. Iure deitatis C. — Der Tropus ist eingeleitet in C mit der Bezeichnung „Verba“ (cfr. Verbeta); Titel in A: „Tropus“.

604. Dominica II. Adventus.

1 a. Ex te, Domine,
verbum exiit,

1 b. Corpus assumpsit;
virgo peperit.

2 a. Nos redemit,
regnum suum nobis,
gaudete, dedit.

2 b. Laudes sibi
ferte cuncti, qui nos
ubique intuens

3. *Prospexit de caelo.*

Trop. ms. Emmeramense anni 1024—36. Clm. Monacen. 14322. — Überschrift in Capitalen: „De caelo“.

605. Dominica III. Adventus.

Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam et salutare tuum

1 *Da nobis* potenti
In caelis et terris
Imperanti
Virtute tui,
5 Quod olim nostris
Refulsit in tenebris.

Trop. ms. Martialense anni 933–36. Cod. Parisin. 1240. A. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. B. — Trop. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1235. C. — 1 potentis C. — 5 olim nobis B — 6 Refulxit in tenebris taetris C. — Stets Reim auf i, entsprechend dem „da nobis“. Ohne den vorhergehenden liturgischen Text des 2. Versus zum Offertorium bleibt der Tropus ohne Objekt; das Melisma ist auf der Silbe „-bis“ (von nobis).

606. Dominica III. Adventus.

Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam et salutare tuum

1 *Da nobis* famulis,
Rogo, Christe, tuis
Gloriosi
Praemio regni,
5 Quod promisisti
Sanctis tuis cunctis.

Trop. ms. Heidenheimense saec. 11. Cod. Oxonien. Seld. supra 27. — 3 Glorioso. — 5 Quem. — Bau wie bei Nr. 604.

607. Dominica III. Adventus.

1 *Da nobis* famulis
Te nosse, te sequi
Puro corde,
Quo possimus
5 Tuum exspectare
Salvatorem laeti.

Trop. ms. Emmeramense anni 1024—36. Clm. Monacen. 14322. — 6 laetabundi. — Der Reim auf **i** ist hier nicht mehr rein durchgeführt.

608. Dominica III. Adventus.

1 *In plebem* electam suscipe
Redemptos sanguine,
Auctor noster, rex gloriae,
Fortique potentia rege;
5 Quosque vinctos in carcere
Solvisti compede,
Irradia tuo pie
Nunc lumine.

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. add. saec. 10. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1235. C. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. D. — 2 Redempta AB. — 3 Actor B. — Stets Reim auf **e**, entsprechend dem „plebem“. — Titel in B: „Item tropus“.

609. Dominica IV. Adventus.

1 *C*oncrepare opimo
Studeto
Cantu Domino, hymno
Simul et Mariae, supero

Ab aethere quae viso
Archangelo
Et audito divino
Alloquio
Attonita protinus respondit illi: *Quomodo fiet illud* etc.

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. add. saec. 10. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. S. Aredii Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 903. C. — Trop. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1235. D. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. E. — 1 oppido (st. opimo) C, obtimo E. — 3 Cantus A; hymnos AD. — 5 fehlt C; quo viso E. — 8 Eloquio C. — 9 responde mihi D. — Stets Reim auf **o**, entsprechend dem „Qu**o**-modo". — Titel in C: „Prosella"; in B: „Alius tropus". — Dieser Tropus ist nicht über das Schlufswort des Offertorium-Versikels aufgebaut, sondern über das Anfangswort; er findet sich aber in A unter der Gruppe der hier vorgelegten Tropen, weshalb ich ihn an dieser Stelle belasse. — Der 1. Versus des Offertorium lautet: *Quo modo* in me fiet hoc, quae virum non cognosco; spiritus Domini superveniet in te, et virtus altissimi obumbrabit tibi.

610. Dominica IV. Adventus.

Nitet Maria virgo,
Quae salutata ab angelo,
Concipiens decus patris utero
Regem regum protulit hoc in aevo;
De quo laetificata dixit angelo:
Quomodo etc.

Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. — Wiederum Reim auf **o**; vgl. Nr. 609.

611. Dominica IV. Adventus.

Quomodo fiet id,
o virgo virginum,
Ut parias
sine viro virum?
Castitatis pollens pudore
Cum matris honore,
Dum tumescis,
Notam nescis
Criminum.
O flos virginum,
Per cuius puerperium
Homini gratia
Inundat,
Et redundat
Deo gloria.

Trop. ms. Diessense saec. 14. Clm. Monacen. 5539. — „Alius tropus".

612. In Vigilia Nativitatis D.

1. *Praeparavit*

2 a. Aeternus et clemens
creaturae
opifex
orbem terrae,

2 b. Mundum tenerent
cum tenebrae
et aquae
indiscretae;

3 a. Adveniens districte quem
iudicare

3 b. Pie dignetur et benigne
liberare

4. *Eum.*

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. add. saec. 10. A. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. B. — Trop. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1235. C. — 2a, 1 ac clemens B. — Alle Strophen und Verse reimen auf **e**, entsprechend dem „Praeparavit e-um"; auch beginnt die Tropierung mit „E-ternus". — In der Hs. hat nur 3a eine Initiale; sonst ist alles fortlaufend ohne jede Abteilung geschrieben. Der Tropus Nr. 613 über das gleiche Thema aus Clm. Monacen. 14322 gibt durch die dort eingetragenen Initialen eine feste Grundlage für die Abteilung; dazu kommt der Reim. — Der Text des 2. Versus zum Offertorium lautet: Ipse super maria fundavit eum et super flumina *praeparavit e-um.*

613. In Vigilia Nativitatis D.

1. *Praeparavit*

2 a. Ipse qui polum
atque pontum
terramque
fundaverat,

2 b. Quique omnia,
quae in eis
nascuntur,
nutrierat,

3 a. Omnipotens, exaudi
pius famulos tuos,

3 b. Qui vivis et regnas in
aeternum et in aev*um.*

Trop. ms. Emmeramense anni 1024—36. Clm. Monacen. 14322. — 3b, 1 vivis et fehlt. — Überschrift: „Praeparavit e-um". — 2a, 4 und 2b, 4 sind in der Hs. in Capitalen geschrieben; Initialen und Zeilenbrechung bezeichnen ebendort den Anfang der Strophen und Gegenstrophen.

614. In Vigilia Nativitatis D.

1. *Praeparavit*

2 a. Haec conditor solis
atque lunae
ad redi-
mendas gentes

2 b. Pugnatoremque
debellaret
ac sibi
substerneret

3 a. Et locaret redemptos
polorum in arce

3 b. Vitamque praestaret
[omnibus] in aev*um.*

Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. — 3a, 1 redemptor.

615. In Nativitate Domini.

In primo Gallicinio.

1. Laetemur gaudiis,
Quos redemit verbum patris

2 a. A reatus laqueo
primi parentis,

2 b. Dei iussa spernentis
artem per hostis.

3 a. Heu, quando paradisum
deserens
Exsul venit
in exitiales
mundi istius
labores!

3 b. Posthuma hinc proles omnis
rueret,
Nisi hanc in
carne Christus natus
levaret,

4. Et prima corona vestiret
Atque rursus in caelo collocaret.

Trop. ms Augiense saec. 10. Cod. Bambergen. Ed V 9. add. saec. 10. ex. A. — Trop. ms. Sangallense saec. 11. in. Cod. Sangallen. 381. B. — Trop. ms. Eremitense saec. 11. Cod. Eremiten. 121. C. — Trop. ms. Prumiense saec. 10/11. Cod. Parisin. 4948. D. — Trop. ms. Emmeramense anni 1024—36. Clm. Monacen. 14322. E. — Trop. ms. Emmeramense anni 1106—1125. Clm. Monacen. 14845. F. — Trop. ms. Ottoburanum saec. 12. in. Clm. Monacen. 27130. G. — Trop. ms. Mosacense saec. 13. Cod. Oxonien. Misc. lit. 340. H. — Miss. Laudunense imp. Parisiis 1491. I. — Miss. Xantonense imp. Parisiis 1491. K. — Miss. Aurelianense imp. Parisiis [1519]. L.

2a, 1 reatu EH: laquei E. — 2b, 1 Ei E. — 3a, 4 exitialem EFL. — 3a, 6 laborem EFL. — 3b, 1 hinc proles hinc (st. omnis) H. — 3b, 3 hunc I. — 3b, 4 natus fehlt I. — 3b, 6 lavaret I. — 4, 2 Et rursus C: rursum H. — Überschrift in B: „In longitudine dierum“, in E: „die-rum“; in G steht am Rande: [d]i-e-rum, und zwar ist in E und G über dem e ein langes Melisma. Aufgebaut ist nämlich der Tropus über das Schlufswort des Versus zum Offertorium: „Mirabilis in excelsis Dominus; testimonia tua credibilia facta sunt nimis; domum tuam decent sancta, Domine, in *longitudinem die-rum*“. Entsprechend dem „dierum“ schliefsen die ersten Verse auf **i**, die anderen auf **e**. — Cfr. Kehrein, Nr. 85, wo dieser Tropus mit 2 anderen zu einer „Sequenz“, die von Notker stammen soll, zusammengeschweifst ist.

616. In Nativitate Domini.

Ante lucem.

1. *Die* tu nos, Christe,
Ista tueri dignare,

2 a. In qua laudes pangimus
tibi devote,

2 b. Te orantes, Domine,
humili prece

3 a. Devoto atque corde:
placeat
nobis opem tuae
tribuere
virtutis benignitate

3 b. Reddendo exsules suae
patriae,
iustorum fulgente
semper luce
serena magis *dierum*.

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. add. saec. 10. A. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. B. — Trop. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1235. C. — Trop. ms Heidenhemense saec. 11. Cod. Oxonien. Seld. supra 27. D. — 1, 1 tu fehlt ABC. — 1, 2 dignare tuere D. — 3a, 5 virtuti B. — 3b, 3 istorum AB; fulgentem D. — Den liturgischen Text, dessen Ende tropiert wird, sehe man bei der vorhergehenden Nummer. Der Bau dieses Tropus ist im wesenlichen gleich jenem des vorhergehenden, aber gekürzt. — Entsprechend dem „die-rum“ ist hier fast ausschliefslich der Reim auf **e** gewahrt. — Titel in D: „Prosa“.

617. In Nativitate Domini.

1. *Die*, in qua Christus
Triumphavit mirifice,

2a. De excelsis descendens
in terras pie,

2b. Vagiens incarnatus,
rex regum, Deus,

3a. Dignatus liberare
a claustris

3b. Zabulorum hominem
plasmatum,

4a. Gloria, laus, honor, decus
sit ei

4b. Nascenti salvantique nos
nunc atque

5. In aevum
et *in longitudinem dierum.*

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. — 2a, 2 terris. — 4b, 1 Nascendi salvandique. — Bei aller Gleichheit des Aufbaues in den ersten Strophen weicht dieser Tropus von 3a, 2 an von den beiden vorhergehenden Tropen sichtlich ab.

618. In Nativitate Domini.

1 O res mira satis, o secretum deitatis!
Quem mare, quem terrae, nequeunt quem sidera ferre,
In ventris cella tulit istum casta puella;
Stella parit solem, fert arida virgaque florem.
5 Virgine virgo satus, lapsum mundum miseratus
Nos a suppliciis liberet et vitiis
In [longitudinem dierum].

Collect. ms. Altahense saec. 12. Clm. Monacen. 9551. add. saec. 13. — Mit Melodie in Neumen. — Das Lied steht zusammen mit noch 4 anderen Tropen oder Verbeten; es bleibt aber zweifelhaft, was am Schlufs zu ergänzen ist; wenn es heifsen mufs: „In [veritate]“, wäre Vorstehendes ein Gradual-Tropus, immerhin ein eigenartiger, da er in Hexametern mit Binnenreim abgefafst ist, was beim Graduale und Offertorium, falls es sich um Tropierung eines Einzelwortes handelt, Ausnahme ist.

619. In Nativitate Domini.

1. *Dextera*

2a. Dei cum patre
sempiterno sine tempore

2b. Terris hac die
apparens ex semper virgine,

3 a. Semper sancte
hanc serva plebem

3 b. Benedicens
sancta dextera

4. *Tua, Domine.*

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. add. saec. 10. A. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. B. — 2a, 2 sempiterna A. — 2b, 2 semper ex virgine B. — 3a, 2 ac serva votis B. — Entsprechend dem „de-xtera" enden alle Verse auf **e**, und beginnt die Tropierung mit **De**-i. Der liturgische Text des 2. Versus zum Offertorium, dessen Ende tropiert ist, lautet: Tu humiliasti sicut vulneratum superbum et in virtute brachii tui dispersisti inimicos tuos; firmetur manus tua et exaltetur *de-xtera tua*, Domine.

Über das gleiche Thema „dextera tua Domine" ist in Clm. Monacen. 14322 und im Cod. Oxonien. Misc. lit. 340 ein anderer Tropus aufgebaut, der jeder Symmetrie entbehrt und der zum Vergleiche hier seinen Platz finden möge:

Ecclesia redempta, exaltata super aethera,
Quae nullam habet peccati nec naevi maculam,
Quam praemonstrat semper fortissima *dextera tua, Domine.*

620. In Nativitate Domini.

1. *Dextera*

2 a. *Tua*, quae polum,
una solum limphasque simul

2 b. Et omne, volat
quod, natat, quod repit, fecerat,

3 a. Atque iura
inferni domuit,

3 b. Inde nos perditos eripiat

4. Et tibi reddat,
supreme *Domine.*

Trop. ms. Emmeramense anni 1024—36. Clm. Monacen. 14322. — 1 sq. Tua dextera. — 2a, 2 „una" und 2b, 2 das zweite „quod" zeigen in der Hs. eine Initiale; im übrigen stimmen alle Initialen mit jenen der Hs., wodurch die Strophenabteilung gesichert ist. — Der Bau ist gleich jenem des vorhergehenden Tropus, verlängert um Str. 4.

621. Dominica I. post Epiphaniam.

1 a. *Iubilate*, clamate,

1 b. Honores, laudes ferte

2 a. Et psallite,
supernorum

2 b. Multitudo
spirituum;

3 a. Sanctorum canite
summa caterva;

3 b. Hominum carmina
factori, caeli,

4 a. Luna, sol cum polis,

4 b. Cum gloria magna

5. Date, *Deo.*

Trop. ms. Heidenhemense saec. 11. Cod. Oxonien. Seld. supra 27. — 3b, 2 factorem; zu konstruieren ist wohl: factori hominum date carmina. —

Eigentlich gehört dieser Tropus nicht an diese Stelle. da er nicht, wie die anderen Tropen, das Schlufswort des Offertorium-Versikels, sondern den Anfang der Offertorium-Antiphon tropiert, dieses aber in ganz gleicher Weise, wie die übrigen Tropen dieser Gruppe. Man vgl. die Tropen Nr. 609—611.

622. Dominica I. post Epiphaniam.

1 *Veritas* istam
Salvando turmam
Benigne regat sola
Sua misericordia
5 Interveniente, soluta
Pessima hostis catena,
Quam conterat nobis pie*tas*
cius.

Trop. ms. Martialense anni 933—36· Cod. Parisin. 1240. add. saec. 10. A. — Trop. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449. B. — Trop. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1235. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 1338. D. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. E. — 6 caterva (st. catena) E. — Entsprechend der Schlufssilbe „Veritas“ enden alle Verse auf **a**. Der tropierte Versikel des Offertorium lautet: „Laudate nomen eius, quoniam suavis est Dominus; in aeternum misericordia eius et usque in saeculum saeculi *veritas* eius“. — Das Melisma ist über der Silbe „*-tas*“.

623. Dominica II. post Epiphaniam.

1 a. Omnes gentes,
quas creasti Domine,

1 b. Laudis tibi
ferant vota sedule

2 a. Et medullata
persolvant caritatis sanctae
munera:
Incensum arietum
cum bubus et hircis;

2 b. Scilicet ductor,
doctor et peccator hostia
reddatur,
Qui non solum suscipis
iustos, sed et vocas

3 a. Lapsos, fructus
dignos facientes.

3 b. Deprecor te,
Deus, ut hostiam

4. Me quoque *feram tibi.*

Trop. ms. Prumiense saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Parisin. 9448. A. — Trop. ms. Eremitense saec. 11. Cod. Eremiten. 121. B. — Trop. ms. Emmeramense anni 1024—36. Clm. Monacen. 14322. C. — 2a, 2 sancta B. — 2b, 2 hostias C. — 2b, 3 tibi reddatur B; tibi feruntur C. — 3a, 1 Prolapsos B. — Der Text des 2. Versus zum Offertorium lautet: Locutum est os meum in tribulatione mea: holocausta medullata *of-feram* tibi.

624. Dominica II. post Epiphaniam.

1 a. O Deus omnipotens, verax, pie,

1 b. Confer nobis
sanitatem geminam.

2 a. In saeclum maneat
laus tibi semper
cum tripudio;
et, bone, optime
rex, certa salus,
guberna tuos

2 b. Servos in aeternum;
fons bonitatis,
tu regis, quidquid
est in caelo, terris;
te, trine Deus,
sine nil boni

3 a. Operari potest

3 b. Filius hominis.

4. Quod habeo, *feram tibi.*

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. A. — Trop. ms. Heidenhemense saec. 11. Cod. Oxonien. Seld. supra 27. B. — 1 a, 2 qui es (st. pie) A. — 1 b, 1 Cede B. — 2 a, 4 et bene A. — 2 b, 1 Famulos devotos (st. Servos) A. — 2 b, 4 caelis et B. — 2 b, 5 et te B: trine Deus fehlt B. — 3 a enim potest B. — 4 offeram AB (wohl Dittographie; cfr. vorhergehende Nummer). — Die Versabteilung, welche sich, soweit möglich, an das Schema des vorhergehenden Tropus anschliefst, bleibt von sehr problematischer Natur.

625. Feria II. in Hebd. II. Quadragesimae.

1 a. Ad te, cunctipotens,

1 b. Clamant nostra ora.

2 a. Ut nobis ostendas
salutis viam

2 b. Nostrosque confirmes
benigne gradus,

3 a. Infundens eis
lumen vitae aeternae,

3 b. Atque nos imple
laetitia cum tua.

4 a. Ut mandata
semper tua custodire

4 b. Et implere
possimus usque *in finem.*

Trop. ms. Emmeramense anni 1024—36. Clm. Monacen. 14322. — 2 b, 2 benigne fehlt. — Die Strophenabteilung entspricht genau der Hs. — Überschrift: „In finem". — Der Text des 2. Versus zum Offertorium lautet: Notas fecisti mihi vias vitae, adimplebis me laetitia cum vultu tuo et delectationes in dextera tua usque *in finem.*

626. Feria V. in Hebd. II. Quadragesimae.

1 a. Precamur te, Domine.

1 b. Nosmet intende clemens

2 a. Et semper maiestatem
tuam practende
Cunctis tuis
fidelibus,

2 b. Qui de te puro corde
sibi quaerunt
Auxilium
protectionis.

3. Temet adiutorem
mereamur habere
In omni malo *tempore.*

Trop. ms. Emmeramense anni 1024—36. Clm. Monacen. 14322. — 2 b, 1 de fehlt. — Die Initialen genau wie in der Hs. — Überschrift: „In tem-pore". — Der Text des 2. Versus zum Offertorium lautet: Dixit Moyses et Aaron ad omnem synagogam filiorum Israel: Accedite ante Deum, maiestas Domini apparuit in nube et exaudivit murmurationem vestram *in tem-pore.*

627. Dominica III. Quadragesimae.

1 a. Ecclesia, Domine,
deprecans rogitat,

1 b. Et eius preces tuis
aptae sint oculis.

2 a. Quas cum devote
tibimet hodie
supplicat,

2 b. Mente et cordis
meditatione
deposcit,

3 a. Ut ipsa
laureata hymnos tibi
reddere valeat

3 b. Una cum
coetibus angelorum in
caelestibus *semper*.

Trop. ms. Emmeramense anni 1024—36. Clm. Monacen. 14322. — 1a, 1 Domine Iesu. — 2a, 2 hodie fehlt. — Initialen genau wie in der Hs. — Überschrift: „Sem-per". — Der Text des 2. Versus zum Offertorium lautet: Et erunt ut complaceant eloquia oris mei in conspectu tuo *sem-per*.

628. Sabbato in Hebd. III. Quadragesimae.

1. *Iniustitia*

2 a. Longe sit a terra;
largire dignare, vera

2 b. Qui omnium vita
es et salus sempiterna,

3 a. Disponens omnia,
supera, media,

3 b. Infima, caelica,
terrea, omnia

4 a. Novissima
et aequissima

4 b. Semper pie,
semper placide,

5. *Domine.*

Trop. ms. Heidenhemense saec. 11. Cod. Oxonien. Seld. supra 27. — 2b, 1 Qui es. — 2b, 2 es fehlt. — 4b, 1 und 2 pie und placide umgestellt. — Der tropierte 2. Versus lautet: „Cognovi Domine, quia aequitas iudicia tua; et in veritate tua humiliasti me, ut non dominetur omnis *iniustitia*. Domine". — Entsprechend dem „iniustitia" Reim auf **a**, und in 4b auf **e**, entsprechend dem „Domine". — Vor dem Tropus steht: „Verba".

629. Sabbato in Hebd. III. Quadragesimae.

1. *Iniustitia*,

2 a. Gehennae vicina,
quae fidelium pectora

2 b. Tibi famulantia
deducit ad inferna.

3 a. Sed tu, rex, iustorum gloria,

3 b. Solve nostrorum peccamina

4 a. Ut possimus
sumere mente

4 b. Devotissima
tua sancta pascha,

5. *Domine.*

Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. — 2a, 1 Gehenna. — Erst durch Verbindung mit dem Offertoriumtext (s. Nr. 628) erhält der erste Satz sein Prädikat.

630. Dominica V. Quadragesimae.

1 a. Viam veritatis
et iustitiae
eligimus semper

1 b. Et scrutamur tua
mandata, Deus
toto nostro corde.

2 a. Deprecamur ergo
vultum tuum

2 b. Atque diligimus
legem tuam.

Trop. ms. Emmeramense anni 1024—36. Clm. Monacen. 14322. — 1b, 3 in (st. toto). — Initialen genau wie in der Hs. — Überschrift: „Legem". — Der 2. Versus des Offertorium lautet: Viam veritatis elegi, da mihi intellectum . . ., quia dilexi *legem* tuam.

631. Feria II. in Hebdom. V. Quadragesimae.

1 a. O te, qui es rex verus
et pius, Christe, semper *
deposco
Omni quoque nisu *
cum mentis meae,

1 b. Ut miserearis
* infirmi clemens
Et memet tuae sanes
* medicamento salutis,
Domine,

2. Quia omnia sunt paene contrita
ossa mea.

Trop. ms. Emmeramense anni 1024—36. Clm. Monacen. 14322. — Initialen entsprechend der Hs. — Überschrift: „Os-sa". — Der 2. Versus des Offertorium lautet: Miserere mihi, Domine, quoniam infirmus sum; sana me, Domine, quoniam conturbata sunt omnia *ossa* mea.

632. In Ascensione Domini.

Quemadmodum vidistis eum ascendentem in caelum,

1 a. *Ita* fiet in novissima,
quando canet tuba
angelica.

1 b. Ibi solventur mortis vincla
et surgent cinerum
sculptilia.

2 a. Tunc exsultabunt ossa
humiliata,
terrebuntur corda
superbissima,

2 b. Iudicabuntur facta
et cordis ima,
quisque lege sua,
scripta frivola.

3 a. Sicut enim scandit in sua
dextera
regnaturus
per aeterna saecula,

3 b. Sic *veniet* magnus in sua
gloria
iudicare
saeculorum saecula.

Trop. et Grad. ms. Fontisebraldense saec. 14. in. Cod. Lemovicen. 2 (17). — 1b, 1 solvantur. — 1b, 2 scuptilia. — 2a, 3 terebuntur. — 2b, 3 sua lege. — Überschrift: „Prosa“. Ist sichtlich ein Tropus über die Schlufsworte „ita veniet“ des Versus zum Offertorium.

633. In sancti Iohannis Evang.

1. *Flore*bunt sancti

2a. Requie caeli potiti	2b. Dono Christi, regum regi
3a. Ubi cantant voce sublimi	3b. Cum melis iam novi cantici
4a. Stolis albis semper candidati	4b. Agnum perpetim Christum secuti,
5a. Mirabili	5b. Qui perfrui
6a. Visu donet, veluti	6b. Ipse nobis promis*it*.

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. A. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. B. — Trop. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1235. C. — 3b iam fehlt ABC. — 4b perpeti A. — 5a Suo (Tuo B) mirabili ABC. — Unverkennbar ist der Reim auf **i** (florebit) durchgeführt, der durch symmetrische Versabteilung bei Anbringung von nur 2 Textkorrekturen völlig gewahrt erscheint. Trotzdem bleibt es sehr zweifelhaft, ob ursprünglich der Tropus parallele Glieder hatte. — In B folgt noch: „Sicut ce[drus]“. — Der Tropus ist über den Versikel „Iustus ut palma **florebit** sicut cedrus Libani multiplicabitur“, somit nicht über das Schlufswort des Offertorium-Versus aufgebaut.

D. Appendix Troporum ad extremum Versum Offertorii.

Tropi ad Offertorium „Recordare".

634. De Beata Maria V.

A. *Recordare, virgo mater, dum constiteris in conspectu Dei, ut loquaris pro nobis bonum et ut avertas indignationem suam a nobis,*

1 a. Ab hac familia
Tu propitia,

1 b. Mater eximia,
Pelle vitia;

2 a. Fer remedia
Reis in via,

2 b. Dans in patria
Vitae gaudia,

3 a. Pro quibus dulcia
Tu praeconia

3 b. Laudis cum gratia
Suscipe, pia

4. Virgo Maria,
a nobis.

Trop. ms. S. Aredii Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 903. add. saec. $^{12}/_{13}$. A. — Cantion. ms. Gallicum saec. 13. Cod. Guelfenbyteran. 677 (Helmstad. 628). B. — Miss. ms. Sandionysianum saec. 14. Cod. Parisin. 1107. C. — Miss. ms. S. Andreae Burdigalensis saec. 15. Cod. Parisin. 871. D. — Miss. ms. Sangenovefianum saec. (13. 14.) 15. Cod. Sangenovefian. 90. E. — Miss. ms. Catalaunense saec. 15. Cod. Parisin. 840. F. — Oration. ms. Parisiense(?) saec. $^{15}/_{16}$. Cod. Parisin. 3639. G. — Miss. Antissiodorense imp. Parisiis s. a. [1484]. H. — Miss. Catalaunense imp. Parisiis 1543. I. — Miss. Constanciense imp. Rothomagi 1524. K. — Miss. Ebroicense imp. Rothomagi 1497. L. — Miss. Senonense imp. Senonibus 1556. M. — Miss. Sosmense imp. Parisiis 1547 N. — Brev. Silvanectense imp. [Parisiis 1521]. O. (Dieses Brevier enthält Votivmessen). — Miss. Suessionense imp. Parisiis 1516. P. — Miss. Maioris Monasterii Turonensis imp. Turonibus 1508. Q.

Trop. ms. Wingartense(?) saec. 13. Cod. Stuttgardien. HB I Asc. 95. R. — Officia ms. Praedicatorum(?) saec. 13. (Privatbesitz). S. — Grad. ms. Zwettlense saec. $^{13}/_{14}$. Cod. Zwettlen. 199. add. saec. 15. T. — Miss. ms. S. Floriani anni 1306. Cod. Florian. III 205. A. add. saec. 15. U. — Grad. ms. Admontense saec. 15. Cod. Admonten. 305. X. — Miss. ms. Sitanstettense saec. 15. Cod. Sitanstettan. 247. Y. — Miss. ms. Pragense (Iohannis de Dražic 1301—43) saec. 14. in. Cod. Mus. Bohem. XIII B 9. Z. — Grad. ms. Pragense saec. 15. Cod. Mus. Bohem. XIII B. 2. **a.** — Grad. ms. Sedlicense saec. 15. ex. Cod. Pragen. XIII A 5c. **b.** — Miss. Frisingense imp. Monachii 1579. **c.**

Antiphon. ms. S. Nicolai Bononiensis saec. 13. (ca. ann. 1230). Cod. Rosenthal s. n. **d**. — Grad. ms. Aquilegiense saec. 14. Cod. Semin. Goritien. F. **e.** — Grad ms. Aquilegiense saec. 14. Cod. Seminar. Goritien. G. **f.**

1a, 1 Ob B. — 1a, 2 und 1b, 1 umgestellt R. — 1b, 1 Pater B. — 1b, 2 Dele **a**, Tu pelle F. — 2a fehlt R. — 2a, 1 Confer UX, Per remedium B, Fac remedia G. — 2a, 2 Tuis in B. — 3a, 1 Ex quibus A, Pro hoc B. — 3a, 2 Da praeconia A, Cum praeconia B. — 3b, 1 Laudum M, Laudes B—KN—**cef**; cum gloria BUXZ. — 4, 1 mater (st. Maria) L. — 4, 2 Da gaudia nobis UXY.

Überschriften: „Offertorium b. Virginis" und dann nach dem liturgischen Texte (Recordare etc.) „Prosa." C; „Offertorium cum prosa" U; „Prosa post Offertorium" Y; „Ad Offertorium Prosa ad missam s. Mariae" **d**. — Die Melodie bieten uns u. a. AS**d.**

Offenbar haben wir hier einen Tropus, der sich über den Schlufsworten des Offertoriums, nämlich über „**a** nobis" gerade so aufbaut, wie die Tropen der vorhergehenden Gruppe; dem entsprechend ist in A die Präposition **a** [nobis] sehr reich neumiert, und alle Verse lauten aus auf a. — Der Unterschied von den unmittelbar vorhergehenden Tropen liegt darin, dafs jene den Schlufs des letzten Versus zum Offertorium tropieren, dieser den Schlufs der Antiphona des Offertoriums. Er stammt ja aus einer Zeit, in der die Versus des Offertoriums vielfach schon unterdrückt waren, nämlich aus dem Ende des 12. Jahrhunderts. Dementsprechend zeigt er überall reinen Reim. Somit gebührt ihm eine Sonderstellung; und weil nach ihm als Vorlage eine ganze Reihe ähnlicher Tropen mit mehr oder weniger freier Handhabung des Versbaues gedichtet wurde, hebe ich ihn mit diesen als eine getrennte Gruppe heraus.

Misset-Weale haben diesen weit verbreiteten Tropus aus einem einzigen relativ jungen Druckwerke (N im Quellenverzeichnis) herausgegeben (Anal. Lit. II, Nr. 660), und zwar als eine Sequenz. — Gerbert hatte bereits diesen Tropus richtig als „Prosa post Offertorium" ediert (De Cantu et Musica sacra. Typis Sanblasianis 1774. p. 437). Er leitet die Wiedergabe des Textes ein mit den Worten: „Demum hic speciminis loco damus ex MS. bibliothecae San-Blasianae super Offertorium versus cum biscantu. Sequitur paulo in eodem codice Post Offert. prosa cum biscantu. Quod prorsus singulare est, nullibi a me animadversum". (l. c. pag. 435). Es ist unklar, was ihm „singulare" erscheint: Die „Prosa post Offertorium", oder die „Prosa cum biscantu". Beides wird nach unseren jetzigen Kenntnissen nicht mehr als etwas Einzigartiges erscheinen.

635. De Beata Maria V.

1a. O vera, o pia,
o gemma splendida,

1b. O via libera,
Maria, libera;

2a. A via devia
nos, alma, devia;

2b. Fac pura opera,
domina, propera;

3a. Nos sana, ne nostra
subita ruina

3b. Sit acta per acta;
in aula regia

4. Da vera et summa
gaudia *nobis.*

Cantion. ms. Gallicum (Petri de Medicis) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Grad. ms. Ultraiectinum saec. 14. Cod. Coll. Trinitatis Dublinen. L. 1. 21. B. — Grad. ms. Claustroneoburgense saec. 14. in. Cod. Clau-

stroneoburgen. 588. C. — 1a. 1 O vere B. — 2a, 2 alma revoca B. — 2b, 1 Hac C; pura corpora B. — 2b, 2 mundaque pectora B; propria (st. propera A. — 3a, 1 venia (st. ne nostra C. — 3b, 1 Hic aucta perecata C; peracta AB. — In B und C geht voraus der Offertoriumtext: „Recordare virgo mater .... suam a nobis". — Das Schema der Vorlage (Nr. 634) ist etwas frei behandelt, da hier alle Verse gleich viele Silben erhalten haben: jeder Vers hat Binnenreim.

636. De Beata Maria V.

A. *Recordare, virgo mater, dum consteteris in conspectu Dei, ut loquaris pro nobis bonum et ut avertas indignationem suam*

1a. Ab orthodoxa
et catholica

1b. Plebe, benigna
atque devota.

2a. Maria,
caeli regina,

2b. Impetra
tu caelestia

3a. Regna beata
ac sempiterna.

3b. Da per tempora,
clemens, mundana

4. Cuncta
nobis prospera.

Cod. Parisin. Nouv. acq. 2494. add. saec. ^{13}14. — Die erste Strophe ist nur in Verbindung mit dem Offertorium verständlich.

637. De Beata Maria V.

1a. Ave, virgo pia,
salutis via,

1b. Extingue, Maria,
nostra vitia;

2a. Tu lux mundi et
vitae ianua,

2b. Immundos munda
a sorde sua.

3a. Cunctorum domina,
caeli regina,

3b. Lapsis medicina,
nostra crimina

4. Dele, benigna,
a nobis.

Miss. Laudunense imp. Parisiis 1491. — „Offertorium". — Der Aufbau dieses Tropus ist ganz genau gleich jenem des Stamm-Tropus (Nr. 634).

638. De Beata Maria V.

1a. Virgo speciosa,
Salus humilium,

1b. Stirpe generosa
Nata regalium,

2a. Liliorum rosa,
Rosarum lilium,

2b. Tuum, pretiosa,
Precare filium,

3 a. Ut post exsilium
Nos in gloriosa

3 b. Sede fidelium
Per tuum, Maria,

4. Sistat auxilium.

Miss. Baiocense imp. Rothomagi 1545. — „Offertorium".

639. De Beata Maria V.

1 a. Virgo, flebilia
Cura vitia

1 b. Hac in familia
Multiplicia.

2 a. Placabilia,
Propitia,

2 b. Da fragilia
Servitia.

3 a. Per haec humilia
Sint officia

3 b. Acceptabilia
Sacrificia,

4. Virgo Maria,
a nobis.

Trop. ms. Diessense saec. 14. Clm. Monacen. 5539. — 4, 2 a fehlt. — Titel: „Recordare".

640. De Beata Maria V.

1 a. Ave, Maria,
nos pia sana;

1 b. Ave, tu virga,
expurga vana.

2 a. Ave, formosa
Rosa de spina,

2 b. Ave, annosa
Glosa divina.

3 a. Ave, virtutum
Tu scutum,
Regina;

3 b. Ave, complutum
Vas tutum,
Resina.

4. Ave, regina,
Nos serva a ruina.

Cantion. ms. Secoviense anni 1345. Cod. Graecen. 1345. — Überschrift: „Super Offertorium Recor[dare]".

641. De Beata Maria V.

1 a. Ave, tu rosa,
Virgo Maria,

1 b. O generosa,
Clemens et pia

2 a. Virgo, da nobis
uti sophia

2 b. Atque caelesti
frui gratia,

3 a. Et tu repelle
nostra vitia,

3 b. Ut te laudemus
cum melodia.

4. Virgo Maria,
da gaudia *nobis.*

Grad. ms. Bocholtense saec. 15. Cod. Bocholten. L 6. A. — Cantion. ms. Vissegradense saec. 15. Cod. Capit. Vissegraden. V Cc η. B. — 1 b, 1 Tu generosa B. — 2 a und 2 b lauten in B:

2a. Virgo virginum,
regis filia,

2b. Uti da (Adata! Hs.) nobis
a te sophia.

3a und 3b umgestellt B. — Überschrift: „Trophus super Recordare" B. — In A geht voraus der Offertorium-Text: „Recordare — indignationem suam".

642. De Beata Maria V.

A. *Recordare, virgo mater, dum consteteris in conspectu Dei, ut loquaris pro nobis bonum et ut avertas indignationem suam a nobis,*

1a. Quos iuste damnarat;
poenam avertat

1b. [A nobis] debitam
orando suam

2a. Misericordiam
piam;

2b. Cunctam diluat
culpam,

3a. Infundat et talem
gratiam,

3b. Quae suum furorem
avertat

4. Mirifice
a nobis.

Miss. Lundense imp. Parisiis 1514. — 2a. 1 sq. Piam misericordiam. — Im Missale ist jede Vers- oder Strophenabteilung unterblieben. Angehängt ist noch ein disparater Alleluia-Tropus.

643. In Corporis Christi.

1a. Ave, virgineum
corpus Domini,

1b. Corpus, quod unitum
summo numini,

2a. Corpus mellifluum,
da te noscere,

2b. Qui nos es dignatus
de te pascere.

3a. Tuam dulcedinem
nobis infunde,

3b. Qua mente, corpore
vivamus munde.

4. Caro benigna,
da gaudia *nobis.*

Grad. ms. Admontense saec. 15. Cod. Admonten. 305. A. — Grad. ms. Brixinense saec. 15. Cod. Semin. Brixinen. s. n. B. — 1b. 1 quod fehlt B. — 2b, 1 quod nos digneris B. — 3b, 1 Quo mente et B. — 3b, 2 pure (st. munde) B. — 4 Veluti iubent | sacerdotes eius B: vgl. Schlußbemerkung zu Nr. 644.

644. In Corporis Christi.

1a. Paenitentiae,
clemens, munera,

1b. Quae peccatorum
sanant vulnera,

2a. Et vitiorum
tolle onera

2b. Sic, ut in nobis
cessent scelera,

3 a. Ut cum beatis
super aethera

3 b. Te collaudemus
per innumera

4. Saecula
in aeternum.

Trop. ms. Diessense saec. 14. Clm. Monacen. 5539. — Titel: „Sacerdotes“ = Anfang des Offertoriums am Fronleichnamsfeste.

645. In sanctae Crucis.

A. *Recordare, Iesu Christe, tuae mortis, quam sponte subisti, ut loquaris pro nobis bona et ut avertas indignationem tuam*

1 a. A tuis famulis
nostrum singulis,

1 b. Ne fiat gaudium
nostris aemulis,

2 a. Pro quibus, Iesu,
tua gratia

2 b. Sustulit multa
cruciamina.

3 a. Precamur orantes
corde supplici,

3 b. Ne reos tradas nos
morti duplici

4. Et ne avertas
faciem tuam *a nobis.*

Cantion ms. Bohemicum anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. — 3 b, 2 morte.

646. In sanctae Annae.

A. *Benedicta Anna, mater genetricis salvatoris nostri, te laudantes meritis tuis adiuva et repellas consolatione tua*

1 a. Ab hac familia
cuncta vitia,

1 b. Quam tu cum filia
semper visita.

2 a. Hac in via
nos adiuva

2 b. Et per pia
subsidia

3 a. Nos ad gaudia
ducas caelica,

3 b. Ubi milia
tibi agmina

4. Canunt; Anna,
nos salva.

Miss. Lundense imp. Parisiis 1514. — 1 b, 1 tu fehlt. — 3 b, 2 sq. tibi canunt agmina. — Im Missale fehlt jede Versabteilung.

Der Offertorium-Text hat gleichviele Silben wie jener des Offertoriums „Recordare“ auf die allerseligste Jungfrau Maria. — Statt dieses Offertoriums in Prosa findet sich ein rhythmisches im Grad. ms. Murbacense saec. 15. Cod. Colmarien. 427:

Recordare nostri, Anna,
Cum Maria, prole tua,
Astas ante Dominum;

Loquere pro nobis bona,
Impetra divina dona,
Deum fac propitium.

647. In sanctae Barbarae.

A. *Recordare, virgo martyr, miseriae nostrae; peccavimus in Deum nostrum et incurrimus indignationem suam;*

1 a. In te confidimus,
Monstra te piam

1 b. Impetra, poscimus,
Nobis veniam.

2 a. Ut tecum simus
Post miseriam,

2 b. Nobis omnibus
Hanc da gratiam;

3 a. Et, hoc ut facias,
Tu praeconia

3 b. Laudis cum gratia
Suscipe, pia,

4. *A nobis.*

Miss. Lingonense imp. Trecis 1549. — 3 b, 1 Laudes.

648. In sancti Gatiani.

A. *Recordare, Turonia,*
Gatiani patris insignia
Virtutum dona, voce socia
Cordi laudes eius sona;

1 a. Cuius est cognita
Virtus indita

1 b. Per sibi credita
Voto perdita.

2 a. Salus praestita,
Cuppa reddita

2 b. Monstrant inclita
Sancti merita,

3 a. Cuius subsidia
Reddant gaudia

3 b. Nobis in patria;
Astetque pia

4. Virgo Maria
Pro *nobis.*

Miss. Turonense imp. Rotomagi 1492. A. — Miss. Turonense imp. Parisiis 1533. B. — Miss. Lingonense imp. Trecis 1520. C. — 2 b, 1 Monstratur C.

649. In sanctae Genovefae.

1 a. Stetit Genovefa
iuxta thronum Dei

1 b. Orans pro salute
languentis populi

2 a. Cum matre Domini,
virgine Maria,

2 b. Quas Deus audivit
cum reverentia,

3 a. Et ad tactum capsae

3 b. Profugata peste

4. Laudant Deum turbae,
Alleluia.

Miss. ms. Sangenovefianum saec. (13. 14.) 15. Cod. Sangenovefian. 90. A. — Miss. ms. Sangenovefianum saec. 14/15. Cod. Sangenovefian. 91. B. — Zeigt im Aufbau starke Abweichungen vom Stamm-Tropus (Nr. 634).

650. In sancti Rochi.

A. *Exora Dominum pro plebe; sane dabit, quidquid optaverunt; te medicum mitem nobis praebe, tollere clades et ne tardaveris*

1 a. Ab hac familia
cum provincia,

1 b. Ut ab urbe Roma
et Italia

2 a. Atque Cesena
cum Placentia,

2 b. A Germania
et Constantia

3 a. Tu longe fecisti
per praeconia,

3 b. Diraque servasti
pestilentia,

4. Sacer Roche,
fac, *a nobis.*

Miss. Atrebatense imp. [Rotomagi] 1508. A. — Miss. Atrebatense imp. [Rotomagi 1518]. B. — A, 1 Exorare AB.

651. In sancti Sebastiani.

A. *Martyr egregie,* *Athleta fidei,*
Decus militiae, *Ora natum Dei,*
Ut avertat a nobis indignationem suam.

1 a. Martyr, suffragia
Effunde pia,

1 b. Ut epidemia
Non sit noxia

2 a. In hac patria
Aut in alia,

2 b. Quae subsidia
Deposcit tua.

3 a. Audi talia
Tu praeconia.

3 b. Hac prece pia
Dentur praemia,

4. Miles, eia,
nobis.

Grad. ms. Salisburgense saec. 15. Cod. Vindobonen. 3787. A. — Miss. ms. S. Petri Salisburgensis anni 1603. Appendix Miss. Romani imp. Venetiis 1513. Cod. Petrin. S II 14 a. B. — Oration. ms. Gallicum saec. 15. Cod. Capit. Strigonien. Ms. III 176. C. — Miss. ms. Senonense saec. 15. Cod. Parisin. 880. 2. D. — Miss. Briocense imp. Rotomagi s. a. [1502?]. E. — Miss. Altrebatense imp. [Rotomagi] 1508. F. — Miss. Cenomanense imp. Parisiis 1517. G. — Miss. Lingonense imp. Trecis 1520. H. — Miss. Lausannense imp. Lugduni 1522. I. — Miss. Redonense imp. Parisiis 1523. K. — Miss. Lexoviense imp. in Ponte Audomari 1547. L. — Miss. Baiocense imp. Parisiis 1584. M. — Miss. Fontisebraldense imp. Parisiis 1606. N. — Miss. S. Ruphi Valentiae imp. Valentiae 1508. O. — Miss. Caesaraugustanum imp. Caesaraugustis 1531. P. — Miss. Romanum imp. Lugduni 1535. Q.

A, 2 Decus iustitiae EK. — A, 3 Athleta Dei IP; fide N. — A, 4 Ora Dei natum IP. — A, 5 Ut benigne avertat A; Ut auferat Q In G ist diese Zeile, welche sichtlich aus dem Offertorium „Recordare“ (cfr. Nr. 364) entlehnt wurde, durch zwei reimende Verse ersetzt:

Ut ad tui instantiam * atque supplicationem
Ipse avertat a nobis * suam indignationem.

1a sqq. fehlen A. — 1a, 1 Martyr egregie suffragia B. — 2a, 2 Nec in G. — 2b, 1 sq. Per subsidia | Tua procul sit B. — 2b, 2 Poscit D, Nunc poscit F, Exposcit NO. — 3a, 2 Tu fehlt BIP; precamina B. — 3b fehlt G. — 3b, 1 Ac prece BE, Haec CIPQ, Hic DF, Hinc H; per te (st. prece) B. — 3b, 2 Dantur CFIPQ; medicamina B. — 4, 1 Martyr B; Miles Christi EK; eia fehlt L. — Schlufs ist gewöhnlich: Alleluia. — Misset-Weale (Anal. Lit. II. Nr. 604) geben den Tropus aus E und G als Sequenz mit der Notiz: „Text très difficile à établir". Allerdings ist bei der von ihnen gewählten Interpunktion der Text einfachhin unverständlich geworden. — Vgl. Franz, Die Messe im deutschen Mittelalter (Freiburg 1902), S. 179 f. Dort ist vorstehender Tropus zugleich mit der ganzen Messe „De s. Sebastiano contra pestilentiam" aus dem Cod. Turicen. Rhenov. 11. saec. 16. in. mitgeteilt.

E. Offertoria Rhythmica.

652. Pro Pace.

1 a. Pacem tuam mitte nobis,
Pie Christe, caelitus,

1 b. Sicut corde puro nobis
A te dari petimus.

2 a. Cum summo simus afflicti
Languore, non possumus

2 b. Absque tua largitate
Liberari protinus.

3 a. Idcirco lacrimis fusis
Cordis preces fundimus,

3 b. Ut miseris hanc concedas
Tuis dulce precibus

4. Hic et excelso caelorum
Ipsam omnibus.

Miss. Pictaviense imp. Parisiis 1498.

653. In Nativitate Beatae M. V.

1 a. Cor, manus offerimus,
Ad matrem confugimus,
De matre confidimus,
Quia mater.

1 b. Sed quid, cum recolimus,
Quam grave deliquimus?
Statum nostrum plangimus,
Cum sit ater.

2 a. Ergo, plena gratia,
Spes nostra primaria,
Per haec vitae devia
Nos sustentes,

2 b. Ut in caeli curia
Post haec transitoria
Patri nato praevia
Nos praesentes.

Miss. Laudunense imp. Parisiis 1557. — 2 b, 2 Per haec.

654. In Compassione Beatae M. V.

1 a. Christum cruce mortuum
nostros ob defectus

1 b. Maesta mater aspicit
pios per affectus

2 a. Et clamavit lacerans
capillos et pectus:

2 b. Heu me, iacet filius
meus hic despectus,

3 a. Nuper inter milia
qui fuit electus.

3 b. Ut murrae fasciculus
meus sic dilectus.

Miss. Lingonense imp. Trecis 1549. — 3 b, 1 Sicut.

655. In Compassione Beatae M. V.

1 a. Maria, rosa
Necnon lilium,

1 b. Stans lacrimosa
Iuxta filium,

2 a. Diriges mentes,
Nunc fidelium,

2 b. Ut devincentes
Triplex proelium

3 a. Carnis et mundi
Atque daemonum

3 b. Fiant iucundi
Post exsilium,

4. Caelum continentes,
Qua tu manes dives.

Miss. Caesaraugustanum imp. Caesaraugustae 1531. — 2 a, 1 Diriget. — 2 b, 1 Ut fehlt. — 4, 1 Caeli continens.

656. In Assumptione Beatae M. V.

1 a. Mater patris et filia,
Mulierum laetitia,

1 b. Stella maris eximia,
Audi nostra suspiria.

2 a. Regina poli curiae,
Mater misericordiae,

2 b. In hac valle miseriae
Sis reis porta veniae.

3 a. Per tuum, virgo, filium

3 b. Confer nobis remedium.

4 a. Bone fili,
prece matris

4 b. Perduc nos ad
regna patris.

Cantion. ms. Toletanum saec. 13. ex. Cod. Matriten. Tolet. 930 (33—23). A. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. add. saec. 14. B. — Pros. ms. Franciscanum saec. 14/15. Cod. Parisin. 1339. C. — Miss. Abrincense imp. Rotomagi 1505. D. — Chronic. ms. Winchcumbense saec.? add. saec. 15. (Privatbesitz: Baron. de Sherborne'; reimpr. Landboc of Winchcombe, Exon. 1892, I. p. 372. Edidit D. Rayce. E. — 2 a, 1 Regina caeli D. — 2 b, 2 Reis sis C, Sis nobis A; porta gloriae C. — 3 a Maria propter filium B—E. — 3 b Nobis confer E. — 4 a, 1 Bone Iesu A. — 4 b, 1 Dona tuis BCE, Dona nobis D. — Kollation von E durch Bannister.

657. In Assumptione Beatae M. V.

1 a. O lilium
Convallium,
Flos virginum,
Stirps regia,

1 b. Spes omnium
Fidelium,
Lux luminum,
O filia,

2 a. Evae matri contraria,

2 b. A Vae matris de gratia

3 a. Nos redimens per filium,

3 b. Ave, a Vae remedium,

4. Nos eximens miseria.

Cantion ms. Petri de Medicis (Gallicum) saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. 29. 1. A. — Miss. Abrincense imp. Rotomagi 1505. B. — 1 a, 4 sq. regia Spes fehlt B. — 2 a mater B. — 2 b Ave mater de B. — 3 b Ave ave remedium B. — 4 misericordia st. miseria) B. — In B: „Offertorium".

658. In Assumptione Beatae M. V.

Inter Octavam.

1 a. Ave, rosa speciosa,
Semper virgo, Maria,

1 b. Iesu Christi generosa
Mater atque filia.

2 a. Radix Iesse pretiosa,
Plena pacis gloria,

2 b. Quam rigavit copiosa
Deitatis pluvia.

3 a. Virgo florens et frondosa,
Quae creantem omnia

3 b. Protulisti gratiosa
Carnis sine caria.

4 a. Potens et imperiosa,
Christo reconcilia,

4 b. Quos redemit pretiosa
Morte sua gratia.

5. Amen dicant omnia.

Miss. Constanciense imp. Rotomagi 1557. A. — Miss. Fontisebraldense imp. Parisiis 1606. B. — 1 a, 2 Virgo semper B. — 3 a, 1 L. Virga? — 3 b, 2 sine curia B. — Melodie vielleicht: „Sospitati".

659. De Beata Maria V.

1 a. Praeter rerum seriem
Parit Deum hominem
Virgo mater;

1 b. Nec vir tangit virginem,
Nec prolis originem
Novit pater.

2 a. Virtus sancti spiritus
Opus istud caelitus
Operatur.

2 b. Initus aut exitus
Partus tui penitus
Quis scrutatur?

3 a. Dei providentia,
Quae disponit omnia
Tam suave,

3 b. Tua puerperia
Transfert in mysteria.
Mater, ave.

Antiphon. ms. S. Nicolai Bononiensis ca. ann. 1230 (Privatbesiz: L. Rosenthal, München). A. — Cantion. ms. Gallicum saec. 13. Cod. Guelfenbyteran. 677 (Helm. 628). B. — Collect. ms. Emmeramense anni 1351. Clm. Monacen. 14343. C. — Officium ms. Beatae M. V. (Caroli, regis Siciliae) saec. 14. Cod. Parisin. 1343. D. — Miss. ms. Sandionysianum saec. 14. Cod. Parisin. 1107. E. — Miss. ms. Tullense saec. 14. Cod. Parisin. 11592. F. — Collect. ms. Claraevallense saec. 15. Cod. Trecen. 1612. G. — Miss. Atrebatense imp. Parisiis 1491. H. — Miss. Ebroicense imp. Rotomagi 1497. I. — Miss. Baiocense imp. Rotomagi 1501. K. — Miss. Abrincense imp. Rotomagi 1505. L. — Miss. Noviomense imp. Rotomagi 1506. M. — Miss. Morinense imp. Rotomagi 1516. N.

1 a, 1 rerum ordinem EK. — 1 b, 3 mater D. — 2 a, 2 illud BCDGM. — 2 b, 1 Intus ac exterius C; Initus et exitus EM, autem exitus D. — 3 a, 2 Qui EH. — „Ad Offertorium Prosa" A; ebenso als „Offertorium" in EIM. Cfr. Anal. XX, Nr. 53 und XXXIV, Nr. 4.

660. De Beata Maria V.

1 a. Gloriose flos caelorum,
Te laudantes respice,
Mundi vita, spes lapsorum,
Nos infirmos aspice.

1 b. Mater pia, Dei cella,
Sordes nostras dilue,
O Maria, maris stella,
Vitam nobis tribue.

2 a. Medicina animarum
Et regis puerpera,

2 b. In hac valle lacrimarum
Nos a morte libera.

Grad. ms. Fontisebraldense saec. 14. in. Cod. Lemovicen. 2 (17. add. saec. 14. A. — Trop. et Pros. ms. S. Ludovici Ebroicensis saec. 14. Cod. Berolinen. Philipp. 1771. B. — Horae ms. Beatae M. V. sec. usum Venetensem saec. 15. Cod. Vindobonen. 1910. C. — Miss. Baiocense imp. Rotomagi 1501. D. — Miss. Baiocense imp. s. l. 1529. E. — Miss. Baiocense imp. Rotomagi 1545. F. — Miss. Constanciense imp. Rotomagi 1524. G. — Miss. Constanciense imp. Rotomagi 1557. H. — Miss. Maioris Monasterii Turonensis imp. Turonibus 1508. I.

1 a, 4 refice DEFGH. respice C. — 1 b, 2 dele C. — 1 b, 3 Maria Dei maris B. — 2 a, 1 Mediatrix GH. — Als „Offertorium" bezeichnet in ADEFGHI, als „De notre Dame antevne" in C. — In A ist am Rande die Notiz eingetragen: „Madame (die Äbtissin) doit une pinte de vin pour Gloriose et pour Sanctus et pour Agnus". Ein untropiertes „Sanctus" und „Agnus Dei" folgen unmittelbar nach dem „Gloriose". Die „pinte de vin" wäre also wohl der Schreiberlohn.

661. De Beata Maria V.

1 A siderea
Gabriel fert curia
Verba nuntia
Salutis: *Ave, Maria,*
5 Caeli regia
Virgo, egregia,
Grata
Et probata,
Cum sis Dei *gratia plena.*
10 Dolor pridem
Per Evam gemebundo
Venit mundo;
Adde fidem,
Et tu fies secundo
15 Ipsi mundo
Plausus laetabundo.
Quoniam *Dominus tecum,*
Benedicta.
Delens delicta,
20 *Tu* carens
Reatu, *in mulieribus*
Praecellens
Omnibus.
Et benedictus
25 Sit dictus
Fructus.
Qui delet luctus,
Virgo mitis,
Verax vitis
30 *Ventris tui.*

Cantion. ms. Gallicum saec. 13. Cod. Guelferbyteran. 677 (Helm 628). A. — Miss. ms. S. Trinitatis Vindocinensis anni 1457. Cod. Vindocinen. 16. B. — Miss. Baiocense imp. Rotomagi 1501. C. — Miss. Baiocense imp. s. l. 1529. D. — Miss. Baiocense imp. Rotomagi 1545. E. — 3 nuntii A. — 5 Caeli fehlt A; regina BCDE. — 8 Ac CDE. — 9 Ut sit AB. — 17 est

tecum AB. — 28 und 29 umgestellt B. — 29 Ferax CDE. — Milchsack (p. 219) bietet von Vers 18 sqq. folgenden sinnlosen Text: „Benedicta, o bene relicta, tu cadens reatu etc.“. — Der Offertorium Text „Ave Maria, gratia plena etc.“ ist tropiert; somit hätte diese Nummer auch in die Gruppe B der Offertoriumtropen eingereiht werden können.

662. De V Gaudiis B. M. V.

1 a. Gaude, virgo concipiens
De sancto flamine.

1 b. Gaude, clausa parturiens
Sine gravamine.

2 a. Gaude surgente filio
Suo de funere.

2 b. Gaude, quae Iesum solio
Cernis hinc scandere.

3 a. Gaude, quam suae filius
Coronat dexterae;

3 b. Qui per te sit propitius
Huic familiae.

Trop. ms. Dublinense anni 1352. Cod. Univ. Cantabrigien. Add. 710. — 2a, 2 Tuo.

663. De Beata Maria V.

1 a. Gaude, virgo concipiens,
Gaude, clausa parturiens;

1 b. Gaude, Christo resurgente,
Gaude, illo ascendente.

2 a. Gaude, caelo collocata,
Pacem nobis da, beata.

2 b. Esto nobis advocata
Apud Deum, virgo grata.

Miss. Constanciense imp. Rotomagi 1524. — Vgl. die vorhergehende Nummer.

664. De Beata Maria V.

1 a. Salve, stella
serenans saeculum,
Summi sola
splendoris speculum,

1 b. Sacro sinu
signans solstitium
Sola solis,
solum sed solium.

2 a. Sortem solve servitutis,
Spes salutis,

2 b. Suppressorum singulare
Salutare.

3 a. Suffragare
seductae suboli,
Subiugatrix
serpentis subdoli,

3 b. Saevi saecli
sublatos sirtibus
Servos siste
supernis sedibus.

Miss. Baiocense imp. s. l. 1529. A. — Miss. Baiocense imp. Rotomagi 1545. B. — Miss. Abrincense imp. Rotomagi 1505. C. — Miss. Constanciense imp. Rotomagi 1524. D. — In allen Quellen als „Offertorium“ verzeichnet. — 1b, 4 solium sed solum AB. — 2b, 1 sq. salutare singulare CD. — 3b, 1 Saevis CD. — 3b, 3 Servos fehlt B. — Alle Worte dieser Dichtung beginnen mit S.

665. De Beata Maria V.

1 a. Mater Dei,
caelestis gloria,
Stella maris,
occasus nescia.

1 b. Rosa vernans,
vas plenum gratia,
Radix orta
de stirpe regia.

2 a. Mater eius,
cuius es filia,
Per te nobis
reddatur patria,

2 b. Quam amissam
dolet ecclesia
Culpa primi
parentis propria.

3. Dans solamen
in hac miseria
Tua nobis
confer subsidia.

Miss. Baiocense imp. Rotomagi 1545. A. — Miss. Constanciense imp. Rotomagi 1557. B. — 2 a, 1 Eius mater B.

666. De Beata Maria V.

1 a. Mater Dei gloriosa,
Stirpe nata generosa,
Fragrans super lilia;

1 b. Plus obrizo pretiosa,
Super omnes speciosa,
Maestorum laetitia.

2 a. Lux illustrans tenebrosa,
Stella semper luminosa,
Caliginis nescia;

2 b. Vitis fructu copiosa
Cedrus arcens venenosa,
Reorum fiducia.

3 a. Mitis, clemens, amorosa,
Pietate viscerosa,
Fons redundans gratia;

3 b. Dare nunquam taediosa
Succurrere nec morosa,
Sed cunctis propitia.

4 a. Mundi tutrix vigorosa,
Victrix hostis virtuosa
Precum efficacia,

4 b. Servis esto gratiosa
Nos a valle lacrimosa
Trahens ad caelestia.

Miss. Baiocense imp. Rotomagi 1545.

667. De Beata Maria V.

1 a. Ave, nobilis,
Amicabilis
Mater gratiae;

1 b. Flos placabilis,
Admirabilis
Fons prudentiae.

2 a. Salus omnium,
Privilegium,
Via praevia;

2 b. Nobis filium
Fac propitium,
Plena gratia.

Miss. Baiocense imp. Rotomagi 1545. — 1 b, 2 Amicabilis, weil gleich 1 a, 2, scheint falsch zu sein.

668. De Beata Maria V.

1. Virgo clemens et benigna,
Mater Dei, laude digna,
Defende nos a maligna
Daemonum saevitia.

2. Quae nunquam ulli secunda,
Virgo manes et fecunda,
Nos a peccatis emunda
Tua per suffragia.

Miss. Baiocense imp. Rotomagi 1545.

669. De Beata Maria V.

1. Regina, regi supplica,
Virgo, dilectum obsecra,
Prolique, parens, impera
Pectus tundens et ubera.

2. Ad tanta patrocinia
Reorum in suffragia
Repulsam nescit nimia
Summi boni clementia.

Miss. Ebroicense imp. Rotomagi 1497. — 1, 4 tondens.

670. De Beata Maria V.

1 Mediatrix sis pro nobis
In conspectu summi regis;
Fac in veste nuptiali
Nos cum sanctis collocari.
5 O benigna, o benigna,
Super caelos exaltata
Et a nato coronata,
In hac valle miseriae
Sis nobis vena veniae.

Miss. Carnotense imp. Parisiis 1535. A. — Miss. Ebroicense imp. Rotomagi 1497. B. — In B nur 1—4 als „Communio“. Es scheint fast, dafs mit Vers 5 eine neue Dichtung beginnt.

671. De Beata Maria V.

1. Pretiosa
Mellis stilla,
Speciosa
Maris stella,
Gloriosa
Regis cella,
Sponsa Dei et puella,
Ave, plena gratia.

2. O Maria
Genitura,
Vitae via,
Virgo pura,
Mater pia,
Reos cura,
In extrema die dura
Duc nos ad palatia.

Miss. Constanciense imp. Rotomagi 1524. A. — Miss. Constanciense imp. Rotomagi 1557. B. — 1, 7 et fehlt A.

672. De Beata Maria V.

1 a. Pura puerpariens,
Virgo, virga fertilis,

1 b. Per quam nobis Oriens
Ex alto visibilis

2 a. Exstitit esuriens,
Palpans et palpabilis,

2 b. Pro peccatis moriens,
Dulcis et amabilis,

3. Ora pro nobis.

Miss. Constanciense imp. Rotomagi 1524.

673. De Beata Maria V.

1 a. Ave, plena gratia,
Peccatorum venia,
O Maria.

1 b. Ave, lux primaria,
Paradisi gloria,
O Maria.

2 a. Ave, solis solium,
Salutis triclinium,
O Maria.

2 b. Ave, vernans lilium,
Dei domicilium,
O Maria.

3 a. Ave, vitae vasculum,
Pudoris signaculum,
O Maria.

3 b. Ave, caeli speculum,
Salus sanans saeculum,
O Maria.

Miss. Constanciense imp. Rotomagi 1557.

674. De Beata Maria V.

1 a. Generosi germinis
De radice virginis
Flos vernans processit;

1 b. Super florem spiritus
Veniens divinitus
Sanctus requiescit.

2 a. Benedictus filius
Flore designatus,
Quo gaudet angelicus
Chorus satiatus.

2 b. Benedicta virgula
Procreans hunc florem,
Qui virens per saecula
Fragrat in odorem.

Grad. ms. Eboracense saec. 15. in. Cod. Oxonien. Bodl. Lat. lit. b 5. — 2b, 4 Flagrat.

675. De sancto Adriano.

1 a. Laudem permixtam canori
Omnes demus unanimiter

1 b. Hostis plebis defensori,
Illum poscentes humiliter,

2 a. Hunc, qui regis nata iecit

2 b. Morbosque cessare fecit.

Miss. Rotomagense imp. Parisiis 1527. — 2a ist sichtlich verderbt.

676. De sancta Barbara.

O Christi sponsa, caelesti praedita luce,
Da nobis sponsum pacificare tuum
Et congaudere luciditate tua.

Miss. Rotomagense imp. Parisiis 1527.

677. De sancta Barbara.

1 a. Ave, Barbara, insignis
Post Mariam flos virginum,

1 b. Sponsa Christi, mediatrix
Vera Dei et hominum,

2 a. Martyrum praeconium
Virgoque decora,

2 b. Nobis in auxilium
Assis mortis hora.

Missae mss. Ambianenses saec. 15/16. Appendix Miss. Ambianen. imp. Parisiis 1487.

678. De sancto Blasio.

Martyr gaudet in dolore
Christi ferventis amore,
In dolore confortatur,
In amore reboratur.

Miss. ms. Senonense saec. 15. Cod. Parisin. 880. 2.

679. De sancto Claudio.

1 a. Quanti sanctus sit nominis,
Mortui testantur,

1 b. Qui utriusque hominis
Morte tenebantur.

2. Nam Claudii meritis
Multi suscitantur.

Miss. seu Sacrament. Aniciense imp. Lugduni 1527. A. — Miss. Lingonense imp. Trecis 1520. B.

680. De sancto Francisco.

1 a. Gaude, lucerna Minorum,
Sedes in seraphicorum
Sanctorum collegio.

1 b. Gaude, pater paupertatis,
Assis tu consociatis
Hoc in monasterio.

2 a. Gaude, lux humilitatis,
Qua nunc gaudes cum beatis
Valde magno gaudio.

2 b. Gaude, flamma caritatis,
Qua luces cum caelibatis
In caeli palatio.

3. Ibi nunc felix laetaris
Fac, ut locemur cum caris
In caelesti solio.

Miss. Fontisebraldense imp. Parisiis 1606. — 3, 1 Tibi.

681. De sancto Gabriele.

1 a. Fortis praeco,
omnes communiter
Impugnamur
ab hoste fortiter

1 b. Et interdum
vincimur turpiter;
Sed iuva nos
misericorditer.

Miss. ms. Guillermitarum Parisiensium saec. 14. Cod. Parisin. 834. A. — Miss. Senonense imp. Senonibus 1556. B.

682. De sancto Godone.

Godo, virtutis speculum, via recta salutis,
Pro grege devoto vigila procul hoste remoto,
Quem servare velis, ascriptum dirige caelis.

Miss. Lingonense imp. Trecis 1520. A. — Miss. Lingonense imp. Trecis 1549. B.

683. De sancto Hilario.

1 a. Domini veritas
Est in hoc praesule;

1 b. Vera humilitas
Fulsit in exsule;

2 a. Qui Christi nomine
Sublevatur

2 b. Et caeli culmine
Gloriatur.

Miss. Pictaviense imp. Parisiis 1498. A. — Miss. Lingonense imp. Trecis 1520. B.

684. De sancto Honorato Ep.

1. Maioricarum medici
Considerantes perfici
Divinum sacrificium,

2. [Honoratus] in manibus
Monstrat aspicientibus
Hostiam Dei filium,

3. Et spiritum paraclitum
Vident aperte mysticum
Lapsum in fratrum medium.

Miss. Aquense imp. Lugduni 1527. — 3, 1 spiritum sanctum paraclitum.

685. De sancto Ivone.

1 a. Sancte Ivo, dum pandimus
Tuae laudis magnalia,

1 b. Rependi nobis petimus
Tuae precis suffragia.

2 a. Ergo tibi placentia
Sint, quae devoti canimus,

2 b. Et Deo sacrificia
Sint grata, quae offerimus.

Miss. Baiocense imp. Rotomagi 1501. A. — Miss. Constanciense imp. Rotomagi 1524. B. — Miss. Leonense imp. Parisiis 1526. C. — Miss. Meldense imp. Parisiis 1556. D. — 1 b. 1 Repende A; Nobis rependi B.

686. De sancta Katharina.

O Katharina nobilis, * flos virginitatis,
Documentis artium * erudita satis,
Rosa patientiae, * doctrix veritatis,
Virginis roga filium, * ut nos iungat beatis.

Miss. Vallumbrosanum imp. Venetiis 1503.

687. De sancta Katharina.

1 Prudens et vigilans virgo,
Qualis es cum sponso illo,
Qui te elegit de mundo!
Quam pulchra, quam mirabilis,
5 Quanta luce spectabilis,
Inter Sion iuvenculas
Et Ierusalem filias
Thalamo gaudens regio,
Coniuncta Dei filio.

Miss. Aquense imp. Lugduni 1527. A. — Miss. Vivariense imp. Lugduni 1527. B. — Miss. B. Martini Turonensis imp. Parisiis 1529. C. — Miss. Romanum imp. Lugduni 1535. D. — 1 virgo Katharina C. — 8 gaudes D. — 9 Dei coniuncta D.

688. De sancto Leonardo.

1 a. Salve, pater sanctissime,
Confessorum dulcissime,
Leonarde.

1 b. Salve, gemma pulcherrima,
Odore suavissima,
Leonarde.

2 a. Salve, vas odoriferum,
Vas inquam salutiferum,
Leonarde.

2 b. Salve, decus nobilium,
Regis amicus omnium,
Leonarde.

3 a. Salve, lux amoenissima
Cordis illustrans intima,
Leonarde.

3 b. Salve, dux in ista via,
Salve, regnans in gloria,
Alleluia.

Miss. Fontisebraldense imp. Parisiis 1606.

689. De sancta Martha.

1 a. Stetit Iesus iuxta aram
templi beatae Marthae

1 b. Eius assumens animam
exutam a corpore,

2 a. Comite sibi astante
Frontone antistite,

2 b. Gloriose locans eam
in virginum agmine

3. Cum laetitia
et exsultatione.

Brev. Andegavense imp. Parisiis 1551. (In der Messe der hl. Martha.) — 1 a, 2 nach „beatae Marthae" ist beigefügt „suae hospitae", was wohl bedeutet, dafs letzteres statt des ersteren gewählt werden könne.

690. De sancto Rocho.

1 a. Praeter solitum ritum
Ecclesia te sanctum
Orat mater,

1 b. Nec sinas per reatum
Pertransire mandatum
Christi, pater.

2 a. Virtute, qua tu pestem
Curas, spiritus item
Operatur.

2 b. In aeternam requiem
Duc intrare hominem,
Quam scrutatur.

3 a. Dei per imperia
In aeterna gloria
Stas suave.

3 b. Tua bene merita
Nostra tergant delicta,
Sancte Roche.

Miss. Atrebatense imp. s. l. 1508. A. — Miss. Atrebatense imp. s. l. [1518]. B. — 2 b, 3 Quae B.

691. De sancto Stephano.

1. Altissimo
laudis praeconio

2 a. Haec resonet ecclesia

2 b. Primi martyris gloriam.

3 a. Hinc hodie dulcisonas

3 b. Odas in caelis omnium

4. Archangelorum chori
resultent.

Miss. ms. Claustroneoburgense saec. 14. in. Cod. Claustroneoburgen. 73. Mit Melodie. — 1, 2 praeconia.

692. De sancta Ursula.

1 a. O Ursula, sponsa Christi,
Quae lampadem curavisti
Adornare nitide,

1 b. Tu mente mater fuisti,
Cum virgines monuisti
Sequi Christum fervide.

2 a. Oleo non caruisti,
Sed lampadem accendisti,
Ut luceret ceteris:

2 b. Vota Christo reddidisti,
Cui summe placuisti,
Dans exemplum posteris.

3 a. Coniugium despexisti,
Martyrium sitivisti
Et vicisti strenue.

3 b. Ante vultum Iesu Christi
Suffragare choro isti,
Quaesumus, assidue.

Miss. Fontisebraldense imp. Parisiis 1606.

693. De sancta Ursula.

1. Virgines egregiae,
Vigiles, prudentes,
Summi regis gloriae
In dextera consistentes,

2. In valle miseriae
Nos audite flentes
Ad verae thronos gratiae
Preces offerentes.

Miss. Caesaraugustanum imp. Caesaraugustis 1531. — 1, 3 gloria. — 2, 3 thronos gloriae.

V.

TROPI AD COMMUNIONEM.

Tropi ad Communionem.

Praeambulum.

Die Communio-Tropen zeigen die gröfste Ähnlichkeit mit den Introitus-Tropen, wie ja auch die Communio ursprünglich dem Introitus im Aufbau glich: Nach der Antiphona, die jetzt allein noch gebräuchlich ist, folgte ein Psalmvers, dann das Gloria und die Repetitio der Antiphona. Gleich den Introitustropen zerfallen die Communiotropen in 2 Gruppen: Introduktionen und eigentliche Tropierungen des Communio-Textes; auch der Bau ist ganz ähnlich jenem der Tropen zum Introitus; nur sind sie viel kürzer und weniger zahlreich. — An Bedeutung und interessanten charakteristischen Eigentümlichkeiten stehen sie den Gradual- und Offertorium-Tropen sehr nach. — Als Appendix lasse ich ihnen die rhythmischen Communionen folgen.

A. Introductiones ad Communionem.

694. In Adventu Domini.

Terrigenae cuncti laetentur munere tanto:
Dominus dabit benignitatem et terra nostra dabit fructum suum.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (? Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. C. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. D. — Vitae mss. Sanctorum saec. 10. Cod. Berolinen. VIII^{0} 155. add. saec. 11. E. (Ba). — 1 laetantur E.

695. In Epiphania Domini.

Nato novo principe,
Viso novo sidere
Urbe Magi regia
Ipsum vadunt quaerere:
Vidimus stellam eius in Oriente et venimus cum muneribus etc.

Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 484. A. — Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 378. B. — Trop. ms. Sangallense saec. 11. in. Cod. Sangallen. 381. C. — Trop. ms. Sangallense saec. 11. Cod.

Sangallen. 376. D. — Trop. ms. Sangallense saec. 11. Cod. Sangallen. 380. E. — Trop. ms. Sangallense(?) saec. 10. Cod. Vindobonen. 1609. F. — Trop. ms. Augiense saec. 10. Cod. Bambergen. Ed V 9. G. — Trop. ms. Mindense anni 1024. Cod. Berolinen. Theol. IV°11. H. — Trop. ms. Emmeramense saec. 11/12. Clm. Monacen. 14083. I. — Trop. ms. Heidenhemense saec. 11. Cod. Oxonien. Seld. supra 27. K. — 3 Urbem Magi regiam I. — 4 Ipsum natum quaerere G.

696. In Epiphania Domini.

Rex ubi Iudaeae est, natum quem novimus? Ecce,
Vidimus stellam eius in Oriente etc.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. C. — Trop. ms. Vedastinum saec. 11. Cod. Cameracen. 76 (75). D. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. E. — 1 Iudaea AB; quem colimus E.

697. In Resurrectione Domini.

Pro pecudum cruoribus,
Quibus humana crimina
Mundari impossibile
Sanctus dicit apostolus,
Pascha nostrum immolatus est Christus etc.

Trop. ms. Sangallense(?) saec. 10. Cod. Vindobonen. 1609. A. — Tropar. ms. Sangallense saec 10. Cod. Sangallen. 484. B. — Tropar. ms. Sangallense saec. 11. in. Cod. Sangallen. 381. C.

698. In Resurrectione Domini.

Feria II.

Discipulus lacrimas fundit dum Petrus amaras,
Surrexit Dominus et apparuit Petro.

Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. A. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. B. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. C.

699. In Resurrectione Domini.

Feria IV.

Vocis apostolicae sublimia verba canentes
Credite iam, populi, cum Paulo dicite cuncti:
Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, Alleluia etc.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. C.

700. Dominica in Albis.

Sic ait, en, Christus, dubitat dum vulnera Thomas:
Mitte manum tuam et cognosce loca clavorum etc.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. B. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. C.

701. In Ascensione Domini.

Plaudite corde, manu, salvati sanguine Iesu,
Eia, *Psallite Domino, qui ascendit super caelos caelorum ad Orientem.*

Trop. ms. Wintoriense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B.

702. In Pentecoste.

Discipulis pariter Domini residentibus almis,
Eia, *Factus est repente de caelo sonus* etc.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. C. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. C.

703. In Pentecoste.

Pangite iam, socii, docuit quos spiritus almus,
Eia, *Factus est repente de caelo sonus* etc.

Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 484. add. saec. ^{10} $_{11}$.

704. In Dedicatione Ecclesiae.

Auribus haec mentis perpendite verba, fideles:
Domus mea domus orationis vocabitur, dicit Dominus etc.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Vedastinum saec. 11. Cod. Cameracen. 76 (75). C. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. D.

705. In Purificatione Beatae M. V.

Felix, qui meruit promissum cernere Christum,
Responsum accepit Simeon a Spiritu sancto etc.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. D. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. E. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. F. — Trop. ms. S. Aredii Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 903. G. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec 11. Cod. Parisin. 1119. H. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. I. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. K. Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. L. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. M. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. N. — Trop. ms. Moguntinum anni 955—62. Cod. Londinen. Add 19768. O.

1 qui potuit O. — 2 Eia, Responsum FK—N. In eben diesen Quellen folgt nach dem Communiotexte noch: Et venit in spiritu in templum. Gloria patri etc.

706. In Purificatione BMV.

Dum peteret votis numen venisse salutis,
Responsum accepit Simeon a spiritu sancto etc.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. C. — Trop. ms. Vedastinum saec. 11. Cod. Cameracen. 76 (75). D — Trop. ms. Emmeramense saec. $11/12$. Clm. Monacen. 14083. E. — 1 numen venire E.

707. In Assumptione BMV.

Iniustos quae iustificat iustosque coronat,
Diffusa est gratia in labiis tuis etc.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. C. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. D.

708. In Omnium Sanctorum.

Dulcia perpetuae qui fertis praemia vitae,
Gaudete, iusti, in Domino etc.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. C. — 1 praemia digne (statt vitae) A.

709. In sanctae Agnetis.

Inclita virgo Dei, sancto coniuncta pudori,
Agnes accenso studet obvia lampade Christo,
Virginibus comitata piis, quis carmine laudes
Concinit iste chorus recolens pie facta benignus;
Quinque prudentes virgines etc.

Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 378. A. — Trop. ms. Sangallense saec. 11. in. Cod. Sangallen. 381. B. — Trop. ms. Sangallense saec. 11. Cod. Sangallen. 376. C. — Trop. ms. Mindense anni 1024. Cod. Berolinen. Theol. IV° 11. D. — 4 pia facta CD. — Cfr. Georgius. De Liturg. Rom. Pontif. 1731—1744. tom. II, p. CCI.

710. In sancti Andreae.

Corporeis oculis Iesum se cernere gaudens
Et morum pietate sequi divinitus optans
Dicit Andreas Simoni, fratri suo: Invenimus Messiam etc.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. B.

711. In sancti Benedicti.

Quam bene laetatur, dum praemia digne recenset,
Fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus etc.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. C.

712. In ss. Fabiani et Sebastiani.

Sedens in monte Dominus
Edocuit discipulos,
Sed et turbis languentibus
Opem salutis attulit.
Multitudo languentium etc.

Tropar. ms. Sangallense saec. 11. in. Cod. Sangallen. 381. A. — Trop. ms. Mindense anni 1024. Cod. Berolinen. Theol. IV° 11. B.

713. In sanctae Glodesindae.

Lampade vivifica caeli regem comitata,
En, Glodesinda micat; psallite voce pia,
Eia, *Quinque prudentes virgines* etc.

Trop. ms. S. Arnulfi Metensis saec. 12. in. Cod. Meten. 452.

714. In sanctorum Innocentium.

Psallite sanctorum praeconia vocibus almis,
Et iubilemus, eia, eia,
Vox in Rama audita est, ploratus et ululatus etc.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. C. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. C. — Trop. ms. S. Aredii Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 903. D. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. E. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. F. — Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. G. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. H. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. I. — 1 vocibus eia (statt almis) BE. — 2 fehlt B. — 2 eia dreimal H; iubilemus illi eia D.

715. In sanctorum Innocentium.

Sancti Ieremiae recinunt haec dicta prophetae,
Ecclesiae signo cum dolet, ecce, Rachel:
Vox in Rama audita est, ploratus et ululatus etc.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. C. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. D. — 1 Sancta AD, Sancte C.

716. In sanctorum Innocentium.

Pro subolum tristi deflentum funere matrum
Vox in Rama audita est, ploratus et ululatus etc.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. C. — Trop. ms. Vedastinum saec. 11. Cod. Cameracen. 76 (75). D.

717. In sanctorum Innocentium.

Laudemus Dominum, pueros veneremur et ipsos
Atque proclamemus: Eia, eia, eia,
Vox in Rama audita est etc.

Trop. ms. Vedastinum saec. 11. Cod. Cameracen. 76 (75).

718. In sancti Iohannis Baptistae.

Corda patrum natis socians virtute fidei,
Eia, *Tu, puer, propheta altissimi vocaberis* etc.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. C. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. D.

719. In sancti Iohannis Evang.

A Christo quaerens Petrus de morte Iohannis
Audit: Hunc volo, dum venio, si sic fore, quid tunc?
Exiit sermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur etc.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Aednense saec. 10/11. Cod. Parisin. Arsen. 1169. C. — Trop. ms. Vedastinum saec. 11. Cod. Cameracen. 76 (75). D. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. E. — Trop. ms. Moguntinum anni 955—62. Cod. Londinen. Add. 19768. F. — Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. G. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. H. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. I. — 2 veniam FGH; sic sic (st. si sic) AEH; qui tunc B.

A tropiert noch weiter:

Mirantes hinc plus, sibi sit data gratia qualis,
et non dixit Iesus „non moritur", sed „sic eum volo manere, donec veniam".

720. In sancti Iohannis Evang.

Vita Deus, dum vult in pace manere Iohannem,
Consocialis amor non esse putat moriturum,
Eia, *Exiit sermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur* etc.

Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. A. — Trop. ms. Emmeramense saec. 11/12. Clm. Monacen. 14083. B. — Trop. ms. S. Arnulfi Metensis saec. 12. in. Cod. Meten. 472. C. — 1 Vitae Deus A. — 2 non esset A.

721. In sancti Iusti M.

Iam miserens nobis Dominus praestatur ab astris:
Qui vult venire post me, abneget semetipsum etc.

Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 775. A.

722. In sancti Martialis.

Hic dictis praelucens, morum probitate decorus,
Beatus servus, quem, cum venerit Dominus, invenerit vigilantem etc.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. B. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. C. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. D. — Trop. ms. S. Aredii Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 903. E. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. F. — 1 His E; praecluens B.

723. In sancti Michaelis.

Felices nimium, stabiles virtute perenni,
Benedicite, omnes angeli Domini, Domino etc.

Trop. ms. Moguntinum anni 955—62. Cod. Londinen. Add. 19768. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. B. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. C. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. D. — Trop. ms. S. Martini Masciacensis(?) saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Vatican. Regin. 222. E. — Trop. ms. Vedastinum. saec. 11. Cod. Cameracen. 76 (75). F. — Trop. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1235. G. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. H. — 1 Felicis B.

724. In sancti Pauli.

Iesus tale suis donum promisit alumnis:
Amen dico vobis, quod vos, qui reliquistis omnia et secuti estis me, centuplum accipietis etc.

Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473.

725. In sancti Petri.

Praefectum caelo Petrum terraque beatum
Vocibus his Christus adloquitur Dominus:
Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam.

Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120.

726. In Cathedra s. Petri.

Cui pater excelsus fidei pia sacra revelat,
Largior ipse mei consortia nominis almi:
Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam.

Trop. ms. Vedastinum saec. 11. Cod. Cameracen. 76 (75). A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. B. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. C. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. D. — 1 excelsis B. — 2 Lar . . . ipse D; nomnis AC.

727. In sancti Stephani.

Gaudia mente geris, caelos attendis apertos,
Qui Christum, Stephane, cernis in arce Dei;
Eia, *Video caelos apertos et Iesum* etc.

Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 484. A. — Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 378. B. — Trop. ms. Sangallense saec. 11. in. Cod. Sangallen. 381. C. — Trop. ms. Mindense anni 1024. Cod. Berolinen. Theol. IV. 11. D. — Trop. ms. Moguntinum(?) saec. 10. Cod. Londinen. Add. 19768. E.

728. In sancti Stephani.

Inter latrantum turbarum saxea corda
Bellator fortis sic ait ore pio:
Video caelos apertos et Iesum etc.

Trop. ms. S. Arnulfi Metensis saec. 12. in. Cod. Meten. 452. — 1 latrantium.

729. De Communi Martyrum.

Summa Dei proles humano corpore sumpto
Languores nostros tulit exclusitque dolores;
Multitudo languentium . . . veniebant ad eum etc.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. C. — Trop. ms. S. Aredii Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 903. D. — 1 humanae C; sumpta D.

730. De uno Confessore.

Gloria celsa manet, poterit qui dicere gaudens:
Domine, quinque talenta tradidisti mihi; ecce, alia quinque superlucratus sum.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775.

731. De uno Confessore.

Haec meus accipiet, quae sunt promissa, fidelis:
Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in caelis est, ipse meus frater, soror et mater est, dicit Dominus.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. — Dort irrig als „de Virginibus".

B. Tropi ad Communionem.

732. In Nativitate Domini.

1. Desinat esse dolor, pro antiqua lege quia, ecce,
   Viderunt omnes fines terrae,
2. Cernere quod verbum Domini meruere, canamus
   salutare Dei nostri.

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. B. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. C. — Trop. ms. S. Martini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 887. D. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. E. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. F. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. G. — Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. H. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. I. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. K.

Trop. ms. Moguntinum anni 955—62. Cod. Londinen. Add. 19768. L. — Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 484. M. — Trop. ms. Sangallense saec. 11. in Cod. Sangallen. 381. N. — Trop. ms. Augiense saec. 10. Cod. Bambergen. Ed V 9. O.

1 fehlt L—O; es folgt dort nach 2 der Communio-Text: Eia, Viderunt omnes etc. — 2 fehlt K.

733. In Nativitate Domini.

1. O, quam mira Deus tribuit spectacula mundo!
   Viderunt omnes fines terrae
2. Agnum, rectorem caeli, de virgine natum,
   salutare Dei nostri.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. C. — 2 regtorem A.

734. In Octava Nativitatis D.

1. Intuitu fidei credentes corde fideli
   Viderunt omnes fines terrae
2. De caelis missum, sancta de virgine natum,
   salutare Dei nostri.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Prumiense saec. 10/11. Cod. Parisin. 9448. C.

735. In Resurrectione Domini.

1. Naturae veteris fermentum sit procul omne,
   Pascha nostrum immolatus est Christus;
2. Agnus hic est verus, mundi qui crimina tollit,
   itaque epulemur in azymis sinceritatis et veritatis.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. C. — Trop. ms. Epternacense saec. 12. Cod. Parisin. 10510. D. — 2 qui mundi C.

736. In Resurrectione Domini.

Feria II.

1. Confracta barathri mortis quoque lege rapaci
   Surrexit Dominus
2. Sese nos redimens secumque ad caelica ducens,
   et apparuit Petro, Alleluia.

Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. A. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. B.

737. In Resurrectione Domini.

Feria III.

1. Paschalis festi laudans sollemnia Paulus
   Admonet, ut placidis celebremus mentibus, eia:
   Si consurrexistis cum Christi, quae sursum sunt, quaerite,
2. Qua manet aeterno splendens opulentia regno.
   ubi Christus est in dextera Dei sedens, Alleluia etc.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12). Cod. Londinen. Calig. A XIV. C.

738. In Dedicatione Ecclesiae.

1. Domum istam cupro tegere digneris, Christe, qui dixisti:
   Domus mea domus orationis vocabitur:
2. Est domus haec iustis dicata per omnia votis,
   In qua percipiet quisquis pia dona frequenter,
   in ea omnis, qui petit, accipit etc.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. B. — Von 1 nur die Worte: Domum istam Domine A; der Text in B ist unklar, ob ein verderbter Hexameter?

739. In Annuntiatione Beatae M. V.

1. Virginis antiquae sceleri quo terminus instet,
   Suscipiente Deo fragilis iam tegmina carnis,
   Ecce. virgo concipiet et pariet filium,
2. Salvandam ecclesiam qui per baptismatis undam
   Convocet atque suos sine fine coronet alumnos,
   et vocabitur nomen eius Emmanuel.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Glastoniense (? Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. C.

740. In Omnium Sanctorum.

1. Gaudia iustorum promamus voce sonora,
   Eia, eia, *Gaudete, iusti, in Domino,*
2. Cuius amore pio mortem solvistis, et inde
   rectos decet collaudatio;
3. Vos nunc laudantes superis date coniubilare,
   Alleluia.

Trop. ms. S. Martiani Masciacensis (?) saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Vatic. Regin. 222. — Der interpolierte Communio-Text ist jetzt derjenige de Communi martyrum tempore paschali.

741. In sancti Andreae.

1. Ut meruit Christi gliscens invisere tecta,
   Dicit Andreas Simoni fratri suo: Invenimus Messiam.
2. Attrahit ast Petrum, societ quod iure magistro,
   et adduxit.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. S. Aredii Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 903. B. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. C. — 2 quo iure C; magistrum A.

742. In s. Iohannis Baptistae.

1. Praevius hic de quo pater prophetizat exclamans:
   Tu puer propheta altissimi vocaberis
2. Parando viam illi, cuius praeconio tutus;
   praeibis enim ante faciem Domini parare vias eius.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms. Martialense saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1118. B. — Trop. ms. Martialense

saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. C. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. D. — Trop. ms S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. E. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. F. — 1 Praescius E. — 2 via F. — Am Schlufs fügen DE noch bei: Angelus cecinit in alvo matris prudenter Iohannem *parare vias eius.*

743. In sancti Laurentii.

1. Haec mandata suis Dominus commendat Iesus:
   Qui mihi ministrat, me sequatur:
2. Talibus obsequiis merces quoque digna manebit,
   et ubi ego sum, illic et minister meus erit.

Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. A. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. B. — Trop. ms. Vedastinum saec. 11. Cod. Cameracen. 76 (75). C.

744. In sancti Martialis.

1. Ultima venturae venient cum tempora noctis,
   Beatus servus, quem, cum venerit Dominus, invenerit vigilantem.
2. Atque coronatum statuet in aethere servum;
   Amen, dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.

Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1084. A. — Trop. ms Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. B. — 2 statuens in aethera A

745. In sancti Martialis.

1. Agnus ait Domini Martiali consociisque:
   Nolite gaudere, quia spiritus vobis subiiciuntur.
2. Intrantesque domum „Sit huic pax“ dicite primum;
   gaudete autem, quia nomina vestra scripta sunt in caelis.

Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909.

746. In sancti Vincentii.

1. Cunctipotenti Deo solvamus grates, qui ait:
   Qui vult venire post me,
2. Corrigendo mala et peragendo bona
   abneget semetipsum,
3. Quod peregit meritis dignus Vincentius martyr,
   et tollat crucem suam et sequatur me.

Trop. ms. Aeduense saec. $^{10}/_{11}$. Cod. Parisin. Arsen. 1169.

747. In sancti Stephani.

1. Dum foret adflatus Stephanus spiramine sancto.
   In caelum aspiciens Iesum vidit atque ita fatur:
   Video caelos apertos et Iesum stantem a dextris virtutis Dei.

2. Sicque genu flexo procumbens hoc quoque poscit:
Domine Iesu Christe, accipe spiritum meum et ne statuas illis hoc peccatum.

Trop. ms. Moguntinum(?) saec. 10. Cod. Londinen. Add. 19768. A. — Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 484. B. — Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen 378. C. — Trop. ms. Sangallense saec. 11. in. Cod. Sangallen. 381. D. — Trop. ms. Vedastinum saec. 11. Cod. Cameracen. 76 (75). E. — Trop. ms. Wintoniense saec. 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. F. — Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. G. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. H. — 1, 2 videt E. — 2 fehlt BCD. — 2 haec quoque AEH; possit G.

748. In sancti Stephani.

1. Intuitus caelum beatus Stephanus ait:
Video caelos apertos et Iesum stantem a dextris virtutis Dei;
2. Grandine lapidum mox moriturus sanctus Stephanus spe vitae manentis laetabundus ita dicebat:
Domine Iesu, accipe spiritum meum et ne statuas illis hoc peccatum.

Trop. ms. Martialense anni 933—36. Cod. Parisin. 1240. A. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. B. — Trop. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1871. C. — Trop. ms. S. Aredii Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 903. D. — Trop. ms. S. Augustini Lemovicensis saec. 11. Cod. Parisin. 1119. E. — Trop. ms. Sammaglorianum saec. 12. Cod. Parisin. 13252. F. — Trop. ms. Wintoniense saec 10. ex. Cod. Oxonien. Bodl. 775. G. — Trop. ms Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. H. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV. I. — 2 fehlt CE; statt dessen: Et sitientes eum extra civitatem lapidabant invocantem Dominum et dicentem: Domine Iesu etc.

749. De Communi Apostolorum.

1. Lucratis populis solium vos scandere caeli
Concedo clemens, quia sancto flamine plenos
Ego vos elegi de mundo, ut eatis et fructum afferatis
2. Christicolas cuneos mihi commendando fideles,
et fructus vester maneat.

Trop. ms. Wintoniense saec. 11. Cod. Coll. Corp. Christi Cantabrigien. 473. A. — Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) B. — 1. 1 solum vos B. — 1, 2 Concede AB. — In A als de Communi Confessorum.

750. De Communi Martyrum.

1. Qui pariter cernunt moderamine cuncta, eia,
Ecce, oculi Domini super metuentes eum et in eis, qui sperant super misericordia eius,

2. Est quae sola suis fiducia maxima servis,
ut eripiat a morte animas eorum.
3. Sponte sua qui dant pro Domino corpora leto.
quoniam adiutor et protector noster est.

Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV.

751. De uno Martyre.

1. Quem verum genui natum, verax pater ipse
Semel iuravi in sancto meo: Semen eius in aeternum permanebit, et sedes eius sicut sol in conspectu meo etc.
2. Haec meus accipiet. quae sunt promissa, fidelis,
Quicunque fecerit voluntatem patris mei etc.

Trop. ms. Glastoniense (?Cantuariense) saec. 11. ex. (et 12.) Cod. Londinen. Calig. A XIV.

C. Communiones Rhythmicae.

752. Pro Pace.

1 Tu verus pater pauperum,
Verus indultor criminum,
Dator pacis et supplicum
Exauditor fidelium,
5 Mitte pacis solacium
Et fructus pacis cordium.

Miss. Pictaviense imp. Parisiis 1498.

753. In Corporis Christi.

1 Ave, salutis hostia,
Quae vitae confers praemia,
O lux mundi et gloria,
Cuncta repelle noxia,
5 Et a mundi miseria
Nos duc ad caeli gaudia.

Miss. ms. Vodniacense saec. 14. Cod. Mus. Bohem. XIV A 8. A. — Grad. ms. Pragense anni 1551. Cod. Capit. Pragen. P 10. B. — Miss. ms. Pragense saec. 15. Cod. Mus. Hungarici 93. C. — 2 Quae mundo confers B. — 4 repellas C, pelle AB: iurgia (st. noxia) B. — 5 Et de mundi C. — 6 Duc (nos B) ad aeterna gaudia BC.

754. De Compassione Beatae MV.

1 De cruce depositum
videns corpus Christi
Maesta mater lacrimans
atque vultu tristi
5 Dixit: O dulcissime
fili, quid fecisti,
Quod has poenas asperas
et mortem subisti?

Miss. Lingonense imp. Trecis 1549. — Scheint ein Bruchstück aus einer gröfseren Dichtung zu sein.

755. De Beata Maria V.

Pater summae pietatis,
Audi preces tuae matris,
Te laudantes in excelsis
Caeli iunge gaudiis.

Trop. ms. Wingartense(?) saec. 13. Cod. Stuttgardien. HB. I Asc. 95.

756. De Beata Maria V.

Ave, regina caelorum,
Mater, regem angelorum
Nobis placa et supplica,
Ut ipsius praesentia
Perfruamur in gloria.

Miss. ms. S. Coronae saec. 13. Cod. Pragen. I B 10. add. saec. 14. — Gleicher Anfang bei den Alleluia-Tropen.

757. De Beata Maria V.

1. Ave, regina virginum,
Ave, virgo christifera.
Generans ex te Dominum,
Sola virgo puerpera,

2. Surge, venire propera.
Labes absterge criminum,
Et dignis propter scelera
Poenis impone terminum.

Miss. Ambianense imp. Parisiis 1487.

758. De Beata Maria V.

1. Dulcis mater, maris stella,

2 a. Contra naufragium
Et exterminium
Nostrum accelera;

2 b. In tuo gremio
Praesenta filio
Pectus et ubera,

2 c. Et patri filius
Praesentet praevius
Latus et vulnera,

3. Ne mergamur sub procella.

Miss. Laudunense imp. Parisiis 1491.

759. De Beata Maria V.

1 a. Quid, naturae parvitas.
Stupes, quod virginitas
Est in matre?

1 b. Hoc effecit deitas,
Cuius est humanitas
Sine patre.

2 a. In hoc mundi vespere
De sinu puerperae
Sol processit;

2 b. Qui redemit libere
Nos, quos sortis miserae
Culpa pressit.

3 a. Virgo, quae sic parere
Singulari genere
Meruisti,

3 b. Mundi mundans latere,
Fac nos tecum vivere,
Mater Christi.

Miss. Laudunense imp. Parisiis 1557. — 1 b, 1 efficit. — 3 b, 1 mundas. — Man vgl. das Rhythm. Offertorium „Praeter rerum seriem“ (Nr. 655).

760. De Beata Maria V.

1 a. O regina,
Saeculi salvatrix
Sempiterna;

1 b. O domina,
Fidei firmatrix,
Nos adiuva.

2. Ora pro nobis, pia,
Iesum, tuum filium,
Ut nobis auxilium
Conferat, dulcis Maria.

Miss. Ebroicense imp. Rotomagi 1497. — 1 a, 2 Saeculi firmatrix; umgekehrt 1 b, 2 Fidei salvatrix.

761. De Beata Maria V.

Vera fides geniti purgavit crimina mundi,
Et tibi virginitas inviolata manet.

Miss. Baiocense imp. Rotomagi 1501. A. — Miss. Lexoviense imp. Cadomi 1517. B.

762. De Beata Maria V.

1 a. O qualis femina,
Cunctorum domina,

1 b. Post Deum unica
Spesque salvifica!

2 a. Ergo vota tuorum
Servorum

2 b. Suscipe, virgo pia
Maria.

Miss. S. Martini Maioris Monasterii imp. Turonibus 1508. — 2 b, 1 pia virgo.

763. De sancta Anna.

1 Ave, David regis nata,
Virga Iesse fecundata,
O radix alti germinis,
Mater Mariae virginis.

5 Funde preces cum filia
Ad summi patris filium
Pro salute fidelium.

Grad. ms. Augustinorum saec. 15. ex. Cod. Capit. Aquisgranen. XXIX. A. — Grad. ms. Murbacense saec. 15. Cod. Colmarien. 427. B.

764. De sancta Barbara.

Barbara, virgo pia, martyrum flos et lucerna,
Per tua praesidia pete nobis regna superna.

Miss. Rotomagense imp. Parisiis 1527.

765. De sancto Blasio.

1 a. O vir magnae sanctitatis
Et immensae pietatis,

1 b. Omnes tibi famulantes
Et per aevum venerantes

2 a. Ab inferni tempestate
Tua magna potestate

2 b. Libera nos, martyr sancte,
Ut possimus Deo dante

3. Paradisum possidere.

Miss. ms. Senonense saec. 15. Cod. Parisin. 880. 2.

766. De sancto Claudio.

1 a. Gloriose praesul Christi,
Claudi, vir sanctissime,

1 b. Duc nos tecum, quo ivisti,
Post Christum piissime,

2. Intercede pro nostra
omniumque salute.

Miss. seu Sacrament. Aniciense imp. Lugduni 1527. — 1 a, 2 Claudii sanctissime.

767. De sancto Francisco.

1 a. O Francisce, lux solaris,
Crucifixe singularis.

1 b. Tu sigillum summi ducis,
Quod signavit clavis crucis.

2 a. Crucis lator cordialis,
Princeps pugnae spiritalis.

2 b. Pauperum tu patriarcha,
Castitatis vas et arca.

3 a. Latus rubens nova rosa,
Caritatis textus, glosa.

3 b. Post te currit tua schola
Pede nuda, vili stola.

Miss. Fontisebraldense imp. Parisiis 1606. — Vgl. das Reimgebet gleichen Anfanges bei Roth, Nr. 342.

768. De sancto Gabriele.

1. O Gabriel,
refove flebiles,
Aegros sana,
conforta debiles.

2. Fac nos mites
semper et humiles
Et in fide
fortes et stabiles.

Miss. ms. Guillermitarum Parisiensium saec. 14. Cod. Parisin. 834. A. — Miss. Romanum imp. Venetiis 1508. B. — Miss. Senonense imp. Senonibus 1556. C.

769. De Beata MV. et s. Genovefa.

1 Ave, virgo christifera,
Ave, virgo Genovefa.
Desolatis succurrite,
Preces semper effundite
5 Dei patris ad filium
Pro salute fidelium.

Miss. ms. Sangenovefianum saec. (13. 14.) 15. Cod. Sangenovefian. 90.

770. De sancto Godone.

Pastor, ad ingressum caeli gregis erige gressum,
Ut caeli cursum capiamus aethere sursum
Et sic curramus, quo eo tecum veniamus.

Miss. Lingonense imp. Trecis 1520. A. — Miss. Lingonense imp. Trecis 1549. B.

771. De sancto Hilario.

1 a. Gloriose
praesul, Hilari,

1 b. Servos tuos
fac operari,

2 a. Sic, ut beata trinitas,
Cuius est per te veritas

2 b. Manifestata gentibus,
Nos locet in caelestibus.

Miss. Pictaviense imp. Parisiis 1498. A. — Miss. Lingonense imp. Trecis 1520. B. — 2 b, 2 Nos lucet A.

772. De sancta Katharina.

Sponsus amat sponsam, salvator visitat illam,
Fraglat odor dulcis, caeli dant agmina laudes.

Miss. Fontisebraldense imp. Parisiis 1606. — 2 Flagrat.

773. De sancto Leonardo.

1 a. Leonardum nunc laudemus,
Suffragium postulemus,
Canamus nunc Alleluia.

1 b. Mentes nostras elevemus,
Corda nostra roboremus
Ad cantandum Alleluia.

2 a. Cui ferrum oboedivit,
Catenas multas contrivit,
Decantemus Alleluia.

2 b. Et ut solvat nos ligatos,
Det semper esse paratos,
Ut cantemus Alleluia.

Miss. Fontisebraldense imp. Parisiis 1606.

774. De s. Maria Magdalena.

1. Ave, vitiis purgata,
Ave, Deo facta grata,
Roga tuum amatorem,
Iesum Christum, redemptorem,
Ut criminum det veniam
Nobis ad caeli gloriam.

2. O beata Magdalena,
Gratia divina plena,
Festa tua celebrantes
Redde tui et ferventes,
Ut possint sine termino
Laudes referre Domino.

Miss. Fontisebraldense imp. Parisiis 1606. — 2, 4 Redde tuo.

775. De sancta Martha.

1 O quam dulcis et quam pia
est Christi clementia,
Qui pro Marthae et Mariae
sororum instantia
5 Lazarum resuscitavit
a mortis angustia.

Brev. Andegavense imp. Parisiis 1551. — (In der Messe der hl. Martha).

776. De sancto Maturino.

1 a. Beatus Maturinus,
Cui modo consolamen

1 b. Praestat cibus polinus,
Fundat pro nobis precamen,

2 a. Hoc ut mundo
pie vivamus

2 b. Et futuro
pacem legamus.

Miss. Rotomagense imp. Parisiis 1527. — 1 b. 1 polinus = caelestis.

777. De sancta Ursula.

Splendor lucis aeternalis,
Iesu, dator gloriae,
Prece chori virginalis,
Congaudentis hodie,
Nos defendas infernalis
A fletu maestitiae.

Miss. Caesaraugustanum imp. Caesaraugustae 1531. — 5 defendat.

VI.

APPENDIX.

TROPI SUPER „LIBERA“ ET „MEDIA VITA“.

Tropi super „Libera“ et „Media vita“.

Praeambulum.

Der Liturgiker wird entscheiden müssen, ob das „Libera me Domine“ ursprünglich dem Breviere oder dem Missale eigen ist: die Entscheidung wird wohl zugunsten des Brevieres ausfallen. — Eine andere Frage ist, ob die vorzulegenden Tropen dem „Libera“ des Missale oder des Totenoffiziums im priesterlichen Stundengebete zuzuweisen sind. Einige, wie die Nr. 783 sicher, gehören wohl zum „Libera“ des Offiziums, hätten also ihren eigentlichen Platz bei den später zu publizierenden Tropi Antiphonales. Ich trennte sie jedoch nicht gerne von den Libera-Tropen des Graduale. Weil obendrein alle unter der vagen Rubrik eines „Appendix“ vereinigt sind, wird man über die Rubrizierung nicht streiten wollen. — Unter der gleichen Flagge des „Appendix“ schienen mir auch die Tropen zum „Media vita“, die dem Inhalte nach den Tropen zum „Libera“ gleichartig sind, mitfahren zu dürfen.

778. De Die Novissimo.

1. Audi, tellus; audi, magni maris limbus;
Audi, homo; audi, omne, quod vivit sub sole:
Veniet, prope est * dies irae supremae,
Dies invisa,
Dies amara,
Qua caelum fugiet,
Sol erubescet,
Luna mutabitur, dies nigrescet,
Sidera super terram cadent.
R. Heu, miseri,
Heu, miseri!
Quid, homo, ineptam
Sequeris laetitiam?

2. Bene fundata hactenus mansit terra;
Tunc vacillabit velut maris unda.
Non erit civitas, * non castella, non turres,
In quibus vana
Nunc spes exsultat.
Siccabuntur flumina,
Mare non erit,

Chaos immane os denudabit,
Tartarus horrens hiabit.
R. Heu, miseri,
Heu, miseri!
Quid, homo, ineptam
Sequeris laetitiam?

3. Cunctae gentes velut lignum arescent,
Non erit robur [ullus] in illis;
Undique terrores, * undique formidines,
Undique luctus,
Undique clades.
Tunc dicent montibus:
„Operite nos"; collibus:
„Et abscondite nos ocius;
Talia cernere non possumus."
R. Heu, miseri,
Heu, miseri!
Quid, homo, ineptam
Sequeris laetitiam?

4. Dies illa tam amara, tam tremenda,
Dies illa dira nuntiabit signa;
Rugient maria * sicut leo in silva,
Littori nova
Mandabunt proelia.
Commeatus navium
Ibunt in interitum;
Non transmarinae quaerentur merces;
Cis pontum et citra lues.
R. Heu, miseri,
Heu, miseri!
Quid, homo, ineptam
Sequeris laetitiam?

5. Erunt signa in sole et luna et stellis,
Gentium pressura in terris;
Surget gens in gentem, * et regnum contra regnum;
Et terrae motus
Magni per loca;
Pestilentiae et fames,
De caelo terrores,
Bella et lites, vix ulla fides;
Divident dulces schismata fratres.
R. Heu, miseri,
Heu, miseri!
Quid, homo, ineptam
Sequeris laetitiam?

6. Fraus, dolus et dira cupido
Iam regnant in toto mundo;
Praevalet impius, * laude dignus est pravus;
Probitas horret,
Sanctitas displicet;
Versutus est optimus,
Utilis est subdolus,
Hebes est innocens, sanctus iniustus,
Gradiens recte perversus.
R. Heu, miseri,
Heu, miseri!
Quid, homo, ineptam
Sequeris laetitiam?

7. Gladius vindex et ira caelestis
His protinus imminet malis.
Solvetur Satanas, * seducet omnes gentes,
Vestiens carnem
Homo videbitur,
Qui, cum sit de semine
Natus iniquo,
Dicet se de virgine procreatum,
Praebens se, tamquam sit Deus.
R. Heu, miseri,
Heu, miseri!
Quid, homo, ineptam
Sequeris laetitiam?

8. Hic regem caeli se praedicabit,
In templo Dei sedebit,
Pervertet populos * arte mira nocendi;
Cupidos namque
Flectet muneribus,
Fortes in fide,
Constantes in opere
Terrebit signo, pulsabit poenis,
Disertos verbo eludet verbis.
R. Heu, miseri,
Heu, miseri!
Quid, homo, ineptam
Sequeris laetitiam?

9. Ille nutu permissus superno
Regnabit in toto mundo;
Gentibus populis * credere suadebit,
Faciet mira
Portenta magna,
Colliget discipulos
Versutos et callidos,

Lingua peritos, vita malignos,
Quos totum mittet in mundum.
R. Heu, miseri,
Heu, miseri!
Quid, homo, ineptam
Sequeris laetitiam?

10. Karactere nominis sui nefandi
Homines iubet insigniri,
Dividat proprios * ut a coetu sanctorum;
Hic arma sumet
Contra beatos;
Nerone saevior,
Decio atrocior
Flammis et ferro, bestiis terrae
Corpora tradet beatorum.
R. Heu, miseri,
Heu, miseri!
Quid, homo, ineptam
Sequeris laetitiam?

11. Laureas sumunt martyres Christi
Fidei armis praecincti,
Respuunt honores, * contemnunt cruciatus,
Nec blandimentis
Pectora molliunt;
Terminum ecclesiae
Consecrabunt sanguine,
Ut velut principium sit finis quoque
Simili radians fulgore.
R. O quam beati,
Qui nondum nati
Iam cives aeternae
Scripti estis patriae!

12. Magnum praesidium sanctis suis
Christus mittet a sedibus almis,
Eliam et Henoch, * candelabra lucentia,
Magnos praecones,
Testes mirabiles.
Hi dabunt prodigia,
Signa et portenta;
Confortabunt trepidos, convertent Iudaeos,
Antichristo contradicent.
R. O quam beati,
Ad hoc praeparati,
A metu carnis
Penitus alieni!

13. Nulla in eos valet potestas,
Donec ponant animas sanctas,
Eorumque linguae * claves caeli sunt factae;
Nubibus dicent,
Ne pluant imbrem;
Ipsorum ab ore
Ignis exibit,
Qui resistentes mox devorabit,
Debitum donec compleant cursum.
R. O quam beati
Ad hoc praeparati
Tanto in turbine
Navem Christi gubernare!

14. Occidet eos tandem profanus
Nutu Dei permissus.
Eorum corpora * iacebunt insepulta;
Tertia die
Resurgent incolumes.
Inimici videbunt
Et confundentur.
Illi resurgent, in caelum conscendent
Triumphos gloriae portantes.
R. O quam beati
Ad hoc praeparati
Tanto in turbine
Navem Christi gubernare!

15. Post gloriosos horum triumphos
Acuet hostis iram iniquus
Modico tempore * utpote regnaturus;
Saeviet die,
Saeviet nocte.
Vendere non poterunt,
Emere nequibunt
Nisi charactere notati fronte,
Dextera gestantes hoc nomen.
R. Heu, miseri,
Heu, miseri!
Quid, homo, ineptam
Sequeris laetitiam?

16. Quanti mundum premunt errores!
Ille superbus respuet omnes.
Pseudoprophetae * hostes erunt immanes,
Seducent gentes,
Populos subvertent,
Erigent statuam
Illi profano.

Spiritum sumet bestiae imago,
Loquetur verba inaudita.
R. Heu, miseri,
Heu, miseri!
Quid, homo, ineptam
Sequeris laetitiam?

17. Rumpet abyssum stella de caelo
Monens reprobos praevio signo:
Erumpent locustae * hactenus nunquam visae,
Similes equis
Bello paratis,
Galeato vertice,
Loricato corpore,
Caudis ut scorpius aculeatae,
Facies illis humanae.
R. Heu, miseri,
Heu, miseri!
Quid, homo, ineptam
Sequeris laetitiam?

18. Stridor alarum ut sonus aquarum,
Dentes earum dentes leonum;
Volabunt celeres, * rugient ut quadrigae.
Angelum ergo
Ferunt abyssi,
Quem Hebraeus Abaddon,
Graecus Apollyon,
Exterminantem dicit Latinus:
Tormentum malis mensibus quinis.
R. Heu, miseri,
Heu, miseri!
Quid, homo, ineptam
Sequeris laetitiam?

19. Truces per mundum equites currunt,
Tertiam partem hominum occidunt,
Vicies milies * milia erunt dena.
Sicut leonum
Capita eorum;
Caudae eorum
Capita serpentium.
Ignis et sulphur, pestifer fumus
Prodiet ore ipsorum.
R. Heu, miseri,
Heu, miseri!
Quid, homo, ineptam
Sequeris laetitiam?

20. Uesano redactae gentes errore
Congregabuntur Satana duce,
Proelium facturae * contra regem supernum:
Hebraeus dicit
Locum Armageddon.
Castra sanctorum,
Civitatem dilectam
Tunc circumdabunt; igne superno
Omnes ibi peribunt.
R. Heu, miseri,
Heu, miseri!
Homo, quid ineptam
Sequeris laetitiam?

21. Xristus ab alto rutilans regno
Crucis descendet praevio signo;
Sanctorum cum eo * agmina angelorum:
Omnes prophetae
Et patriarchae,
[Cuncti] apostoli,
Martyres purpurei,
Confessores lucidi, virginum chori
Virtutum lampade praeclari.
R. Veni, benigne
[Iesu], rex pie,
Subveni redemptis
Pretioso sanguine.

22. Ydrus peribit ille superbus;
Iesu apparente prostratus
Capiet aeternos * Satanas cruciatus.
Caelum desursum,
Terra deorsum,
Ignis in medio
Succendens cuncta,
Tempestas ingens contra damnandos
Iudice pugnabunt praesente.
R. Heu, miseri,
Heu, miseri!
Spes quibus ianuae
Nulla est reserandae.

23. Zelo superni iudicis cuncta
Visitabuntur cordis occulta;
Verborum, operum, * ipsius cogitatus
Tunc rationem
Omnes reddemus.
Arguet, interius
Qui videt, exterius.

Ante quem nuda et manifesta
Sunt cuncta, et non secreta.
R. Heu, miseri,
Heu, miseri,
Spes quibus ianuae
Nulla est reserandae!

24. Alpha et Omega, Iesu benigne,
Qui tenes claves mortis et vitae,
Arbiter vivorum * qui es et mortuorum,
Rex, Christe, nostra
Posside corda,
Ut laeti iudicem
Te venientem
Cum virtutum lampade mereamur videre
Tua certi de pietate.
R. Gloria patri
Et tibi, nate,
Sancto cum spiritu
Canimus sine fine.

Epistolar. ms. Anianense saec 10. Cod. Montispessulan. 6. add. saec. 10/11. — 4, 3 Rugiet. — 4, 6 Cum meatu navium. — 6, 2 Regnat. — 8, 9 Disertor. — 10, 3 Dividet. — 11, 5 molliant. — 11, 9 radiant. — 14, 5 Resurgent in edomes. — 15, 2 ira iniquis. — 17, 1 abissus stellam. — 17, 2 Novos (st. Monens). — 17, 6 Galeatos. — 17, 7 Loricatos. — 19, 2 hominis occidunt. — 20, 2 Satanam. — 22, 13, reseranda. — 23, 5 reddebimus. — 23, 8 Ante quam. — 23, 9 Et non sunt cuncta secreta.

Im Jahre 1863 publizierte der damalige Bibliothekar der Stadtbibliothek zu Montpellier, M. Paulin Blanc, diesen „magnifique chant du dernier jour“ in 2. Auflage und zwar in eigener Broschüre „Prose de Montpellier ou Chant du dernier Jour, composée pour l'an Mille, déja publiée d'après un manuscrit de l'abbaye d'Aniane“ (Paris, I. Lecoffre, 1863), nachdem er 1850 den Text dieses Liedes im 3. Bd. der „Mémoires de la Société Archéologique de Montpellier“ mitgeteilt hatte. Darauf hatte Coussemaker demselben seine Aufmerksamkeit zugewendet. — Obgleich Blanc versichern konnte „Le monde savant se montra ému de cette grande composition musicale“, scheinen doch alle Hymnologen die Dichtung übersehen zu haben. Auch im Repertorium Hymnol. Chevaliers sowie in dessen Supplementum fehlt dieser interessante Abecedar. Allerdings gibt die Melodie ihm den Hauptwert: dieselbe bietet zugleich einen Anhaltspunkt für die Versabteilung:





Diese Melodie ist für alle 24 Strophen die gleiche, allerdings mit einigen Ungleichheiten, wie ja auch der Text der Strophen kein Ebenmafs aufweist. Betreffs dieser Melodie verweise ich für nähere Aufschlüsse auf Blanc — Das Textliche und den Strophenbau selbst hat letzterer nicht näher besprochen. Abgesehen vom Rundreim zerlegt er jede Strophe in 7 Verse. Jeder dieser Verse zerfällt durch eine gewisse Cäsur in 2 Teile, welche oftmals Assonanz der Endsilben aufweisen; die Cäsur hat jedoch in dem gleichen Verse der verschiedenen Strophen einen verschiedenen Platz, wie auch die Silbenzahl der sich entsprechenden Verse meist verschieden ist. Eine Ausnahme macht jeder dritte Vers der 24 Strophen; er hat immer 13 Silben, und die Cäsur fällt regelmäfsig nach der sechsten Silbe mit dem Wortende zusammen; ich habe diese Cäsur durch einen Asteriscus * hervorgehoben. — Jeder vierte Vers zerfällt durch die Melodie in 2 Teile, deren jeder in der Regel je fünf Silben umfafst; daher habe ich die vierte Langzeile immer in zwei kleinere Verse zerlegt (Vers 4 und 5). — Auch für die fünfte Langzeile Blancs erheischt die Melodie Zerlegung in 2 Teile, deren jeder im wesentlichen die gleiche Melodie hat (Vers 6 und 7).

Es ist zu bedauern, dafs für diese interessante Dichtung nur die bezeichnete Handschrift von Montpellier vorliegt, die obendrein, wie Blanc vermutet, die Kopie eines noch älteren Originales ist. Nur in einer Karls-

ruher Handschrift (Cod. XXXVI) des 11. Jahrhunderts hat bereits Mone die erste Strophe angetroffen (Mone I, Nr. 294) und sie als Bruchstück eines gröfseren Ganzen erkannt, welches letztere er in der bezeichneten Broschüre Blancs hätte finden können. Das Bruchstück in der Karlsruher Hs., welches, wie die Hs. selbst, aus dem 11. Jahrhundert stammt, ist von gröfstem Interesse wegen des Schlusses der ersten Strophe. Statt des Rundreimes lesen wir nämlich dort:

Heu, heu, quid nos peccatores et miseri
in die illa tremenda sumus facturi,
quando [caeli movendi sunt et terra]?

Hier sehen wir schon die Tropierung des „Libera me Domine“ auftreten. Auch die Cantio in der Hs. zu Montpellier nimmt offenbar Bezug auf einen Passus aus dem „Libera“: man vergl. nur mit dem Abschnitt: „Dies illa, dies irae, calamitatis ... dies magna et amara valde“ des Libera die Verse 1, 3 u. 5 nebst 4, 1 u. 2. (Selbstredend lehnt sich die berühmte Sequenz „Dies irae, dies illa“ an diesen Abschnitt aus dem „Libera“ an.) Aber sie selbst ist kein Tropus zum Libera, auch nicht eine eigentliche „Prose“, wie sie Blanc betitelt, sondern eine Cantio. Trotzdem bringt ihr Inhalt und namentlich ihre Adaptierung in der Karlsruher Hs. sie in die innigste Beziehung zu den Libera-Tropen. Und weil obendrein der gleich folgende Libera-Tropus (Nr. 779) für den Anfang eine Entlehnung aus unserer Cantio macht, glaubte ich ihr einen Platz in diesem Appendix bei den Tropen zum „Libera“ anweisen zu dürfen. — Wie geläufig der Anfang unserer Cantio im ausgehenden Mittelalter und später war, bekundet ein Zitat Daniels (I, p. 292) aus der „Postilla V. Herbergeri: Heute redet er in eigner Person von seinem herrlichen, königlichen Einzuge, den er mit grofser Pracht und Majestät halten wird am jüngsten Tage. Wer Ohren hat zu hören, der höre Audi, tellus, audi, magni maris limbus.“

779. Super „Libera me Domine“.

1. Audi, tellus, audi, magni maris limbus,
Audi, omne, quod vivit sub sole:

2 a. Huius mundi
decus et gloria
Quam sint falsa,
quam transitoria,

2 b. Contestantur
haec temporalia,
Non in uno
statu manentia.

3 a. Nihil enim
regalis dignitas,
Nihil valet
corporis quantitas,

3 b. Nil artium
valet profunditas,
Nihil diis
falsa divinitas.

4 a. Nullum salvat
genus aut species,
Nulli prodest
auri congeries;

4 b. Transit enim
rerum materies,
Ut liquescit
a sole glacies.

5 a. Ubi Plato,
ubi Porphyrius,
Ubi Flaccus,
aut ubi Darius?

5 b. Ubi Caesar,
ubi Virgilius,
Ubi Varrus,
ubi Pompeius?

6 a. Alexander
rex ubi maximus,
Aut Achilles
ubi magnanimus?

6 b. Cum Helena
Paris pulcherrimus,
Hector Troum
ubi fortissimus?

7 a. Transierunt
leges mortalium
Per unius
diei spatium.

7 b. Sed tu, Deus,
rector fidelium,
Fac te nobis
pie propitium,

8. Cum de malis
fiet iudicium
In die illa tremenda,
Quando caeli movendi sunt et terra.

Trop. ms. Wingartense ?) saec. 13. Cod. Stuttgardien. HB I Asc. 25. A. — Collat. ms. Cassiani (Altahen.) saec. 11. Clm. Monacen. 9552. add. saec. $13^{/}14$. B. — Collect. ms. Altahense saec. 14. Clm. Monacen. 9640. add. saec. 14. C^1. — Collect. ms. S. Udalrici Augustani saec. 15. Clm. Monacen. 4380. C^2. — Grad. ms. Iistebnicense saec. 15. in. Cod. Mus. Bohem. XII F 14. D. — Miss. ms. Viridis Silvae anni 1466. Cod. Paulan. 25. 2. 30. (Blas. memb. 59.) E. — Oration ms. Neerlandicum saec. 15. Cod. Vindobonen. (Fideikommifs-Bibl.) 7970. F. — Collect. ms. Victorinum saec. 15. Cod. Parisin. 15163. G. — (C^2 nicht kollationiert).

Str. 1 (Introductio, wozu man vgl. Nr. 774) fehlt BCE. — 1, 1 maris nimbus F. — 2a, 3 falsa sint C, sit falsa D: Tam sunt falsa FG. — 2a, 4 et quam C. — 2b, 1 Protestantur D, Quod testantur G, Ut testantur F. — 2b, 2 enim (am Rande nachgetragen) haec. A. — 3a und 3b lauten in G:

Nil artium valet profunditas,
Nihil prodest magna nobilitas,
Nihil iuvat regalis dignitas,
Nullum salvat corporis quantitas.

3a und 3b umgestellt F. — 3a, 1 Nihil iuvat (st. enim) F, Nihil valet D. — 3a, 3 Nullum salvat F. — 3a, 4 honoris quantitas D. — 3b und 4a umgestellt D. — 3b, 1 Nihil artium B. — 3b, 2 valet fehlt A: latens (st. valet) B. — 3b, 3 Nil valet diis A. — 3b, 3 und 4 lauten in D: Nihil valet carnis iucunditas; in F: Nulli prodest magna nobilitas. — 4a und 4b lauten in F und G (in gekürzter Form):

Sic non (nec G) prodest genus aut species,
Sed ruunt ut a sole glacies.

4a, 2 genus vel BC, genus et A. — 4b fehlt B. — 4b, 1 Transierunt (enim fehlt) D. — 4b, 2 vera (st. rerum) C. — Die Beispiele in den Str. 5 und 6 wechseln fast in allen Quellen. Ich legte durch obigen Text jenen aus A vor, abgesehen von 5a, 1, welcher Halbvers in A lautet „Ubi Paris" (cfr. 66, 2).

B hat folgenden Wortlaut:

5. Ubi Caesar, ubi Pompeius,
Ubi Porus vel ubi Darius,
Ubi Plato, ubi Virgilius,
Ubi Flaccus, ubi Porphyrius?

6. Alexander rex ubi maximus,
Atque Achilles ubi magnanimus,
Cum Helena Paris pulcherrimus,
Ubi Hector Troum fortissimus?

C hat folgenden Wortlaut:

5. Ubi Plato, ubi Pompeius,
Ubi Porus, ubi Porphyrius,
Ubi Caesar, ubi Virgilius,
Ubi Flaccus aut ubi Marius?

6. Alexander rex ubi maximus,
Ubi Hector Troum fortissimus,
Ubi Helena, Paris pulcherrimus,
Ac Achilles ubi magnanimus?

DE stimmen mit C ziemlich überein; folgende Varianten sind zu verzeichnen:

5, 2 Porus aut ubi Darius D; Pomphirius E. — 5, 4 Ubi Darus aut ubi Darius E, Ubi Flaccus, ubi Porphyrius D. — 6, 3 Troiae D; Hector Troum ubi f. E. — 6, 3 Cum Helena DE. — 6, 4 Aut (st. Ac) DE. — Zwischen 6, 2 und 6, 3 ist in D noch eingeschoben:

Ubi Nero, princeps vilissimus,
Aristoteles ubi doctissimus,
Ubi Samson, dux potens, virilis,
Ubi Salomon, gloria sapientiae,
Avicenna ubi et Averroes,
Commentator ubi et Seneca?
Ceciderunt in profundum ut lapides;
Quis scit, si datur eis requies?

FG, wie durchweg, haben auch in den Str. 5 und 6, die noch um eine weitere vermehrt ist, fast gleichen Wortlaut:

5. Cum Helena Paris pulcherrimus,
Aut Achilles ubi magnanimus?
Ubi Plato, ubi Porphyrius,
Ubi Tullius et Virgilius?

6′. Ubi Diomedes, Empedocles
Vel egregius Aristoteles,
Alexander ubi rex maximus,
Ubi Hector, Troiae fortissimus?

6″. Ubi Samson, vir durissimus,
Ubi Salomon prudentissimus,
Ubi David, vir ditissimus,
Ubi Absalon, vir pulcherrimus?

Schon der zerstörte Reim verrät in den Strophen aus DF und G die spätere Zutat. — Str. 7a steht in D nach Str. 4b. — 7a, 2 legem B. — 7a, 4 momenti (st. diei) FG. — 7b, 1 Sed o Christe A, Sed tu Christe D; Pie Deus FG. — 7b, 3 sq. te bone nobis propitium A. — 7b, 4 Christe (st. pie) BE, semper (st. pie) CFG. — 8, 1 Dum D; de nobis C. — Str. 8 fehlt A; statt dessen die Zutat:

Iudex clementissime,
In regnum tuum suscipe me,
Quem pretioso sanguine
Dignatus es redimere.

Fast alle Quellen bieten auch die Melodie dieses Tropus, der in E bezeichnet ist als „Prosa seu sequentia pro defunctis“, in G als „Prosa in officio mortuorum“. — Bislang war nur jener Text bekannt, den Rambach ohne Quellenangabe in seiner Anthologie (I, p. 361) unter dem Titel „Canticum de morte“ vorgelegt hatte (abgedruckt bei Daniel I, p. 350). Hauréau (Notices et extraits, IV, p. 332) bemerkte zu diesen Editionen: „Mais ces deux éditions sont tellement défectueuses qu'on peut les qualifier d'incompréhensibles“, weshalb er (a. a. O.) den Text aus G publizierte, ohne den eigentlichen Charakter dieses Liedes als eines Tropus zum „Libera“ zu erkennen. — Wie schon aus den vielen Varianten hervorgeht, war der Tropus ein viel gesungener.

780. Super „Libera me Domine“.

Quando caeli movendi sunt et terra,

1a. Fletus et stridor dentium
Inter turmas gentium
Erit infinitus;

1b. Nil valebunt rhetoricae
Artes nec sophisticae
Nec legisperitus.

2a. Terra tremet,
Mare fremet,
Ignis pluet,
Sanguis fluet
Super rivos fontium;

2b. Sol nigrescit,
Dolor crescit,
Leo rugit,
Homo fugit
Ad cavernas montium.

3. Terrae superficies
Ardebit, et materies
Caeli renovatur.

4. Corda patebunt nuda,
Leo de tribu Iuda
Arcana contemplatur.

5. Rubra veste, Spina teste,
Iudicabit, Separabit
Nationes gentium.

6. Nunc clamemus omnes rei:
Miserere, miserere,
Miserere, fili Dei,
Miserator omnium,
Quando caeli movendi sunt et terra.

Collect. ms. Benedictoburanum saec. $^{12}/_{13}$. Clm. Monacen. 4612. add. saec. 13. A. — Trop. ms. Diessense saec. 14. Clm. Monacen. 5539. B. — Miss. ms. Viridis Silvae anni 1466. Cod. Paulan. 25. 2. 30. (Blas. memb. 59). C. — Cantion. ms. Pragense saec. 14. Cod. Pragen. V H 11. D. — Grad. ms. Iistebnicense saec. 15. in. Cod. Mus. Bohem. XII F 14. E.

1a, 2 turbas DE. — 2a, 3—5 und 2b, 3—5 umgestellt BE. — 3b, 3 rugiet BCE. — 3b, 4 fugiet BCE. — 3b, 5 In DE; cavernis E. — 3, 2 maceries CE, maneries B. — 3, 3 Caelum renovabitur C; renovantur B, renovabuntur E. — 4, 3 contemplantur AE. — 5, 1 Spica teste E. — 5, 2 Et parabit (st. Separabit) A. — 6, 1 omnes regi A. — 6, 2 fehlt AB. — Die Melodie, nach der in den Strophen 3—6 kein Parallelismus vorhanden ist, obgleich ihn der Text vermuten liefse, ist von solchem Interesse, dafs ich dieselbe (nach D) folgen lasse:




San - guis flu - et Su - per ri - vos fon - ti - um.
Ho - mo fu - git Ad ca - ver - nas mon - ti - um.
3. Ter-rae su - per - fi - ci - es Ar - de - bit, et ma - te - ri - es
Cae - li re - no - va - tur. 4. Cor - da pa - te - bunt
nu - da, Le - o de tri - bu Ju - da Ar - ca - na
con-tem - pla - tur. 5. Ru-bra ve - ste, Spi - na te - ste,
Ju - di - ca - bit, Se - pa - ra - bit Na - ti - o - nes gen - ti-um.
6. Nunc cla - me - mus om-nes re - i: Mi - se - re - re,
Mi - se - re - re, Mi - se - re - re, fi - li De - i,
Mi - se - ra - tor om - ni - um.

781 a. Super „Libera me Domine".

1. *Dum venerit filius hominis*
Iudicare saeculum per ignem,

2. Dicet iustis
ad dexteram positis:
„Venite, benedicti,
Vobis dare
regnum disposui".
O felix vox,
felix promissio,
Felix dator,
felix et datio!

3. Dicet impiis
ad laevam positis:
„Ite, maledicti,
Ad infernum,
nunquam redituri".
O, proh dolor,
quanta tristitia,
Quantus luctus,
quanta miseria!

4. *In die illa tremenda,*
quando caeli movendi sunt et terra.

Miss. ms. Viridis Silvae anni 1466. Cod. Paulan. 25. 2. 30. (Blas. memb. 59). A. — Pros. ms. Sangallense (Branderi) anni 1507. Cod. Sangallen. 546. B. — 1, 1 Cum venerit A. — 2 und 3 umgestellt B. — 2, 4 dare fehlt A. — 2, 7 dignatio (st. promissio) B. — 2, 8 datus B. — 2, 9 felix donatio B. — 3, 1 iniustis (st. impiis) B. — 3, 6 Quantus (st. O proh) B.

In A geht noch voraus, sich unmittelbar an den Tropus „Audi tellus" (Nr. 779) anschliefsend):

Dum veneris iudicare saeculum per ignem,
Aurum et argentum non liberabit nos ab igne terribili;
Vestes et deliciae in condemnationem ibi erunt,
Non liberabit frater proprium fratrem, nec pater filium suum.
Sed quisque stabit in ordine suo, tam in vita quam in incendio.

781 b. Super „Libera me Domine".

1. Quando Deus,
filius virginis,
Iudicare
saeculum venerit,
Dicet iustis
ad dextram positis:
Accedite,
dilecti filii,
Vobis dare
regnum disposui.
O felix vox,
felix promissio,
Felix dator,
et felix datio!

2. Post haec dicet
ad laevam positis:
Nescio vos,
cultores criminis,
Vos decepit
gloria saeculi;
Descendite
ad ima barathri
Cum Zabulon
et suis ministris.
O proh dolor,
quanta tristitia,
Quantus luctus,
Quanta suspiria!

3. Iam festinat * rex ad iudicium,
Dies instat * horrenda nimium;
Et quis erit * nobis refugium,
Nisi mater * virgo, spes omnium
Quae pro nobis * exoret filium.
O Iesu, rex, * exaudi poscimus
Preces nostras, * et salvi erimus
[*In die illa tremenda, quando* etc.]

Guéranger, Das Kirchenjahr, I, 184. ohne Quellenangabe, nur mit der Bemerkung „aus dem 15. oder 16. Jahrhundert". Wahrscheinlich war seine Quelle das Processionale ms. S. Albini Andegavensis saec. $^{15}/_{16}$., zitiert von Chevalier, Repert. Hymnol. Nr. 32234. — Vgl. Don Pothier, Revue du chant Grégorien IV, p. 49 sq. — Sichtlich ist dieser Tropus eine Überarbeitung des vorhergehenden (Nr. 781a); die Redaktion hat gleichmäfsigen Rhythmus in die Dichtung gebracht.

782. Super „Libera me Domine".

1. O vae, dicunt miserae,
Quae cruciantur animae;
2. O vae, nos peccavimus
Mundo, mundo dum viximus;
3. O vae, mala luimus,
Quae laeto corde gessimus;
4. O vae, nunc sunt pessima,
Quae mundus habet optima.
5. O vae, salus gentium,
Per te detur solacium;
6. O vae, parcas miseris,
Ne damnemur cum impiis

7. *In die illa tremenda,*
quando caeli movendi sunt et terra.

Trop. ms. Wingartense(?) saec. 13. Cod. Stuttgardien. HB I Asc. 95. — 1, 1 sic dicant. — 6, 1 ut parcas. — Der Abschlufs (7) steht nicht in der Quelle verzeichnet, wird aber wohl sicher zu ergänzen sein.

783. Super „Libera me Domine".

1. Heu, quot potentes,
Heu, quot nobiles
In die illa peribunt!
Quot divites et sapientes lugebunt!
2. O mundi gloria,
Res miseranda,
Et transitoria!
Vae illis, qui diligunt ea.

3. Ardentes animae
Flent sine fine,
Flent sine fine,
Ambulant per tenebras dicuntque singulae:
Vae, Vae, Vae, quantae sunt tenebrae!

4. Magna et miranda sunt iudicia tua, Domine.
Qui non derelinquis sperantes in te;
Libera nos in tempore angustiae.

5. O pastor bone, pastor aeterne, pastor clementissime,
Qui saluti ovium tuarum non parcens animae
Redemisti eas proprio sanguine,
Memor esto congregationis nostrae
Et oves lapsas in viam salutis aeternae restitue
Et ad pascua perpetui convivii perducere dignare,
Quando caeli movendi sunt et terra.

6. Oremus Dei filium
Et omne agmen caelicum,
Mitem Dei genetricem,
Animarum salvatricem,
Apostolos et martyres,
Confessores et virgines,
Monachos atque viduas,
Omnium fidelium turmas,
Ut Deum patrem pro cunctis
Rogent in fide defunctis,
Quando caeli movendi sunt et terra.

Oration. ms. Schonaugiense saec. 12. (Privatbesitz); daraus bei Roth, D. Gebetbuch der hl. Elisabeth von Schönau, Augsburg 1886. (S. 49.) — 1, 1 und ebenso 1, 2 und 4 quod (st. quot) — Der ganze Tropus ist Reimprosa; eingeleitet wird derselbe nach „Quando caeli" etc. durch Schrifttexte: Horrendum est incidere in manus Dei viventis (Hebr. 10a), nam manifeste veniet Deus noster et non silebit: ignis in conspectu eius ardebit et in circuitu eius tempestas valida (Ps. 49a), quae prorsus examinat, quos ignis exurati in die illa tremenda. — Alsdann folgt der vorgelegte Text des Tropus, der in Str. 6 vollständig rhythmisch gestaltet ist. — Als Abschlufs folgt noch ein Gebet, das sich als reine Prosa darbietet: „Creator omnium rerum, Deus, qui me de limo terrae formasti et mirabiliter proprio sanguine redemisti, corpusque meum, licet modo putrescat, de sepulchro facies (facias Hs.) in die iudicii resuscitari, exaudi, exaudi me et animam meam in sinu Abrahae, patriarchae tui, iubeas collocari, Quando caeli movendi sunt et terra". Allerdings liefse sich auch dieses Gebet in 4 Langzeilen zerlegen, von denen je 2 fast gleiche Silbenzahl haben, und die mit den Reimworten „formasti — redemisti", „resuscitari — collocari" schliefsen; ist das beabsichtigte Reimprosa, so wäre auch dieser Abschlufs als siebente Strophe dem Korpus des Textes anzugliedern. — In der Quelle gehört der Tropus zum „Libera" des Officiums im Breviere, nämlich zum letzten Responsorium der 3. Nocturn.

Viel Ähnlichkeit im Aufbau (Mischung von Prosa, Reimprosa und rhythmischen resp. metrischen Versen) zeigt ein Tropus zum „Libera" des Breviers, welches im Antiphonar. ms. Augiense saec. 12. Cod. Karolsruhan. Aug. LX auf fol. 262r sqq. eingetragen ist und von Mone (Nr. 296) publiziert wurde. Dasselbe beginnt auf dem bezeichneten Folium mit dem liturgischen Texte: „Libera me, Domine, de morte aeterna in die illa tremenda, quando caeli movendi sunt et terra: dum veneris iudicare saeculum per ignem. Tremefactus . . ." Nach letzterem Worte beginnt die Rückseite des Fol. 262, welche aber bis auf die ein-

Schlufszeile abgeschabt ist. Nur einzelne Stellen schimmern so durch, dafs die Buchstaben noch lesbar sind. „Tremefactus“ steht offenbar für „Tremens factus“, und so läfst sich der Text der ersten Zeilen auf dem abgeschabten Folium divinieren, nämlich: „Tremens factus [sum ego, et timeo, dum discussio venerit atque ventura ira]“; das ist der liturgische, nicht der tropierende Text, weshalb auch aus dem Repert. Hymnol. Chevaliers das Initium „Tremefactus . . .“ (Nr. 20543) zu streichen ist. Etwas später folgen die Worte „Vix iustus salvabitur“, und nach einem kleinen Intervall: „Plangent se super se omnes tribus terrae, dum veneris iudicare saeculum per ignem]“. Ecce, breves posuisti dies meos et vita mea, quasi non sit, in conspectu tuo; omnia enim vanitas, omnis homo vivens tantum in imagine ambulat, tantum frustra conturbatur, congregat et ignorat, cui dimittat ea. Nunc ergo, quid exspecto, Domine? Praestolatio mea tu es in die illa, quando caeli movendi sunt et terra. — In ähnlicher Weise bewegt sich die Tropierung voran, meist rein prosaisch, ab und zu mit Ansätzen zum Reim. Zu letzterer Art gehört die Strophe „Ardentes animae“ etc., der wir oben als Str. 3 begegneten. Von Interesse sind die 2 folgenden, in gleichem Rhythmus gebauten Strophen:

Tunc infernus apparebit
Et damnatos absorbebit,
Fulgur ignis atque vermes
Trucidabunt peccatores.
Suscipe, Domine, etc. (Prosaisch).

Lacrimosa dies illa,
Qua resurget de favilla
Iudicandus homo reus;
Tu peccatis parce, Deus.
Creator omnium etc. (wie S. 385).

Letztere Strophe ist von Bedeutung für die Sequenz „Dies irae“. — Gegen Schlufs bilden 1 Distichon, eine Strophe in Reimprosa und 2 rhythmisch gebaute Strophen die Tropierung, nämlich:

Pensa, mortalis, quia nil sunt gaudia carnis,
Quae quisquis sequitur, ad tenebras rapitur
In die illa tremenda, quando caeli m. s. et terra.
O quam dira condicio,
Quae ex Adae vitio
Nos perdendo traxit [a] primordio *in die illa* etc.

Pretiosa mors sanctorum
in conspectu Domini.
Quam felices, quis dicetur
in die iudicii:
[O] venite, benedicti
patris summi filii.

Ecce, vobis trado regnum,
quod dare disposui.
Pro me quidem respuistis
blandimenta saeculi,
Possidete, quod terreni
non videbunt oculi.

784. Super „Media vita“.

Media vita in morte sumus. Quem quaerimus adiutorem, nisi te, Domine, qui pro peccatis nostris iuste irasceris?

1. Ach,
Homo, perpende, fragilis,
Mortalis et instabilis,
Quod vitare non poteris
Mortem, quocunque ieris;
Nam aufert te saepissime,
Dum vivis libentissime.
Sancte Deus!

2. Vae,
Calamitatis in die
Vermis fremet invidiae,
Dum audit flentem animam:
„Mortalis essem utinam,
Quam mortis Christi gladius
Transfixit; absit gravius.“
Sancte fortis!

3. Heu,
Nihil valet nobilitas
Neque sedis sublimitas,
Nil generis potentia,
Nil rerum adfluentia;
Plus pura conscientia
Valet mundi scientia.
Sancte et misericors salvator,
amarae morti ne tradas nos.

Cantion. ms. Engelbergense anni 1372. Cod. Engelbergen. 314. A. — Trop. ms. Diessense saec. 14. Clm. Monacen. 5539. B. — Cantion. ms. Tegurinum saec. 15. Cgm. Monacen. 716. C. — Collectan. ms. Seitzense saec. 15. Cod. Roman. Vitt. Eman. 602. (Varia 4). D. — Miss. ms. Viridis Silvae anni 1466. Cod. Paulan. 25. 2. 30. (Blas. memb. 59). E. — Oration. ms. S. Petri Salisburgensis anni 1474 Cod. Petrin. a III 10. F. — Grad. ms. Altovadense anni 1410. Cod. Altovaden. 42. G. — Cantion. ms. Višegradense saec. 15. ex. Cod. Višegraden. V Cc η. H. — Cantion. ms. Pragense saec. $^{15}/_{16}$. Cod. Pragen. VI C 20. I. — Oration. ms. Neerlandicum saec. 15. Cod. Vindobonen. (Fideikommifs-Bibl.) 7970. K.

1, 4 Qui vitare B. — 1, 6 Nam aufert te fehlt H; Sed aufert D. — 1, 7 viveres D. — Str. 2 fehlt D. — 2, 3 Vermes frement E. — 2, 4 Dum audis CHI, audent E, videt A. — 2, 5 Mortalis esses III, esset A; esse vicinam (st. utinam) K. — 2, 6 Dum dire mortis gladius K; Christi mortis CHI, Christi fortis B. — 2, 7 assit gratius (st. absit gravius) CHI, assit gratia K, et non alius A. — 3, 3 Nilque sedis subtilitas A. — 3, 7 Valet quam mundi C. — Str. 2 und 3 umgestellt BK. — Str. 3 lautet in D:

Nihil prodest nobilitas
Nec honoris sublimitas;
Nullum salvat crudelitas
Nec saecularis dignitas,
Sed tantum vitae puritas,
Placita Deo caritas.
Hinc suffragare angelis,
Cunctis sanctis archangelis,
Christi matri prae omnibus,
Ut simus in caelestibus.

E führt den Tropus am Schlufs in folgender Weise weiter und macht ihn zu einer Art Tropus über das „Libera“:

Qui ambulabat, iacet,
Qui loquebatur, tacet,
Clausi oculi lumen non capiunt,
Nec aures ulla voce patescunt,
Omnia membrorum officia
conquiescunt:
Non est gressus ad ambulandum,
Nec tactus ad operandum,
Nec sensus ad percipiendum.

Nonne ista est domus, quam
invisibilis inhabitator ornabat?
Recessit,
qui non videbatur,
Remansit,
quod cum dolore premebatur.
Ista est causa iustitiae,
Cuius maestitiae
Tu sis consolatio, Christe.

Sancte et misericors salvator,
amarae morti ne tradas nos
in die illa tremenda.

In HI ist vorstehender Tropus mit dem folgenden (Nr. 785) und mit Bruchstücken aus Nr. 779 verschmolzen worden, und zwar folgen sich:

Str. 1 von Nr. 784; Str. 1 von Nr. 785; darauf folgende Strophe:

Quantus luctus, quanta miseria,
Qualis erit tristitia
Necnon et stridor dentium
In catervis gentium,
Dum iudex per iudicium
Malos mittet ad supplicium!

Hieran reiht sich: Str. 3 von Nr. 785; **Str. 3 von Nr. 784**; Str. 4a, 3b, 5b von Nr. 779; **Str. 2 von Nr. 784**; Str. 2 von Nr. 785; Str. 3a, 1 und 2, 3b, 3 und 4, 4a, 7b von Nr. 779; schliefslich der prosaische Abschlufs: „Vigilate omnes et orate; nescitis enim, quando tempus sit. Vigilate ergo; nescitis enim, quando dominus domus veniat, an media nocte, an galli cantu, an mane; ne, cum veniat repente, inveniat vos dormientes etc.

